viros malos. nec deſideres eſſe cum eis:
quia rapinas meditat̄ mens eoꝝ: et fraudes
labia eoꝝ locuntur. Sapiētia edificabit̄ domus:
et prudentia roborabit̄. In doctina replebunt̄

cellaria: vniuerſa ſubſtancia p̄cioſa et pulcerrima.
Vir ſapiens fortis eſt et vir doctus robuſtus et
validus: quia cum diſpoſicōne init bellum: et
erit ſalus vbi multa cōſilia ſūt. Excelſa ſtulto
ſapientia: in porta nō aperiet os ſuum. Qui
cogitat mala facere: ſtultus vocabit̄. Cogitacō
ſtulti peccatū ē: et abominacō hoīm detractor.
Si deſperaueris lapſus in die anguſtie immi-
nuetur fortitudo tua. Erue eos qui ducūt̄ ad
mortem: ⁊ qui trahuntur ad interitum libe-
rare ne ceſſes. Si dixeris vires non ſuppetunt:
qui inſpector ē cordis ipſe intelligit et ſeruatorē
aīe tue nichil fallit: reddetq3 homī iuxta opera
ſua. Comede fili mi mel quia bonū ē: et fauū
dulciſſimū guttŭ tuo. Sic ⁊ doctrina ſapientie
aīe tue: quā cū inueneris habebis ī nouiſſimis
ſpem: et ſpes tua non pibit. Ne inſidieris ⁊
q̄ras impietatē ī domo iuſti: neq3 vaſtes requiem
eius. Sepcies enī in die cadet iuſtus et reſurget:
impij autem corruēt ī malum. Cum ceciderit
inimicus tuus ne gaudeas ⁊ ī ruina eius ne
exultet cor tuū: ne forte videat dn̄s ⁊ diſpliceat
ei: ⁊ auferat ab eo iram ſuā. Ne cōtendas cū
peſſimis: nec emuleris impios: quoniam non
habent futurorū ſpem mali: et lucerna impiorū
extinguetur. Time dn̄m fili mi et regē: et cum
detractoribȝ nō cōmiſcearis. Quoniam repente
conſurget pdicō eorū: ruinā vtriuſq3 quis nouit?
Hec quoq3 ſapiētibȝ. Cognoſcere pſonam ī iudicō
non ē bonum. Qui dicunt impio iuſtus es:
maledicēt eis pp̄li: ⁊ deteſtabuntur eos tribȝ.
Qui arguūt eū laudabunt̄: ⁊ ſup eos veniet
benedictio. Labia deoſculabit̄: qui recta verba
rn̄det. Prepa foris opus tuum: et diligenter
exerce agrum tuum: et poſtea edifices domum
tuam. Ne ſis teſtis fruſtra cōtra pximū tuū:
ne lactes quemq3 labijs tuis. Ne dicas quomō
fecit michi ſic faciā ei: et reddam vnicuiq3 ſcdm
opus ſuū. Per agrum hominis pigri tranſiui:
et p vineam viri ſtulti. Et ecce totū repleuerāt
vrtice: ⁊ operuerāt ſuperficiem eius ſpine: et
maceria lapidū deſtructa erat. Quod cū vidiſſem
poſui ī corde meo: et exēplo didicī diſciplinā.
Vſquequo piger dormies: vſquequo de ſonno
cōſurges? parum inquam dormies: modicum
dormitabis: pauxillū manus cōſeres ut q̄eſcas
et veniet tibi q̄ſi curſor egeſtas tua: et mendicitas
quaſi vir armatus. XXV.

Gloria dei eſt celare verbum: et gl'ia regū
inueſtigare ſermonē. Celū ſurſū et terra
deorſum: ⁊ cor regum inſcrutabile. Aufer
rubiginē de argento: et egrediet̄ vas puriſſimū.
Aufer impietatē de vultu regis: ⁊ firmabit̄
iuſticia thronus eius. Ne glorioſus appareas
corā rege: et ī loco magnorū ne ſteteris. Melius
eſt enī ut dicat̄ tibi aſcēde huc: q3 ut humilieris
corā pricipe. Que viderūt oculi tui ne pferas ī
iurgio cito: ne poſtea emendare nō poſſis cum
dehoneſtaueris amicum tuū. Cauſam tuā tracta
cū amico tuo: et ſecretum extraneo ne reueles:
ne forte inſultet tibi cū audierit: et exprobrare
nō ceſſet. Grā et amicicia liberant: q̄s tibi ſerua:
ne exp̄brabil' fias. Mala aurea ī lectis argēteis:
qui loquit̄ verbū in tpe ſuo. Inauris aurea ⁊
margarita fulgēs: qui arguit ſapientē et aurē
obedientē. Sicut frigus niuis ī die meſſis: ita
legatus fidelis ei qui miſerit eū: animā ipſius
requieſcere facit. Nubes et ventus et pluuie nō
ſequētes: vir glo'ſus et promiſſa nō cōplens.
pacientia lenietur princeps: ⁊ lingua mollis
cōfringet duriciā. Mel inueniſti: cōede qd ſufficiat
tibi: ne forte ſaciatus euomas illud. Subtrahe
pedē tuū de domo pximi tui: nequādo ſaciatus
oderit te. Iaculū et gladius ⁊ ſagitta acuta:
homo qui loquitur cōtra pximū ſuum falſum
teſtimoniū. Dens putridus ⁊ pes laſſus: qui
ſperat ſuper infideli in die anguſtie: et amittit
pallium ī die frigoris. Acetum in nitro: qui
cantat carmīa cordi peſſimo. Sicut tinea veſti-
mento ⁊ vermis ligno: ita triſticia viri nocet
cordi. Si eſurierit inimicus tuus ciba illū: ſi ſitit
da ei aquam bibere. Prunas enī congregabis
ſup caput eius: et dn̄s reddet tibi. Ventus aq'lo
diſſipat pluuias: ⁊ facies triſtis linguā detrahentē.
Melius ē ſedere ī angulo domatis: q3 cū muliere
litigioſa: ⁊ in domo cōmuni. Aqua frigida
aīe ſicienti: et nūcius bonus de terra longinqua.
Fons turbatus pede et vena corrupta: iuſtus
cadens corā impio. Sicut q̄ mel comedit multū
non eſt ei bonū: ſic qui ſcrutator eſt maieſtatis
opprimetur a gloria. Sicut vrbs patēs ⁊ abſq3
murorū ābitu: ita vir qui nō poteſt in loquēdo
cohibere ſpiritum ſuum. XXVI.

Quomodo nix ī eſtate et pluuie ī meſſe:
ſic indecēs eſt ſtulto gloria. Sicut auis
ad alta tranſuolans: et paſſer quolibet vadens:

ſic maledictũ fruſtͣ ꝓlatũ ī quēpiā ſupueniet.
Flagellũ equo et chamus aſino: et vͣga ī dorſo
imprudētiũ. Ne rñdeas ſtulto iuxta ſtulticiā
ſuam: ne efficiaris ei ſimilis. Reſponde ſtulto
iuxta ſtulticiā ſuā: ne ſibi ſapiens eſſe videatͬ.
Claudus pedibꝫ et iniquitatē bibens: q̄ mittit
vͣba ꝑ nunciũ ſtultũ. Quomō pulcras fruſtra
habet claudus tibias: ſic indecens ē ī ore ſtultoꝝ
parabola. Sicut qui mittit lapidem ī acervũ
mercurij: ita qui tribuit inſipienti honorem.
Quomodo ſi ſpina naſcatͬ ī manu temulēti:
ſic parabola ī ore ſtultoꝝ. Judiciũ ꝺterminat
cauſas: ⁊ qui impoint ſtulto ſilentium iras
mitigat. Sicut canis qui revertitͬ ad vomitum
ſuum: ſic imprudens qui iterat ſtulticiā ſuā.
Vidiſti hominē ſapientem ſibi videri: magis
illo ſpem habebit inſipiens. Dicit piger leo eſt
in via: ⁊ leena ī itineribꝫ. Sicut oſtiũ vertitͬ
in cardīe ſuo: ita pigͬ ī lectulo ſuo. Abſcōdit
piger manus ſub aſcella ſua: et laborat ſi ad os
ſuũ eas cōuertent. Sapiētior ſibi ſtultus videtͬ:
ſeptem viris loquentibus ſentencias. Sicut qui
apprehendit auribus canem: ſic qui tranſit ⁊
impatiēs commiſcetͬ rixe alterius. Sicut noxius
eſt qui mittit ſagittas et lanceas ī mortem: ita
vir qui fraudulenter nocet amico ſuo: ⁊ cum
fuerit deꝑhenſus dicet ludens feci. Cũ ꝺfecerint
ligna extinguetͬ ignis: ⁊ ſuſurrone ſubtracto
iurgia cōquieſcunt. Sicut carbones ad prunas
et ligna ad ignem: ſic homo iracũdus ſuſcitat
rixas. Verba ſuſurronis q̄ſi ſimplicia: et ipſa
ꝑveniũt ad intima cordis. Quomō ſi argēto
ſordido ornāe velis vas fictile: ſic labia tumēcia
cũ peſſimo corde ſociata. Labijs ſuis intelligitͬ
īmicus: cũ in corde tractauerit dolos. Quando
ſubmiſerit vocem ſuam ne credideris ei: quoniā
ſeptem nequicie ſũt in corde illius. Qui operit
odium fraudulenter: revelabitͬ malicia eius in
concilio. Qui fodit foueā incidet in eā: et qui
voluit lapidē reuertetͬ ad eũ. Lingua fallax nō
amat veritatē et os lubricũ operatur ruinas.

Ne gleris in craſtinũ: XXVII
ignorās quid ſupuentura pariat dies.
Laudet te alienus et nō os tuũ: extraneus et nō
labia tua. Graue ē ſaxum et onoroſa arena: ſꝫ
ira ſtulti vtroqꝫ grauior. Ira non habet miſe-
ricordiā· nec erũpens furor: et impetũ concitati
ſpiritus ferre quis poterit? Melior ē manifeſta
correccio: q̄ꝫ amor abſcōditus. Meliora ſũt vul-
nera diligentis: q̄ꝫ fraudulēta oſcula odientis.
Anima ſaturata calcabit fauũ: et aīa eſuriēs
eciam amarũ ꝓ dulci ſumet. Sicut auis tranſ-
migrans de nido ſuo: ſic vir qui derelinquit locũ
ſuum. Vnguēto et varijs odoribꝫ delectatͬ cor:
et bonis amici cōſilijs aīa dulcoratͬ. Amicum
tuũ et amicũ pr̄is tui ne dimiſeris: ⁊ domum
fratris tui ne īgrediaris in die afflictōnis tue.
Melior eſt vicinus iuxta: q̄ꝫ frater ꝓcul. Stude
ſapientie fili mi et letifica cor meum: ut poſſis
exprobranti reſpōdere ſermonē. Aſtutus vidēs
malũ abſcōditus ē: paruuli tranſeũtes ſuſtinu-
erunt diſpendia. Tolle veſtimentum eius qui
ſpopondit ꝓ extraneo: ⁊ pro alienis aufer ei
pignus. Qui benedicit ꝓximo ſuo voce grādi
ꝺ nocte cōſurgens: maledicēti ſilis erit. Tecta
perſtillantia in die frigoris et litigioſa mulier
comparantͬ. Qui retinet eam q̄ſi qui ventum
teneat ⁊ oleũ dextre ſue euacuat. Ferrũ fero
exacuitͬ: et homo exacuit faciē amicī ſui. Qui
ſeruat ficũ comedet fructus eius: et q̄ cuſtos eſt
dn̄i ſui glorificabitͬ. Quomō ī aquis reſplēdent
vultus ꝓſpiciētium: ſic corda hoīm manifeſta
ſũt prudētibꝫ. Infernus et ꝑdicio nũq̄ꝫ replētͬ:
ſimiliter et oculi hominũ inſaciabiles. Quomō
ꝓbatͬ in cōflatorio argentũ et ī fornace aurũ:
ſic ꝓbatͬ homo ore laudātis. Cor iniqui inq̄rit
mala: cor autē rectum inquirit ſcientiam. Si
cōtuderis ſtultũ in pila quaſi ptiſanas feriente
ꝺſuper pilo: non auferetur ab eo ſtulticia eius.
Diligēter agnoſce vultum pecoris tui: tuoſqꝫ
greges conſidera. Non enim habebis iugiter
poteſtatē: ſed corona tribuetͬ tibi ī generacione
et generacionē. Aperta ſũt prata et apparuerũt
herbe virētes: et collecta ſũt fena de montibus.
Agni ad veſtimentum tuum: et hedi ad agri
p̄ciũ. Sufficiat tibi lac caprarũ in cibos tuos et
ī neceſſāria domus tue: et ad victũ ācillis tuis.

Fugit impius XXVIII
nemine ꝑſequēte: iuſtus autē quaſi leo
confidēs abſqꝫ t̄rore erit. Propter peccata tēre
multi principes eius: et ꝓpter hominis ſapiētiam
⁊ hoꝝ ſcientiā q̄ dicuntͬ· vita ducis lōgior erit.
Vir pauper calumnians pauperes: ſimilis eſt
imbri vehementi quo paratͬ fames. Qui dere-
linquũt legem laudant impiũ: qui cuſtodiunt
ſuccenduntur cōtra eũ. Viri mali nō cogitant
iudiciũ: qui autē inquirunt dn̄m animaduertũt
omīa. Melior ē pauper ambulās ī ſimplicitate

ſua: q̄ꝫ oĩes prauis itineribus. Qui cuſtodit
legem filius ſapiens eſt: qui autē comeſſatores
paſcit cōfundit patrem ſuum. Qui coaceruat
diuitias vſuris et fenore liberali: in pauperes
cōgregat eas. Qui declinat aures ſuas ne audiat
legem: oracō eius erit execrabilis. Qui decipit
iuſtos in via mala in interitu ſuo corruet: et
ſimplices poſſidebunt bona eius. Sapiens ſibi
videt̄ vir diues: paup̄ autem prudēs ſcrutabit̄
eum. In exultacōne iuſtorū multa gloria eſt:
regnantibꝫ impijs ruine hoīm. Qui abſcōdit
ſcelera ſua nō dirigēt: qui autē cōfeſſus fuerit et
reliquerit ea miſcdiā cōſequet̄. Beatus homo
qui ſemp̄ eſt pauidus: qui vero mentis ē dure.
corruet in malū. Leo rugiens et vrſus eſuriēs:
princeps impius ſuper p̄plm pauperem. Dux
indigēs prudētia. multos opprimet p̄ calūniā:
qui autē odit auariciam. longi fient dies eius.
Hoīem qui calumniat̄ aīe ſāguinē eius: ſi uſq̄
ad lacū fugerit nemo ſuſtinet. Qui ambulat
ſimpliciter ſaluus erit: qui p̄uerſis gradit̄ vijs
cōcidet ſemel. Qui operat̄ terrā ſuam ſaciabit̄
panibꝫ: qui autē ſectat̄ ocium ĩplebit̄ egeſtate.
Vir fidelis multum laudabit̄: qui autē feſtinat
ditari. non erit innocens. Qui cognoſcit in
iudicō faciem nō bene facit: iſte et p̄ bucella
panis deſerit veritatem. Vir qui feſtinat ditari
et alijs inuidet: ignorat q̄ egeſtas ſuperueniet ei.
Qui corripit hominē. graciam poſtea inueniet
apud eū: magis q̄ꝫ ille qui p̄ lingue blādimēta
decipit. Qui ſubtrahit aliquid a patre ſuo uel
a matre et dicit hoc nō eſſe peccatum: particeps
homicide eſt. Qui ſe iactat et dilatat iurgia
concitat: qui vero ſperat ĩ dño ſaluabit̄. Qui
confidit in corde ſuo ſtultus ē: qui autē gradit̄
ſapienter ipſe ſaluabit̄. Qui dat pauperi non
ĩdigebit: q̄ deſpicit depcantē ſuſtinebit penuriā.
Cū ſurrexerint impij abſcondentur homines:
cum illi perierint multiplicabuntur iuſti.

Viro qui corripientem · XXIX ·
duro ceruice contemnit. repentinus ei ſup-
ueniet interitus: et eū ſanitas non ſequet̄. In
multiplicacōne iuſtoꝝ letabit̄ vulgus: cū impij
ſumpſerint principatū gemet p̄plus. Vir qui
amat ſapiētiam letificat p̄rēm ſuum: qui autē
nutrit ſcortum perdet ſubſtanciā. Rex iuſtus
erigit terrā. vir auarus deſtruit eam. Homo q̄
blandis fictiſq̄ſ ſermonibus loquit̄ amico ſuo:
rete expandit greſſibꝫ eius. Peccātem virum

iniquum inuoluet laqueus: et iuſtus laudabit̄
atq̄ꝫ gaudebit. Nouit iuſtus cauſam paup̄ū:
impius ignorat ſcientiā. Homines peſtilentes
diſſipant ciuitatē: ſapiētes vero auertūt furorē.
Vir ſapiēs ſi cū ſtulto contenderit: ſiue iraſcat̄
ſiue rideat nō inueniet requiē. Viri ſāguinū
oderunt ſimplicē: iuſti autē querūt aīam eius.
Totū ſpiritū ſuū p̄fert ſtultus: ſapiens differt
et reſeruat in poſterū. Princeps qui libenter
audit verba mendacij: omnes miniſtros habet
impios. Pauper et creditor obuiauerūt ſibi:
vtriuſq̄ꝫ illuminator ē dñs. Rex qui iudicat ĩ
v̄itate pauperes: thronus eius ĩ eternū firmabit̄.
Virga atq̄ꝫ correctio tribuit ſapientiam: puer
autem qui dimittitur voluntati ſue confundit
matrem ſuam. In multiplicacōne impiorum
multiplicabunt̄ ſcelera: et iuſti ruinas eorum
videbunt. Erudi filium tuū et refrigerabit te:
et dabit delicias anīe tue. Cum p̄phecia defecerit
diſſipabit̄ p̄plus: q̄ vero cuſtodit legē beatus eſt.
Seruus verbis non poteſt erudiri: quia q̄d dicis
intelligit et r̄ndere cōtemnit. Vidiſti hominem
velocē ad loquendū: ſtulticia magis ſperanda ē
q̄ꝫ illius correctio. Qui delicate a puericia ſua
nutrit ſeruum ſuū: poſtea ſētiet eū cōtumacē.
Vir iracūdus p̄uocat rixas: et q̄ ad ĩdignādū
facilis ē erit ad peccandū p̄clivior. Superbum
ſequit̄ humilitas: et humilem ſpiritu ſuſcipiet
gl̄a. qui cum fure participat odit aīam ſuam:
adiurantē audit et non indicat. Qui timet
hoīem cito corruet: qui ſperat ĩ dño ſubleuabit̄.
Multi req̄rūt faciem principis: et iudiciū a
domino egredit̄ ſingulorum. Abhominantur
iuſti virū impium: et abhominantur impij
eos qui in recta ſunt via. Verbum cuſtodiens
filius extra p̄dicōem erit. · XXX ·

Verba congregātis filij vomentis. Viſio
quam locutus eſt vir cū quo eſt deus et
q̄ deo ſecū morāte cōfortatus ait. Stultiſſimus
ſū viroꝝ: et ſapientia hoīm non ē mecū. Nō
didici ſapientiā: et noui ſcientiā ſanctorum.
Quis aſcendit in celum atq̄ꝫ deſcendit? Quis
continuit ſpiritum in manibus ſuis? Quis
colligauit aquas quaſi in veſtimento? Quis
ſuſcitauit omnes terminos t̄re? Quod nomen
eſt eius: et quod nomē filij eius ſi noſti? Omīs
ſermo dei ignitus: clipeus eſt omnibꝫ ſperātibꝫ
ĩ ſe. Ne addas quicq̄ꝫ v̄bis illius et arguaris:
inueniariſq̄ꝫ mēdax. Duo rogaui te: ne deneges

michi āteq̄ꝫ moriar. Vanitatē et v̄ba mēdacia
lōge fac a me. Mēdicitatē et diuitias ne dederis
michi. Tribue tantū victui meo neceſſaria:
ne forte ſaciatus illiciar ad negandū et dicam·
quis ē dn̄s: aut egeſtate compulſus furer et ꝑiurē
nomē dei mei. Ne accuſes ſeruū ad dn̄m ſuū:
ne forte maledicat tibi et corruas. Gn̄acō q̄ pr̄i
ſuo maledicit: et q̄ mr̄i ſue nō benedicit. Gn̄acō
que ſibi munda videtur: et tamē non eſt lota a
ſordibꝫ ſuis. Generacō cuius excelſi ſūt oculi: et
palpebre eius in alta ſubrecte. Generacio q̄ pro
dētibꝫ gladios habet et cōmādit molaribꝫ ſuis:
ut comedat inopes de t̄ra: et paupes ex hominibꝫ.
Sanguiſſuge due ſūt filie: dicentes affer affer.
Tria ſunt inſaturabilia: et quartum qđ nūq̄ꝫ
dicit ſufficit. Infernus et os vulue et t̄ra q̄ nō
ſaciatur aqua: ignis vero nūq̄ꝫ dicit ſufficit.
Oculum qui ſubſannat patrem et qui deſpicit
partū matris ſue ſuffodiant eū corui de torren=
tibꝫ: & comedant eum filij aquile. Tria ſunt
difficilia michi: & quartum penitus ignoro.
Viā aquile in celo · viā colubri ſuꝑ petrā: viā
nauis ī medio mari: et viā viri ī adoleſcētia.
Talis ē et via mulieris adultere que comedit:
et tergens os ſuū dicit. Non ſū opata malū.
Per tria mouet̄ t̄ra et quartū quod nō poteſt
ſuſtinere. Per ſeruum cum regnauerit · per
ſtultum cū ſaturatus fuerit cibo: et ꝑ odioſam
mlierem cū in matrimonio fuerit aſſūpta: &
ꝑ ancillā cū fuerit heres dn̄e ſue. Quatuor ſūt
minima terre: et ipa ſūt ſapiētiora ſapientibꝫ.
Formice pp̄ls infirmus: qui p̄parant in meſſe
cibū ſibi. Lepuſculus plebs inualida: q̄ collo=
cat in petra cubile ſuum. Regem locuſta nō
habet: et egreditur vniūſa per turmas. Stellio
manibꝫ nitit̄: & morat̄ in edibꝫ regis. Tria
ſūt q̄ bene gradiunt̄: et q̄rtū qđ incedit feliciter.
Leo fortiſſimus beſtiarum: ad nullius pauebit
occurſū. Gallus ſuccinctus lūbos ſuos & aries:
nec ē rex qui reſiſtat ei: et q̄ ſtultus apparuerit·
poſtq̄ꝫ eleuatus ē ī ſublime. Si enī ītellexiſſet:
ori ſuo impoſuiſſet manū. Qui autē fortiter
premit vbera ad eliciēdū lac · exprimit butirū:
& qui vehementer emūgit · elicit ſanguinem:
& qui prouocat iras producit diſcordias.

Verba lamuelis regis. XXXI.

Viſio q̄ erudiuit eū mater ſua. Quid
dilc̄te mi? quid dilc̄te vteri mei: qđ dilc̄te votoꝝ
meoꝝ? Ne dederis mulieribꝫ ſubſtanciā tuam:
et diuitias tuas ad delēdos reges. Noli regibꝫ
o lamuel · noli regibꝫ dare vinū: quia nullum
ſecretū ē vbi regnat ebrietas. Ne forte bibant
et obliuiſcant̄ iudicioꝝ: et mutant cauſā filioꝝ
pauꝑis. Date ſiceram merentibꝫ: et vinū hijs
qui amaro ſūt animo. Bibant et obliuiſcant̄
egeſtatis ſue: et doloris ſui nō recordent̄ āplius.
Aperi os tuum muto: et cauſis oīm filioꝝ qui
ꝑtranſeūt. Aperi os tuū: decerne quod iuſtum
eſt & vindica inopem et pauperem. Aleph.
Mulierē fortē quis inueniet? ꝑcul et de vltimis
finibꝫ p̄ciū eius. Beth. Confidit in ea cor viri
ſui: et ſpolijs non indigebit. Gimel. Reddet
ei bonum et nō malū: omnibꝫ diebꝫ vite ſue.
Deleth. Queſiuit lanam et linū: et operata ē
conſilio manuum ſuarū. He. Facta eſt quaſi
nauis inſtitoris: delonge portans panē ſuum.
Vau. De nocte ſurrexit · deditq̄ꝫ p̄dā domeſticis
ſuis: et cibaria ancillis ſuis. Zay. Cōſiderauit
agrū & emit eum: de fructu manuū ſuarum
plantauit vineā. Heth. Accinxit fortitudine
lumbos ſuos: & roborauit brachium ſuum.
Theth. Guſtauit et vidit q̄a bona ē negociacō
eius: non extinguetur in nocte lucerna eius.
Ioth. Manum ſuam miſit ad fortia: et digiti
eius apprehenderunt fuſū. Kaph. Manū ſuā
apuit inopi: et palmas ſuas extēdit ad paupē.
Lamech. Nō timebit domui ſue a frigore ni=
uis: oēs enī domeſtici eius veſtiti ſunt dupli=
cibꝫ. Mem. Stragulatā veſtem fecit ſibi: biſſus
et purpura veſtimentū eius. Nun. Nobilis
in portis vir eius: quando ſederit cū ſenatoribꝫ
t̄re. Samech. Sindonē fecit et vēdidit: et cingu
lū tradidit chananeo. Ayn. Fortitudo et de=
cor indumētū eius: et ridebit ī die nouiſſimo.
Phe. Os ſuū apuit ſapiētie: et lex clemētie in
līgua eius. Sade. Cōſiderauit ſemitas domus
ſue: et panē ocioſa nō comedit. Coph. Surrex
erunt filij eius et beatiſſimam p̄dicauerunt: vir
eius et laudauit eā. Res. Multe filie ꝯgrega=
uerūt diuitias: tu ſupgreſſa es vniūſas. Syn.
Fallax gr̄a et vana ē pulcritudo: mlier timēs
dn̄m ipſa laudabit̄. Thau. Date ei de fructu
manuū ſuarū: et laudēt eā in portis opa eius.

Incipit prologus in libro eccleſiaſtes.

Meminī me ante hoc ferme quinquen=
nium · cum adhuc rome eſſem et
eccleſiaſten ſancte bleſille legerem
ut eā ad contemptū mūdi huius

provocarem et omne quod in mundo cerneret
putaret esse pro nichilo · rogatum ab ea : ut in
morẽ cõmentarioli · obscura queque dissererẽ : ut
absque me posset intelligere que legebat . Itaque
quõ in procinctu nři operis subita morte subtracta
est · et vbi non meruimus o paula et eustochiũ
talem vite nře habere consortem : tanto vulnere
tũc perculsus obmutui : nũc ĩ bethleem positus ·
augustiore videlicet civitate · et illius memorie
et vobis reddo qđ debeo . Hoc breviter ãmonens
qđ nullius auctoritatẽ secutus sũ : sed de hebreo
trãsferẽs maxime septuaginta ĩterpretũ cõsuetu-
dini me coaptavi : in hijs dũtaxat q̃ nõ multũ
ab hebraicis discrepabãt . Interdum aquile q̃z et
symachi et theodocionis recordatus sũ : ut nec
novitate nimia · lectoris studiũ deterrerem : nec
rursum cõtra cõscientiam meam fonte veritatis
omisso : opinionum rivulos consectarer .

Explicit prologus · Incipit liber ecclesiastes · I ·

Verba ecclesiastes · filii david
regis ihrlm . Vanitas vani-
tatũ dixit ecclesiastes : vani-
tas vanitatũ et oĩa vani-
tas . Quid habet amplius
homo de universo labore suo
quo laborat sub sole ? Generacõ pterit et geñacõ
advenit : terra autem in eternum stat . Oritur
sol et occidit · et ad locũ suũ revertitur : ibique renas-
cens girat per meridiem : et flectitur ad aquilonẽ .
Lustrans universa · in circuitu pgit spiritus : et
in circulos suos revertitur . Omnia flumina in-
trãt in mare : et mare nõ redundat . Ad locũ
unde exeũt flumina revertuntur : ut iterũ fluãt .
Cuncte res difficiles : nõ potest eas homo expli-
care sermõe . Nõ saturatur oculus visu : nec auris
auditu impletur . Quid est qđ fuit ? Ipm qđ futu-
rum est . Quid est qđ factũ est ? Ipm qđ ~~fiendũ~~
est faciendũ . Nichil sub sole novũ : nec valet
quisquã dicere : ecce hoc recens est . Iam enĩ pcessit
in seculis : que fuerũt ante nos . Nõ est priorũ
memoria : sed nec eorum quidem que postea futura
sũt erit recordatio apud eos qui futuri sũt in no-
vissimo . Ego ecclesiastes fui rex israhel ĩ ihrlm :
et pposui ĩ animo meo q̃rere et investigare sapi-
enter de omĩbus que fiũt sub sole . Hãc occupacõ-
nem pessimã dedit deus filijs hoĩm : ut occupa-
rentur in ea . Vidi que fiũt cũcta sub sole : et ecce
universa vanitas et afflictio spiritus . Perversi
difficile corriguntur : et stultorum infinitus est
numerus . Locutus sũ in corde meo dicẽs . Ecce
magnus effectus sũ et pcessi oĩes sapiẽtia qui
fuerũt ante me ĩ ihrlm et mens mea cõtempla-
ta est multa sapienter et didici : dedique cor meũ
ut scirem prudentiã atque doctrinã · erroresque et
stulticiã . Et agnovi q ĩ hijs q̃z esset labor et af-
flictio spiritus : eo q ĩ multa sapientia multa sit
indignacio : et qui addit scientiã addit et laborẽ .

Dixi ergo in corde meo . Vadam · II ·
et affluam delicijs : et fruar bonis . Et
vidi q hoc q̃z esset vanitas . Risum reputavi
errorẽ : et gaudio dixi . Quid frustra deciperis ?
Cogitavi ĩ corde meo · abstrahere a vino carnem
meã · ut animũ meũ transferrẽ ad sapientiam
devitarẽque stulticiã : donec viderem qđ esset utile
filijs hoĩm : quo facto opus est sub sole numero
dierum vite sue · Magnificavi opa mea . Edifica-
vi michi domos et plãtavi vineas : feci ortos et
pomeria et cõsevi ea cũcti generis arboribus : et
extruxi michi piscinas aquarum ut irrigarẽ silvã
lignorum germinãtiũ . Possedi servos et ancillas ·
multamque familiã habui : armẽta q̃z et magnos
oviũ greges : ultra omnes qui fuerũt ante me ĩ
ihrlm . Coacervavi michi argentũ et aurũ : et
substãcias regum et pvinciarum . Feci michi
cantores et cantatrices et delicias filiorum hominũ :
sciphos et urceolos ĩ ministerio ad vina fũdẽda :
et supgressus sũ opibus oĩes qui ante me fuerũt
in ihrlm . Sapiẽtia q̃z pseveravit mecũ : et oĩa
q̃ desideraverunt oculi mei non negavi eis : nec
pphibui cor meũ quin oĩ voluptate frueretur : et
oblectaret se in hijs que pparaveram . Et hanc
ratus sũ partẽ meã : si uterer labore meo . Cũque
me cõvertissem ad universa opa q̃ fecerãt manus
mee · et ad labores in quibus frustra sudaveram :
vidi in omnibus vanitatẽ et afflicciõem animi :
et nichil pmanere sub sole . Trãsivi ad contẽp-
landam sapientiã : erroresque et stulticiã . Quid
est inquam homo : ut sequi possit regẽ factorem
suũ ? Et vidi q tantũ pcederet sapientia stulticiã
am : quantum differt lux a tenebris . Sapientis
ocli ĩ capite eius : stultus in tenebris ambulat .
Et didici q unus utriusque esset interitus : et dixi
in corde meo . Si unus et stulti et meus occasus
erit : quid michi pdest q maiorem sapiẽtie dedi
operam ? Locutusque cum mẽte mea : aĩadverti q
hoc q̃z esset vanitas . Nõ enĩ erit memoria sapi-
entis similiter ut stulti in perpetuũ : et futura tpa
oblivione cũcta pariter opient . Moritur doctus

ſiliter ut inſipiens: et idcirco tedvit me vite mee
videntem mala vniuerſa eſſe ſub ſole: et cũcta
vanitatẽ et afflictõem ſpiritus. Rurſus deteſ-
tatus ſum omnẽ induſtriã meam qua ſub ſole
ſtudioſiſſime laboraui: habiturus heredem poſt
me · quẽ ignoro vtrũ ſapiens an ſtultus futurus
ſit: et dñabit̃ in laboribꝫ meis quibꝫ deſudaui et
ſollicitus fui. Et eſt quicq̄ tam vanum? Vnde
ceſſaui: renũciauitq̄ç cor meum vltra laborare
ſub ſole. Nam cũ alius laboret in ſapientia et
doctrina et ſolicitudine: homini ocioſo queſita
dimittit. Et hoc ꝗ̄ vanitas: et magnũ malũ.
Quid enĩ ꝓderit homĩ de vniũſo labore ſuo ⁊
afflictione ſpiritus: qua ſub ſole cruciatus eſt?
Cuncti dies eius doloribꝫ et erumnis pleni ſũt:
nec per noctem mente requieſcit. Et hoc nõne
vanitas ẽ? Nõne melius ẽ comedere et bibere:
et oſtẽdere aĩe ſue bona de laboribꝫ ſuis? et hoc de
manu dei eſt. Quis ita devorabit et delicijs af-
fluet ut ego? Homĩ bono in conſpectu ſuo dedit
deus ſapientiam et ſciẽtiã · et intelligentiam:
peccatori autẽ dedit afflictõem et curã ſupfluã:
ut addat et congreget et tradat ei q̄ placuit deo.
Sed et hoc vanitas ẽ: et caſſa ſolicitudo mentis.

Omnia tempus habent: III
et ſuis ſpacijs tranſeũt vniũſa ſub celo.
Tempus naſcẽdi: et tempus moriendi. Tem-
pus plãtandi: et tẽpus euellẽdi qđ plãtatũ eſt.
Tempus occidẽdi: et tempus ſanandi. Tem-
pus deſtruendi: et tempus edificãdi. Tempus
flendi: et tp̄s ridendi. Tempus plangendi: et
tempus ſaltandi. Tempus ſpargendi lapides:
et tempus colligendi. Tempus amplexandi:
et tempus longe fieri ab amplexibꝫ. Tempus
acquirendi: et tempus ꝑdendi. Tempus cuſto-
diendi: et tempus abiciẽdi. Tempus ſcindẽdi:
⁊ tempus conſuendi. Tempus tacendi: ⁊
tẽpus loquẽdi. Tempus dilectõnis: et tempus
odij. Tempus belli: ⁊ tempus pacis. Quid
habꝫ ãplius homo de labore ſuo? Vidi afflictõeꝫ
quã dedit deus filijs hoĩm: ut diſtẽdant̃ in ea.
Cũcta fecit bona ĩ tp̄e ſuo: et mũdum tradidit
diſputationi eoꝝ: ut non inueniat homo opus
quod operatus eſt deus ab inicio uſq̄ ad finẽ. Et
cognoui ꝙ non eſſet melius niſi letari: et facere
bene ĩ vita ſua. Omnis enĩ homo qui comedit
et bibit · et videt bonũ de labore ſuo: hoc donum
dei ẽ. Didici: ꝙ oĩa opa que fecit deus · ꝑſeuerẽt
in ꝑpetuũ: Nõ poſſimus eis quicq̄ addere nec

auferre: que fecit deus ut timeat̃. Qđ factũ ẽ:
ipm ꝑmanet. Que futura ſũt iam fuerũt: et
deus inſtaurat quod abijt. Vidi ſub ſole ĩ loco
iudicij impietatẽ et in loco iuſticie iniquitatẽ:
et dixi ĩ corde meo. Iuſtũ ⁊ impiũ iudicabit
dñs: et tp̄s omnis rei tũc erit. Dixi ĩ corde meo
de filijs hoĩm · ut ꝓbaret eos deus: et oſtenderet
ſiles eſſe beſtijs. Idcirco vnus interitus ẽ hoĩs et
iumentorum: et equa vtriuſq̄ conditio. Sicut
morit̃ homo: ſic ⁊ illa moriuntur. Similiter
ſpirãt oĩa: et nichil habꝫ homo iumẽto ãplius.
Cuncta ſubiacent vanitati: et omnia ꝑgunt ad
vnũ locũ. De terra facta ſũt: et in terrã pariter
reuertunt̃. Quis nouit ſi ſpiritus filioꝝ adam
aſcendat ſurſũ: et ſi ſpiritus iumentoꝝ deſcẽdat
deorſũ? Et deprehendi nichil eſſe melius ꝗ̄ letari
hoĩm in ope ſuo: et hãc eſſe partẽ illius. Quis
enim eũ adducet: ut poſt ſe futura cognoſcat.

Verti me ad alia: et vidi IIII
calũnias q̄ ſub ſole gerunt̃ · et lacrimas
innocentium ⁊ neminem conſolatorem: nec
poſſe reſiſtere eorũ violentie · cũctorum auxilio
deſtitutos. Et laudaui magis mortuos ꝗ̄ viuẽ-
tes: et feliciorẽ vtroq̄ iudicaui qui necdũ natus
eſt: nec vidit mala q̄ ſub ſole fiunt. Rurſum
ꝯtemplatus ſũ omẽs labores hoĩm: et induſtrias
animaduẽti patere ĩuidie ꝓximi. Et in hoc ergo
vanitas: ⁊ cura ſupflua eſt. Stultus cõplicat
manus ſuas: ⁊ comedit carnes ſuas dicens.
Melior eſt pugillus cũ requie: ꝗ̄ plena vtraq̄
manus cũ labore et afflictõe animi. Conſiderãs
reperi ⁊ aliam vanitatem ſub ſole. Vnus eſt
et ſcdm nõ habet · nõ filium nõ frẽm: et tamen
laborare nõ ceſſat · nec ſaciãt̃ oculi eius diuitijs:
nec recogitat dicens. Cui laboro: et fraudo aĩaꝫ
meam bonis? In hoc ꝗ̄ vanitas eſt: et afflictio
peſſima. Melius ẽ ergo duos eſſe ſimul · ꝗ̄ vnũ:
habent enĩ emolimentũ ſocietatis ſue. Si vnus
ceciderit: ab altero fulcietur. Ve ſoli: quia cum
ceciderit nõ habet ſubleuantẽ ſe. Et ſi dormierit duo:
fouebunt̃ mutuo. Vnus quomõ calefiet? Et ſi
quiſpiã ꝑualuerit contra vnũ: duo reſiſtũt ei.
Funiculus triplex difficile rumpit̃. Melior eſt
puer paup ⁊ ſapiens rege ſene ⁊ ſtulto · qui
neſcit ꝑuidere ĩ poſterũ: qđ de carcere cathenisq̄
interdũ quis egrediat̃ ad regnũ: et alius natus
ĩ regno inopia cõſumat̃. Vidi cũctos viuẽtes ·
qui ambulant ſub ſole cũ adoleſcente ſecundo:
qui cõſurget ꝓ eo. Infinitus numerus eſt ꝑpli

omnium qui fuerũt ante eũ: et qui poſtea futuri
ſunt non letabunt̃ in eo. Sed et hoc vanitas: et
afflictio ſpiritus. Cuſtodi pedẽ tuũ ingrediens
domũ dei: & appropinqua ut audias. Multo
enĩ melior eſt obediencia q̃ʒ ſtultoꝝ victime: qui
neſciunt quid faciunt mali. V.

Ne temere quid loquaris: neqʒ cor tuũ ſit
velox ad ꝓferendum ſermonẽ coram deo.
Deus enĩ in celo et tu ſuper terram: idcirco ſint
pauci ſermones tui. Multas curas ſequuntur
ſomnia: et ĩ mltis ſermõibꝫ inuenit̃ ſtulticia.
Si qd vouiſti deo: ne moreris reddere. Diſplicet
enĩ ei infidelis & ſtulta ꝓmiſſio. Sed quodcũqʒ
voueris redde. Multoqʒ melius eſt nõ vouere:
q̃ʒ poſt votũ ꝓmiſſa nõ reddere. Ne dederis os
tuũ ut peccare facias carnẽ tuã: neqʒ dicas · corã
angelo nõ eſt ꝓuidẽcia: ne forte iratus dñs cont̃
ſermões tuos diſſipet cũcta opa manuũ tuarũ.
Ubi mlta ſũt ſomnia plurime ſũt vanitates:
& ſermones innumeri. Tu vero deum time.
Si videris calũnias egenoꝝ et violenta iudicia
et ſubuerti iuſticiam in ꝓuincia · non mireris
ſup hoc negocio quia excelſo excelſior eſt alius: et
ſuper hos quoqʒ eminentiores ſũt alij: et inſuper
uniuerſe terre rex imperat ſeruienti. Auarus
non implebit̃ pecunia: & qui amat diuitias ·
fructum nõ capiet ex eis. Et hoc ergo vanitas.
Ubi mlte ſũt opes: mlti et qui comedunt eas.
Et quid ꝓdeſt poſſeſſori: niſi ꝙ cernit diuitias
oc̃lis ſuis? Dulcis eſt ſomnus operanti ſiue parũ
ſiue multũ comedat: ſaturitas autẽ diuitis non
ſinit eũ dormire. Eſt et alia ĩfirmitas peſſima:
quã vidi ſub ſole. Diuitie conſeruate ĩ malũ
dñi ſui. Pereũt enim: in afflictione peſſima.
Generauit filiũ: q̃ in ſũma egeſtate erit. Sicut
egreſſus ẽ nudus de vtero matris ſue ſic reũtet̃:
& nichil auferet ſecũ de labore ſuo. Miſerabilis
prorſus infirmitas. Q̃ nõ venit: ſic reuertet̃.
Quid ergo prodeſt ei ꝙ laborauit in ventum?
Cunctis diebꝫ vite ſue comedit in tenebris et in
curis mltis: et ĩ erumna atqʒ triſticia. Hoc itaqʒ
viſũ eſt michi bonũ: ut comedat quis et bibat ·
& fruat̃ leticia ex labore ſuo · q̃ laborauit ipſe ſub
ſole numero dieꝝ vite ſue · quos dedit ei deus: et
hec ẽ pars illius. Et oĩ homini cui dedit deus
diuitias atqʒ ſubſtanciã: poteſtateqʒ ei tribuit ·
ut comedat ex eis · et fruat̃ parte ſua & letet̃ de
labore ſuo: hoc eſt donum dei. Non enim ſatis
recordabit̃ dieꝝ vite ſue: eo ꝙ deus occupet delicijs

Eſt et aliud malũ quod · VI · cor eius.
vidi ſub ſole: et quidem frequens apud
homĩes. Vir cui dedit deus diuitias et ſubſtãciã
& honorem et nichil deeſt anime ſue ex oĩbꝫ q̃
deſiderat: nec tribuit ei poteſtatẽ deus ut come-
dat ex eo: ſʒ homo extraneus vorabit illud. Hoc
vanitas et magna miſeria ẽ. Si genuerit quiſ-
piam centũ liberos et vixerit multos annos · et
plures dies etatis habuerit et anima illius non
vtat̃ bonis ſubſtancie ſue · ſepulturaqʒ careat: de
hoc ego pronuncio ꝙ melior illo ſit abortiuus.
Fruſtra enim venit & pergit ad tenebras: &
obliuione delebit̃ nomẽ eius. Non vidit ſolẽ ·
neqʒ cognouit diſtanciã boni et mali: eciam ſi
duobꝫ milibꝫ ãnis vixerit: et nõ fuit ꝑfruitus
bonis. Nõne ad vnũ locum ꝓperant omnia:
omnis labor hoĩs in ore eius: ſed aĩa eius non
implebit̃. Quid habꝫ amplius ſapiens a ſtul-
to: et quid paup niſi ut pgat illuc vbi ẽ vita?
Melius eſt videre quod cupias: quã deſiderare
quod neſcias. Sed et hoc vanitas ẽ: et p̃ſumptio
ſp̃s. Qui futurus eſt: iã vocatũ ẽ nomẽ eius:
et ſcit̃ ꝙ homo ſit et nõ poſſit cõtra fortiorem ſe
in iudicĩo contẽdere. Verba ſũt plurima: mltãqʒ
in diſputando habentia vanitatẽ. · VII ·

Quid neceſſe eſt homĩ maiora ſe querere:
cum ignoret quid conducat ſibi in vita
ſua numero dieꝝ pegrinacõnis ſue · et tpe quod
velut vmbra p̃terit? Aut quis ei poterit indi-
care: qd poſt eũ futurũ ſub ſole ſit? Melius eſt
nomen bonũ q̃ʒ vnguenta p̃cioſa: et dies mortis
die natiuitatis. Melius ẽ ire ad domũ luctus:
q̃ʒ ad domũ cõuiuij. In illa enĩ finis cunctorũ
ammonetur hoĩm: & viuens cogitat quid fu-
turũ ſit. Melior eſt ira riſu: quia per triſticiam
vultus · corrigitur animus delinquentis. Cor
ſapientũ vbi triſticia eſt · & cor ſtultorum vbi
leticia. Melius eſt a ſapiente corripi q̃ʒ ſtultorũ
adulacione decipi: quia ſicut ſonitus ſpinarũ
ardencium ſub olla: ſic riſus ſtulti. Sed & hoc
vanitas. Calumnia conturbat ſapientem: &
ꝑdet robur cordis eius. Melior eſt finis orõnis:
principiũ. Melior eſt patiens arrogante. Ne
ſis velox ad iraſcendum: quia ira in ſinu ſtulti
requieſcit. Ne dicas: qd putas cauſe eſt ꝙ priora
tempora meliora fuere q̃ʒ nũc ſũt. Stulta eſt enĩ
huiuſmodi interrogacõ. Utilior eſt ſapiẽtia cũ
diuitijs: et magis ꝓdeſt videntibꝫ ſolem. Sicut
enim ꝓtegit ſapientia: ſic ꝓtegit pecunia. Hoc

autē plus habet erudicio et ſapiencia: ꝙ vitam
tribuunt poſſeſſori ſuo. Conſidera opera dei ꝙ
nemo poſſit corrigere quem ille deſpexerit. In
die bona fruere bonis: et malam diem p̄caue.
Sicut enī hanc ſic & illam fecit deus: ut non
inueniat homo cōtra eū iuſtas querimonias.
Hec ꝙ̄ vidi ī diebꝫ vanitatis mee. Iuſtus perit
in iuſticia ſua: & impius multo viuit tpe in
malicia ſua. Noli eſſe iuſtus multum: neqꝫ
plus ſapias ꝙ̄ neceſſe eſt ne obſtupeſcas. Ne
impie agas multum: & noli eſſe ſtultus: ne
moriaris in tpe nō tuo. Bonū eſt te ſuſtentare
iuſtū: ſed et ab illo ne ſubtrahas manū tuam:
quia qui timet deū nichil negligit. Sapientia
cōfortauit ſapientē: ſup decē pricipes ciuitatis.
Nō eſt enī homo iuſtus ī terra: q̄ faciat bonū
& nō peccet. Sed et cūctis ſermonibꝫ q̄ dicunt̄.
Ne accomodes cor tuū: ne forte audias ſeruū
maledicētem tibi. Scit enī cōſciencia tua. quia
& tu crebro maledixiſti alijs. Cuncta tēptaui
in ſapientia. Dixi. Sapiens efficiar: & ipſa
longius receſſit a me multo magis ꝙ̄ erat. Et
alta pfunditas: quis inueniet eam? Luſtraui
vniūſa animo meo: ut ſcirem et conſiderarem
et quererem ſapientiā & racionē: et ut cognoſ-
cerem impietatē ſtulti & errorem imprudētiū.
Et inueni amariorē morte mulierem: que la-
queus venatorū ē: et ſagena cor eius. Vincula
ſunt manus illius. Qui placet deo effugiet il-
lā: qui autē peccator eſt capiet̄ ab illa. Ecce hoc
inueni dixit eccleſiaſtes. vnum et alterum. ut
inuenirē racōem quā ad huc querit anīa mea:
et non inueni. Virum de mille vnum reperi:
mulierē ex omnibꝫ non inueni. Solūmodo hoc
inueni. q̄d fecerit deus hominē rectum: et ipſe ſe
infinitis miſcuerit q̄ſtionibus. Quis talis ut
ſapiens eſt? Et quis cognouit ſolucōem verbi?
Sapientia hominis lucet in VIII
vultu eius: et potentiſſimus faciē illius
commutabit. Ego os regis obſeruo: & p̄cepta
iuramēti dei. Ne feſtines recedere a facie eius.
neqꝫ pmaneas in ope malo: quia omē q̄d volu
erit faciet: et ſermo illius poteſtate plenus eſt.
Nec dicere ei quiſquā poteſt: quare ita facis.
Qui cuſtodit p̄ceptū: nō experiet̄ quicꝙ̄ mali.
Tempus et reſponſionē cor ſapiētis intelligit.
Omī negocio tēpus eſt et oportunitas: et multa
hoīs afflictio quia ignorat preterita: et futura
nullo ſcire poteſt nuncio. Non eſt in hominis
poteſtate phibere ſpiritū. nec habet poteſtatem
in die mortis: nec ſinit̄ quieſcere ingruēte bello:
neqꝫ ſaluabit impietas impiū. Omnia hec con-
ſideraui: et dedi cor meū in cūctis opibꝫ q̄ fiunt
ſub ſole. Interdum dn̄atur homo homini in
malū ſuū. Vidi impios ſepultos: qui eciā cū
adhuc viuerēt. in loco ſancto erant: & lauda-
bant̄ in ciuitate quaſi iuſtoꝝ operum. Sed et hoc
vanitas eſt. Etenī quia non pfert̄ cito contra
malos ſentēcia: abſqꝫ timore vllo filij hominū
ppetrant mala. At tamen peccator ex eo ꝙ cen-
ties facit malū & p paciencia ſuſtentat̄: ego
cognoui ꝙ erit bonū timentibꝫ deū: qui verent̄
faciē eius. Non ſit bonū impio nec plongent̄
dies eius: ſed quaſi vmbra tranſeant: qui non
timent faciē dn̄i. Eſt et alia vanitas q̄ fit ſuper
terram. Sunt iuſti quibꝫ mala pueniūt quaſi
opa egerint impioꝝ: et ſūt impij qui ita ſecuri
ſunt: quaſi iuſtorum facta habeant. Sed et hoc
vaniſſimū iudico. Laudaui igit̄ leticiā: ꝙ non
eſſet homini bonū ſub ſole. niſi ꝙ comederet et
biberet atqꝫ gauderet: et hoc ſolū ſecum auferret
de labore ſuo. omībꝫ diebꝫ vite ſue quos dedit ei
deus ſub ſole. Et appoſui cor meum ut ſcirem
ſapientiā: & intelligerē diſtencionem q̄ verſat̄
in terra. Eſt homo qui diebꝫ et noctibꝫ ſomnū
non capit oculis. Et intellexi: ꝙ omnīu operū dei
nullam poſſit homo inuenire racōem eorū que
fiūt ſub ſole: et quāto plus laborauerit ad que-
rendum. tāto minus inueniat ~~minus~~. Eciam
ſi dixerit ſapiens ſe noſſe: non poterit reperire.
Omnia hec tractaui in corde meo: ut curioſe
Sunt iuſti atqꝫ IX intelligerem.
ſapientes: & opa eoꝝ in manu dei. Et
tamen neſcit homo vtrū amore an odio dignus
ſit: ſed omnia in futurū ſeruant̄ incerta: eo ꝙ
vniūſa eque eueniant iuſto et impio. bono &
malo. mundo et īmūdo: immolāti victimas:
et ſacrificia contemnenti. Sicut bonus ſic pec-
cator: ut periurus ſic ille qui verū deierat. Hoc
eſt peſſimū inter omnia que ſub ſole fiūt: quia
eadem cūctis eueniūt. Vnde & corda filiorum
hominū implent̄ malicia et cōtemptu in vita
ſua: et poſt hec ad inferos deducentur. Nemo
eſt qui ſemper viuat: et q̄ huiuſmodi rei habeat
fiduciā. Melior eſt canis viuus leone mortuo.
viuētes enī ſciūt ſe eſſe morituros: mortui vero
nichil nouerūt amplius. Nec habēt vltra mer
cedē: quia obliuioni tradita eſt memoria eoꝝ.

Amor quoq; et odiū et inuidie ſimul ꝑierūt: nec habent partem in hoc ſeculo: et in ope quod ſub ſole geritᷣ. Vade ergo ⁊ comede in leticia panem tuū: et bibe cū gaudio vinū tuū: quia deo placēt opera tua. Omni tpe ſint veſtimēta tua candida: et oleū de capite tuo nō deficiat. Perfruere vita cū vxore quam diligis: cūctis diebꝫ vite inſtabilitatis tue: q̄ dati ſunt tibi ſub ſole omni tpe vanitatis tue. Hec eſt enī pars in vita: et in labore tuo q̄ laboras ſub ſole. Quod⸗cunq; facere poteſt manus tua inſtāter operare. Q̄a nec opus nec racio · nec ſapientia nec ſciētia erit apud inferos: quo tu ꝓperas. Verti me ad aliud: et vidi ſub ſole · nec velociū eſſe curſum · nec fortium bellum · nec ſapientū panem · nec doctoꝝ diuitias · nec artific ū grām: ſed tempus caſumq; ī omnibꝫ. Neſcit homo finem ſuū: ſꝫ ſicut piſces capiūtᷣ hamo · et aues laqueo cōp⸗hendūtur · ſic capiūtᷣ hoīes ī tpe malo: cū eis extemplo ſuꝑuenerit. Hanc quoq; ſub ſole vidi ſapiētiā: et ꝓbaui maximā. Ciuitas parua: et pauci in ea viri. Venit contᷣ eā rex magnus ⁊ vallauit eam: extruxitq; municōes ꝑ girū: et perfecta eſt obſidio. Inuentuſq; eſt in ea vir paupꝑ ⁊ ſapiens: et liberauit vrbē ꝑ ſapienciā ſuam: et nullus deinceps recordatus ē hominis illius pauperis. Et dicebam ego meliorem eſſe ſapiētiam fortitudine. Quomō ergo ſapiētia pauperis contempta eſt · et verba eius non ſunt audita? Verba ſapientū audiūtᷣ in ſilentio: plus q̄ȝ clamor principis inter ſtultos. Melior eſt ſapientia q̄ȝ arma bellica: et qui in vno pec⸗cauerit · multa bona perdet. X.

Muſce morientes ꝑdūt ſuauitatē vnguē⸗ti. Precioſior eſt ſapiencia: paruaq; gloria ad tpˀs ſtulticia. Cor ſapientis in dextera eius: et cor ſtulti ī ſiniſtra illius. Sed et in via ſtultus ambulans: cum ipſe inſipiens ſit omnes ſtultos eſtimat. Si ſpiritus poteſtatem habētis aſcendent ſuper te · locū tuū ne dimiſeris: quia curacō faciet ceſſare pc̄ta maxima. Eſt malum quod vidi ſub ſole: quaſi ꝑ errorem egrediens a facie principis. Poſitum ſtultū in dignitate ſublimi: et diuites ſedere deorſū. Vidi ſeruos in equis: ⁊ principes ambulantes ſuꝑ terram quaſi ſeruos. Qui fodit foueā incidet ī eam: ⁊ q̄ diſſipat ſepem mordebit eū coluber. Qui tranſfert lapides affligetᷣ in eis: ⁊ qui ſcindit ligna vulnerabitᷣ ab eis. Si retuſū fuerit ferrū · et hoc nō ut prius ſed hebetatū fuit · multo labore exacuetᷣ: ⁊ poſt induſtriam ſequetᷣ ſapientia. Si mordeat ſerpens in ſilencō: nichil eo minus habꝫ q̄ occulte detrahit. Verba oris ſapiētis grā: et labia inſipientis p̄cipitabunt eū. Inicium verboꝝ eius ſtulticia: et nouiſſimum oris illius error peſſimus. Stultus v̄ba multiplicat. Igno⸗rat homo quid ante ſe fuit: et quid poſt futuꝝ ſit q̄s ei poterit indicare? Labor ſtultoꝝ affliget eos: qui neſciūt in vrbem ꝑgere. Ve tibi terra cuius rex eſt puer: et cuius principes mane co⸗medunt. Beata terra cuius rex nobilis eſt: et cuius principes veſcuntᷣ ī tpe ſuo · ad reficiendū · et non ad luxuriam. In pigriciis humiliabitᷣ cōtignacō: et in infirmitate manuū ꝑſtillabit domus. In riſum faciunt panem et vinū: ut epulētur bibentes. Et pecunie obediūt omnia. In cogitacōne tua regi ne detrahas: et ī ſecreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti: q̄a ⁊ aues celi portabunt vocē tuam: et qui habent pennas annunciabunt ſentenciam. XI.

Mitte panem tuū ſuꝑ tranſeuntes aquas: quia poſt multa tpa inuenies illū. Da partes ſeptem necnō et octo: quia ignoras quid futuꝝ ſit mali ſuper terram. Si replete fuerint nubes: imbrē ſuꝑ terram effundēt. Si ceciderit lignū ad auſtrū aut ad aquilonē: in quocumq; loco ceciderit ibi erit. Qui obſeruat ventū nō ſeminat: ⁊ qui conſiderat nubes nūq̄ȝ metet. Quomō ignoras que ſit via ſpiritus · ⁊ qua racione compingantᷣ oſſa ī ventre pregnātis: ſic neſcis opera dei qui fabricator eſt omnium. Mane ſemina ſemen tuum et veſpere ne ceſſet manus tua: quia neſcis quid magis oriatᷣ hoc aut illud: et ſi vtrūq; ſimul · melius erit. Dulce lumen: ⁊ delectabile eſt oculis videre ſolem. Si annis multis vixerit homo et in hiis omnibꝫ letus fuerit: meminiſſe debet tenebroſi tpis ⁊ dieꝝ multoꝝ: qui cū venerit · vanitatis arguentᷣ preterita. Letare ergo iuuenis in adoleſcentia tua · et ī bono ſit cor tuū in diebꝫ iuuētutis tue: et ambula in viis cordis tui · et ī intuitu oculoꝝ tuoꝝ: ⁊ ſcito q̄ ꝓ omnibꝫ hiis adducet te deus in iudicium. XII.

Aufer iram a corde tuo: ⁊ amoue maliciam a carne tua. Adoleſcencia enī et voluptas · vana ſūt. Memento creatoris tui ī diebꝫ iuuentutis tue: anteq̄ȝ veniat tempus afflictionis tue: et appro⸗pinquēt anni de quibꝫ dicas · nō michi placēt.

Anteq̃ȝ tenebreſcant ſol · et lumen · et ſtelle · et
luna : et reuertant̃ nubes poſt pluuiã . Quã:
do commouebunt̃ cuſtodes domus et mutabunt
viri fortiſſimi : et ocioſe erunt molentes in mi:
nuto numero : et tenebreſcẽt vidẽtes ꝑ foramĩa :
et claudent oſtia in platea in humilitate vocis
molentis : et conſurgẽt ad vocem volucris : &
obſurdeſcẽt oĩes filie carminis . Excelſa quoq̃ȝ
timebunt : & formidabunt in via . Florebit
amigdalus : impĩguabit̃ locuſta : et diſſipabit̃
capparis . Quoniã ibit homo ĩ domũ et̃nitatis
ſue : et circuibũt in platea plãgentes . Anteq̃ȝ
rumpat̃ funiculus argẽteus · et recurrat vitta
aurea : et cõterat̃ ydria ſuꝑ fontẽ · & cõfringat̃
rota ſuꝑ ciſternã · et reuertat̃ puluis in terram
ſuã vnde erat : et ſpiritus redeat ad deũ qui dedit
illũ . Vanitas vãitatũ dixit eccleſiaſtes : et oĩa
vanitas . Cũq̃ȝ eſſet ſapientiſſimus eccleſiaſtes ·
docuit ꝑplm et enarrauit que fecerat : et inueſti:
gans compoſuit parabolas multas . Queſiuit
verba vtilia : et cõſcripſit ſermones rectiſſimos :
ac veritate plenos . Verba ſapientium ſicut ſti
muli : et quaſi claui in altũ defixi : que per ma:
giſtrorũ cõſilium data ſunt a paſtore vno . His
amplius fili mi ne requiras . Faciendi plures
libros nullus ẽ finis : frequenſq̃ȝ meditacõ · car:
nis afflictõ eſt . Finem loquendi pariter oĩes
audiamus . Deũ time : et mandata eius obſer:
ua . Hoc eſt omĩs homo . Cũcta q̃ fiũt adducet
deus in iudicium ꝓ omĩ errato : ſiue bonũ ſiue
malũ ſit . Incip̃ cantica canticorum · I ·

Oſculet̃ me oſculo oris ſui .
Quia meliora ſũt vb̃a tua
vino : fragrãtia vngẽtis opti
mis . Oleum effuſũ nomen
tuũ : ideo adoleſcentule dile:
xerũt te . Trahe me poſt te .
Curremus ĩ odore vnguẽtoꝝ tuoꝝ . Introduxit
me rex ĩ cellaria ſua . Exultabimus et letabimũ
in te : memores vberũ tuoꝝ ſuper vinũ . Recti
diligũt te . Nigra ſũ ſȝ formoſa filie iheruſalẽ ·
ſicut tabernacla cedar : ſicut pelles ſalomonis .
Nolite me conſiderare ꝙ fuſca ſim : quia deco:
lorauit me ſol . Filij matris mee pugnauerũt
cõtra me : poſuerũt me cuſtodẽ vineis . Vineã
meã non cuſtodiui . Indica michi quẽ diligit
anima mea · vbi paſcas vbi cubes ĩ meridie : ne
vagari incipiam poſt greges ſodaliũ tuorũ . Si
ignoras te o pulcerrima ĩter mulieres : egredere
et abi poſt veſtigia gregum : et paſce hedos tuos
iuxta tab̃nacla paſtoꝝ . Equitatui meo ĩ cũribꝫ
pharaonis · aſſimilaui te amica mea . Pulcre
ſũt gene tue ſicut tur̃ꝭ : collũ tuũ ſicut moni:
lia . Murenulas aureas faciemus tibi : vermicu
latas argento . Cum eſſet rex in accubitu ſuo :
nardus mea dedit odorem ſuum . Faſciculus
mirre dilc̃tus meus michi : inter vbera mea cõ:
morabit̃ . Botrus cipri dilectus meus michi :
ĩ vineis engaddi . Ecce tu pulc̃ es amica mea :
ecce tu pulcra : oculi tui columbarum . Ecce tu
pulcer es dilc̃te mi · et decorus . Lectulus noſter
floridus : tigna domorum noſtrarum cedrina :
laquearia noſtra cipreſſina . · II ·

Ego flos campi : et liliũ cõualliũ . Sicut
liliũ inter ſpinas : ſic amica mea inter
filias . Sicut malus inter ligna ſiluaꝝ : ſic di:
lectus meus inter filios . Sub vmbra illius quẽ
deſideraueram ſedi : et fructus eius dulcis gutturi
meo . Introduxit me rex ĩ cellã vinariã : ordi:
nauit in me caritatem . Fulcite me floribus ·
ſtipate me malis : quia amore langueo . Leua
eius ſub capite meo : et dextra illius amplexabit̃
me . Adiuro vos filie iheruſalem · per capreas
ceruoſq̃ȝ campoꝝ : ne ſuſcitetis neq̃ȝ vigilare fa:
ciatis dilectã : quoadusq̃ȝ ipſa velit . Vox dilc̃ti
mei Ecce iſte venit ſaliens in montibꝫ : trãſiliẽs
colles . Similis ẽ dilectus meus capͤe hynnuloq̃ȝ
ceruoꝝ . En ipͤe ſtat poſt pietẽ noſtrũ · reſpiciẽs
per feneſtras : ꝓſpiciẽs ꝑ cancellos . En dilectus
meus loquit̃ michi . Surge ꝓpera amica mea ·
columba mea · formoſa mea et veni . Iam enĩ
hiemps tranſijt : imber abijt et receſſit . Flores
apparuerunt in terra : tp̃s putacõis aduenit .
Vox turturis audita eſt ĩ terra nr̃a : ficus pro:
tulit groſſos ſuos : vinee florentes dederũt odorẽ
ſuũ . Surge ꝓpera amica mea ſpecioſa et veni :
columba mea in foraminibus petre in cauerna
macerie . Oſtende michi faciẽ tuã : ſonet vox
tua in auribꝫ meis . Vox enim tua dulcis : &
facies tua decora . Capite nobis vulpes paruulas :
que demoliuntur vineas . Nam vinea noſtra
floruit . Dilectus meus michi & ego illi : qui
paſcit̃ ĩter lilia : donec aſpiret dies · et inclinent̃
vmbre . Reuertere : ſimilis eſto dilecte mi capͤe
hynnuloq̃ȝ ceruoꝝ : ſuper montes bethel . · III ·

In lectulo meo per noctem queſiui quem diligit
aĩa mea . Queſiui illũ : et nõ inueni . Surgã
& circuibo ciuitatẽ ꝑ vicos et plateas : queram

quem diligit anima mea. Queſiui illũ: et nõ
inueni. Inuenerunt me vigiles: q̃ cuſtodiunt
ciuitatẽ. Num quẽ diligit aĩa mea vidiſtis?
Paululum cũ ꝑtranſiſſem eos. inueni quem
diligit aĩa mea. Tenui eũ· nec dimittã: donec
introducam illum in domũ matris mee: et in
cubiculũ genitricis mee. Adiuro vos filie ih̓e=
rusalẽ ꝑ capreas ceruoſq; campoꝝ: ne ſuſcitetis
neq; vigilare faciatis dilectam: donec ipſa velit.
Que eſt iſta q̃ aſcẽdit ꝑ deſertũ· ſicut virgula
fumi ex aromatib; mirre & thuris: & vniuſi
pulueris pigmẽtarij? En lectulum ſalomonis
ſexagīta fortes ambiunt· ex fortiſſimis iſrahel:
om̄es tenẽtes gladios: et ad bella doctiſſimi. Vni=
uſcuiuſq; enſis ſup femꝰ ſuũ: ꝓpter timores noct=
nos· ferculũ fecit ſibi ſalomon de lignis libani.
Columnas eius fecit argenteas· reclinatorium
aureũ: aſcenſũ ꝑpureũ: media caritate cõſtra=
uit· ꝓpter filias ih̓rl̄m. Egredimini filie ſion:
& videte regem ſalomonẽ in diademate: quo
coronauit illũ mater ſua· in die deſponſacõis
illius: et in die leticie cordis eius. ·IIII·

Quam pulcra es amica mea: quã pulcra
es. Oculi tui columbarũ: abſq; eo quod
intrinſecus latet. Capilli tui ſicut greges capra=
rũ: que aſcenderunt de monte galaad. Dentes
tui ſicut greges tonſarum: que aſcenderunt de
lauacro. Omnes gemellis fetib;: et ſterilis non
eſt inter eas. Sicut vitta coccinea labia tua: et
eloquiũ tuũ dulce. Sicut fragmẽ mali punici
ita gene tue: abſq; eo qḋ intrinſecus latet. Sicut
turris dauid collũ tuũ: q̃ edificata eſt cũ ꝓpug=
naculis. Mille clipei pendent ex ea: omnis ar=
matᷓa fortiũ. Duo vbᷓa tua ſicut duo hinnuli
capree gemelli: q̃ paſcunt̄ in lilijs: donec aſpiret
dies· et inclinent̄ vmbre. Vadam ad montem
mirre: et ad collẽ thuris. Tota pulcra es amica
mea: et macla nõ eſt ĩ te. Veni de libano ſpõſa
mea: veni de libano veni. Coronabis de capite
amana· de vertice ſanir· et hermon: de cubilib;
leonũ· de mõtib; pardoꝝ. Vulneraſti cor meũ·
ſoror mea ſpõſa: vulneraſti cor meũ ĩ vno ocloꝝ
tuoꝝ: et in vno crine colli tui. Quã pulcre ſũt
mãme tue ſoror mea ſpõſa. Pulcriora ſũt vbᷓa
tua vino: et odor vngẽtoꝝ tuoꝝ ſup oĩa aroma=
ta. Fauus diſtillans labia tua ſponſa: mel et
lac ſub lingua tua: & odor veſtimentoꝝ tuoꝝ
ſicut odor thuris. Ortus cõcluſus ſoror mea ſpõ=
ſa: ortus concluſus fons ſignatus. Emiſſiones
tue paradiſus maloꝝ punicoꝝ: cum pomorum
fructibus. Cipri cũ nardo· nardus & crocus:
fiſtula et cinamomũ cũ vniuerſis lignis libani:
mirra et aloes cũ om̄ib; primis vngẽtis. Fons
ortoꝝ puteus aquaꝝ viuentiũ: q̃ fluunt impetu
de libano. Surge aquilo & veni auſter: perfla
ortum meũ: et fluent aromata illius. ·V·

Veniat dilc̄tus meus ĩ ortũ ſuũ: ut come=
dat fructũ pomoꝝ ſuoꝝ. Veni in ortum
meũ ſoror mea ſponſa: meſſui mirram meam
cũ aromatib; meis. Comedi fauum cũ melle
meo: bibi vinũ meum cũ lacte meo. Comedite
amici et bibite & inebriamini cariſſimi. Ego
dormio: et cor meũ vigilat Vox dilc̄ti mei pul=
ſãtis. Apꝑi michi ſoror mea amica mea colũba
mea immaculata mea: quia caput meũ plenũ
eſt rore et cincinni mei guttis noctium. Expo=
liaui me tunica mea: quõ induar illa? Laui
pedes meos: quõ ~~quo~~ ĩquinabo illos? Dilectus
meus miſit manũ ſuã per foramen: & venter
meus ĩtremuit ad tactũ eius. Surrexi ut apꝑirẽ
dilecto meo. Manus mee ſtillauerũt mirram:
et digiti mei pleni mirra ꝓbatiſſima. Peſſu=
lum hoſtij mei apꝑui dilecto meo: at ille declina
uerat atq; tranſierat. Anima mea liquefacta
eſt: ut dilc̄tus locutus ẽ. Queſiui et nõ inueni
illũ: vocaui: et nõ r̄ſpondit michi. Inuenerũt
me cuſtodes q̃ circuierũt ciuitatẽ. Percuſſerũt
me et vulnerauerũt me: tulerũt palliũ meum
cuſtodes muroꝝ. Adiuro vos filie ih̓eruſalem:
ſi inueneritis dilectum meũ ut nũcietis ei quia
amore lãgueo. Qualis ẽ dilectus tuus ex dilec=
to: o pulcerrima mulierũ? Qualis ẽ dilectus
tuus ex dilecto: q̄a ſic adiuraſti nos? Dilectus
meus cãdidus et rubicũdus: elc̄tus ex milib;.
Caput eius auꝝ optimũ: come eius ſicut elate
palmarũ: nigre quaſi coruus. Oculi eius ſicut
columbe ſup riuulos aquarũ que lacte ſũt lote:
et reſidẽt iuxta fluenta pleniſſima. Gene illius
ſicut areole aromatũ: conſite a pigmentarijs.
Labia eius lilia diſtillãtia mirram primam.
Manus illius tornatiles: auree: plene iacinctis.
Ventꝰ eius eburneus: diſtinctus ſaphiris. Crura
illius columne marmoree: q̃ fundate ſunt ſuper
baſes aureas. Species eius ut libani: electus ut
cedri. Guttur illius ſuauiſſimũ: et totus deſide
rabilis Talis ẽ dilc̄tus meus: et ipſe eſt amicus
meus filie ih̓rl̄m. Quo abijt dilectus tuus o
pulcerrima mulierũ: quo declinauit dilectus

tuus: Et queremus eum tecum. VI
Dilectus meus deſcendit in ortum ſuũ ad
areolam aromatũ: ut ibi paſcatur in
ortis: et lilia colligat. Ego dilcto meo: et dilec-
tus meus michi: qui paſcit inter lilia. Pulcra
es amica mea: ſuauis et decora ſicut iheruſalẽ:
terribilis ut caſtrorum acies ordinata. Auerte oculos
tuos a me: quia ipſi me auolare fecerũt. Capilli
tui ſicut grex caprarũ: que apparuerũt de gala-
ad. Dentes tui ſicut greges ouiũ: que aſcenderũt
de lauacro. Omnes gemellis fetibus: et ſterilis nõ
eſt in eis. Sicut cortex mali punici: ſic gene tue:
abſque occultis tuis. Sexaginta ſũt regine: et oc-
toginta cõcubine: et adoleſcẽtularũ nõ eſt nume-
rus. Vna ẽ columba mea pfecta mea: una ẽ
matri ſue: electa genitrici ſue. Viderunt eam
filie ſyon et beatiſſimam pdicauerũt: regine et
concubine laudauerunt eam. Que ẽ iſta que
pgreditur quaſi aurora conſurgens: pulcra ut
luna: electa ut ſol: terribilis ut caſtrorum acies
ordinata: Deſcendi in ortũ nucum ut viderem
poma cõuallũ: et inſpicerẽ ſi floruiſſet vinea:
et germinaſſent mala punica. Neſciui. Anima
mea conturbauit me: propter quadrigas aminadab.
reuertere reuertere ſunamitis: reuertere reuertere
Quid videbis. VII ut intueamur te.
in ſunamite niſi choros caſtrorum: Quã
pulcri ſunt greſſus tui in calciamẽtis filia prin-
cipis. Iuncture feminum tuorum ſicut moni-
lia: que fabricata ſunt manu artificis. Vmbi-
licus tuus crater tornatilis: nunquam indigens po-
culis. Venter tuus ſicut aceruus tritici: valla-
tus liliis. Duo ubera tua ſicut duo hinnuli ge-
melli capree. Collũ tuũ ſicut turris eburnea:
oculi tui ſicut piſcine in eſebon: que ſũt in porta
filie multitudinis. Naſus tuus ſicut turris liba-
ni: qui reſpicit contra damaſcum. Caput tuũ
ut carmelus: et come capitis tui ſicut purpura
regis iuncta canalibus. Quam pulcra es et
quam decora cariſſima in deliciis. Statura tua aſſi-
milata eſt palme: et ubera tua botris. Dixi.
Aſcendam in palmam: et apprehendam fructus
eius. Et erunt ubera tua ſicut botri vinee: et odor
oris tui ſicut odor malorũ. guttur tuũ ſicut vi-
nũ optimũ: dignũ dilecto meo ad potandũ:
labiiſque et dentibus illius ad ruminandũ. Ego
dilecto meo: et ad me conuerſio eius. Veni di-
lecte mi egrediamur in agrũ: commoremur in
villis. Mane ſurgamus ad vineas: videamus
ſi floruit vinea: ſi flores fructus parturiunt: ſi
floruerũt mala punica. Ibi dabo tibi ubera mea.
Mandragore dederũt odorem in portis noſtris.
Omnia poma noua et vetera dilecte mi ſeruaui
tibi. VIII Quis michi det te fratrem
meum ſugẽtem ubera matris mee: ut
inueniam te foris et deoſculer et iam me nemo
deſpiciat: Apprehendã te et ducam in domũ
matris mee: et in cubiculum genitricis mee.
Ibi me docebis: et dabo tibi poculum ex vino
condito: et muſtum malorum granatorum me-
orum. Leua eius ſub capite meo: et dextera illius
amplexabitur me. Adiuro vos filie iheruſalem: ne
ſuſcitetis neque euigilare faciatis dilectam: donec
ipſa velit. Que eſt iſta que aſcendit de deſerto
deliciis affluens: innixa ſuper dilectũ ſuũ: Sub
arbore malo ſuſcitaui te. Ibi corrupta ẽ mater
tua: ibi violata ẽ genitrix tua. Pone me ut
ſignaculũ ſuper cor tuum: ut ſignaculum ſuper
brachiũ tuum: quia fortis eſt ut mors dilectio:
dura ſicut infernus emulatio: lampades eius: ut
lampades ignis atque flammarũ. Aque multe nõ
potuerũt extinguere caritatẽ: nec flumina obruẽt
illã. Si dederit homo omnẽ ſubſtanciã domus
ſue pro dilectione: quaſi nichil deſpiciet eã. Soror
noſtra parua et ubera non habet. Quid facie-
mus ſorori noſtre: in die quando alloquenda
eſt: Si murus eſt: edificemus ſuper eũ propugnacula
argẽtea. Si oſtiũ ẽ: cõpingamus illud tabulis
cedrinis. Ego murus: et ubera mea ſicut turris:
ex quo facta ſũ corã eo quaſi pacẽ repiens. Vinea
fuit pacifico: in ea: que habet populos. Tradidit
eã cuſtodibus: vir affert pro fructu eius mille ar-
gẽteos. Vinea mea corã me ẽ. Mille tui paci-
fici: et ducẽti hiis qui cuſtodiunt fructus eius.
Que habitas in ortis: amici auſcultant: Fac me
audire vocẽ tuã. Fuge dilecte mi: et aſſimilare
capree hinnuloque ceruorum ſuper montes aromatũ.

Incipit liber Sapiencie I

Diligite iuſticiã: qui iudicatis
terrã. Sentite de dño in boni-
tate: et in ſimplicitate cordis
querite illũ: quoniã inuenit
ab hiis qui nõ temptãt illũ:
apparet autẽ eis qui fidẽ habent
in illũ. Peruerſe enĩ cogitacões ſeparãt a deo:
pbata autẽ virtus corripiet inſipientes. Quo-
niã in maliuolam aĩam nõ introibit ſapiẽcia:
nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Spiri-

tus enim ſanctus diſcipline effugiet fictum: et auferet ſe a cogitationibus que ſūt ſine intellectu: & corripietur a ſuperueniente iniquitate. Benignus ē enī ſpiritus ſapiētie et nō liberabit maledictū a labijs ſuis: qm̄ renū illius teſtis eſt deus: et cordis illius ſcrutator ē verus: et lingue eius auditor. Quoniam ſpiritus dn̄i repleuit orbē terrarū: et hoc qd̄ continet oīa ſciētiā habet vocis. Propť hoc qui loquitˀ iniqua nō poteſt latere: nec pteriet illū corripiens iudicium. In cogitacōnibꝫ enī impij interrogacō erit: ſermonū autē illius audicō ad deū veniet: et ad correpcōnē iniquitatū illius. Quoniā auris zeli audit omnia: et tumultus murmuracionū nō abſcodet. Cuſtodite ergo vos a murmuratione · que nichil pdeſt: & a detractione · parcite lingue. Quia ſermo obſcurus in vacuum nō ibit: os autem qd̄ mētitur occidit aīam. Nolite zelare mortē in errore vite vr̄e: neqꝫ acqratis pditionē ī opibꝫ manuū veſtrarū. Quoniā deus mortē nō fecit: nec letatˀ in pditione viuorū. Creauit enī ut eſſent omnia: et ſanabiles fecit naciones orbis terrarū: et nō eſt ī illis medicamentū exterminij nec inferorū regnum ī terra. Juſticia enī ppetua eſt et immortalis: iniuſticia autem mortis acquiſitio. Impij autē manibꝫ et vbis accerſierūt illam: & eſtimantes illā · amicam defluxerūt · & ſponſiones poſuerūt ad illā: qm̄ morte digni ſūt qui ſūt ex parte illius. II

Dixerunt enim impij: cogitantes apud ſe non recte. Exiguū et cū tedio ē tempus vite noſtre: & non eſt refrigeriū in fine hominis: et non eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis: Quia ex nichilo nati ſumus: et poſt hoc erimus tāqꝫ nō fuerimus. Quoniā fumus afflatus eſt in naribus noſtris: et ſermo ſcintille ad cōmouēdū cor noſtrū. Quia extictus cinis erit corpus noſtrum: & ſpiritus diffūdetur tamqꝫ mollis aer. Et trāſibit vita veſtra tāqꝫ veſtigiū nubis: et ſicut nebula diſſoluet · que fugata eſt a radijs ſolis: & a calore illius aggrauata. Et nomen nr̄m obliuionē accipiet p tempus: & nemo habebit memoriam operum noſtrorum. Umbre enim tranſitus ē tempus nr̄m: et nō eſt reuerſio finis nr̄i · quoniā conſignata eſt: et nemo reuertitˀ. Venite ergo et fruamur bonis q̄ ſunt: et vtamur cātura tamqꝫ in iuuētute celeriter. Vino precioſo et vnguentis nos impleamus: & non pretereat nos flos tp̄is. Coronemus nos roſis anteqꝫ marceſcāt: nullū pratū ſit qd̄ nō ptranſeat luxuria nr̄a. Nemo vr̄m exors ſit luxurie nr̄e. Ubiqꝫ relinquamus ſigna leticie: qm̄ hec eſt pars nr̄a: & hec eſt ſors noſtra. Opprimamus paupem iuſtū: & non parcamus vidue nec veterano: nec reuereamur canos multi tp̄is. Sit autē fortitudo noſtra · lex iuſticie. Quod enī infirmū eſt inutile inuenitˀ. Circumueniamus ergo iuſtū · qm̄ inutilis eſt nobis · et contrarijs eſt opibꝫ nr̄is: et inproperat nobis peccata legis: et diffamat in nos peccata diſcipline nr̄e. Promittit ſe ſciētiā dei habē: et filiū dei ſe nominat. Factus ē nobis intraduccōnem cogitationū nr̄arū. Grauis eſt nobis eciam ad videndū: qm̄ diſſimilis eſt alijs vita illius: & immutate ſūt vie eius. Tamqꝫ nugaces eſtimati ſumus ab illo: et abſtiet ſe a vijs nr̄is tamqꝫ ab immūdicijs: et pfert nouiſſima iuſtorū: et gloriatˀ patrē ſe habē deū. Videamus ergo ſi ſermones illius veri ſūt: & temptemus que ventura ſūt illi: et ſciemus que erūt nouiſſima illius. Si enī eſt verus filius dei ſuſcipiet illū: et liberabit illum de manibꝫ contrariorū. Contumelia et tormento interrogemus eum: ut ſciamus reuerentiā eius: et pbemus pacientiā illius. Morte turpiſſima condemnemus eum. Erit enī ei reſpectus ex ſermonibus illius. Hec cogitauerunt et errauerunt: excecauit enī eos malicia eorum. Et neſcierunt ſacramenta dei: neqꝫ mercedem ſperauerūt iuſticie: nec iudicauerūt honorem animarū ſāctarū. Quoniā deus creauit hominē inexterminabilē: et ad imaginē ſimilitudinis ſue fecit illū. Inuidia autem diaboli · mors ītroiuit ī orbem terrarū: imitantˀ autem illū qui ſunt ex parte illius. III

Juſtorū autē aīe in manu dei ſunt: & nō tanget illos tormentū mortis. Viſi ſunt oculis inſipientiū mori: et eſtimata ē afflictio exitus illorū. Et ab itinere iuſto abierūt in exterminiū: et q a nobis eſt iter exterminij: illi autem ſūt ī pace. Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſūt: ſpes illorū ī mortalitate plena ē. In paucis vexati · in mltis bene diſponentˀ: quoniā deus tēptauit eos: et inuenit illos dignos ſe. Tamqꝫ aurum in fornace pbauit illos: & q̄ſi olocauſtū hoſtiā accepit illos: et in tp̄e erit reſpectus illorū · Fulgebunt: et tamqꝫ ſcintille ī arundineto diſcurrēt. Judicabunt nationes & dn̄abuntˀ pplis: & regnabit dn̄s illorū in ppetuū. Qui confidunt

in illo intelligent veritatē: et fideles ī dilectōe
acquieſcent illi: quī donū et pax eſt electis eius.
Impij autem ſcd̄m q̄ cogitauerūt correptionem
habebunt: qui neglexerunt iuſtū: et a dn̄o receſ
ſerunt. Sapientiam enī et diſciplinā qui abicit
infelix eſt. et vacua eſt ſpes illoꝝ. et labores ſine
fructu. & inutilia opa eoꝝ. Mulieres eoꝝ in-
ſenſate ſūt: et nequiſſimi filij illoꝝ. Maledicta
creatura eoꝝ. Quoniā felix eſt ſterilis et coin-
quinata: q̄ neſciuit thoꝝ ī delicto. Habebit fructū
in reſpectiōne aīaꝝ ſanctarū. Et ſpado qui non
opatus ē ꝑ manus ſuas iniq̄tatē: nec cogitauit
adūſus deū nequiſſima. Dabitur enī illi fidei
donū electū: et ſors in templo dei acceptiſſima.
Bonoꝝ enī laboꝝ glo̅ſus eſt fructus: et que nō
concidat radix ſapientie. Filij autē adulteroꝝ
ī conſummacōne erūt: et ab iniquo thoro ſemē
exterminabit̄. Et ſi quidem longe vite erūt: in
nichilū computabunt̄ et ſine honore erit nouiſ-
ſima ſenectus illoꝝ. Et ſi celerius defūcti fuerīt.
nō habebunt ſpem: nec ī die agnicōnis allocu-
tionem. Nationes enim iniquē dire ſunt con-
ſummacōnis.

IIII

O quam pulc̄ eſt caſta generacō cum claritate. Immor-
talis eſt enī memoria illius: quoniam et apud
dnm nota eſt et apud homīes. Cum preſens eſt
imitant̄ illā: et deſiderant eā. cū ſe eduxerit: et
in ꝑpetuū coronata triumphat. incoinq̄natorū
certaminū premium vincens. Multigena autē
impiorū multitudo non erit vtilis: & ſpuria
vitulamina nō dabūt radices altas. nec ſtabile
firmamentū collocabunt. Et ſi ī ramis in tpe
germinauerit. infirmiter poſita a vento cōmo-
uebūtur: et a nimietate vētoꝝ eradicabuntur.
Cōfringent̄ enī rami inconſūmati: et fructus
illoꝝ inutiles et acerbi ad manducandū: et ad
nichilū apti. Ex iniquis enim omnes filij qui
naſcūtur teſtes ſūt nequicie aduerſus parentes
interrogacōne ſua. Juſtus autē ſi morte ꝑoccu-
patus fuerit: in refrigerio erit. Senectus enim
venerabilis ē: non diuturna. neq3 numero an-
noꝝ cōputata. Cani autē ſunt ſenſus hoīs. &
etas ſenectutis: vita immaculata. Placēs deo
factus dilc̄tus: et viuēs inter pc̄tores tranſlatus
eſt. Raptus eſt ne malicia mutaret intellectū
eius: aut ne fictio deciperet aīam illius. Faſci-
nacio enim nugacitatis obſcurat bona: & in-
cōſtantia cōcupiſcentie tranſuertit ſenſum ſine
malicia. Conſūmatus ī breui expleuit multa
tempora. Placita enī erat deo anima illius:
ꝓpter hoc ꝓperauit educere illū de medio iniq̄ta-
tum. Populi autem vidētes et nō ītelligētes.
nec ponentes nec in precordijs talia: quī gratia
dei. et miſcdia eſt in ſanctos eius: & reſpectus
ſuꝑ elc̄tos illius. Condemnat autē iuſtus mor-
tuus viuos impios: et iuuētus celerius conſū-
mata longam vitam iniuſti. Videbunt enim
finem ſapientis: et nō intelligent qd̄ cogitauerit
de illo deus: et quare muniemt illū dn̄s. Vide-
bunt enī & cōtemnent eū: illos autē deus irri-
debit. Et erūt poſt hec decidentes ſine honore: et
in contumelia inter mortuos ī ꝑpetuū. Quo-
niā diſrumpet illos inflatos ſine voce: & com-
mouebit illos a fundamētis: et uſq3 ad ſuꝑmū
deſolabuntur. Et erūt gementes: et memoria
illoꝝ peribit. Venient in cogitacōne peccatorum
ſuoꝝ timidi: et traducēt illos ex aduſo iniq̄tates
ipoꝝ.

V.

Tunc ſtabūt iuſti ī magna
conſtātia aduerſus eos qui ſe anguſtia-
uerūt: et qui abſtulerūt labores eoꝝ. Videntes
turbabuntur timore horribili: et mirabūtur in
ſubitatione inſperate ſalutis gemētes ꝑ anguſ-
tia ſpiritus: dicentes intra ſe. penitētiā agētes.
& ꝑ anguſtia ſpiritus gementes. Hij ſūt quos
habuimus aliquando in deriſū et in ſimilitudinē
impꝓperij: nos inſenſati vitā illoꝝ eſtimabamus
inſaniā: et finē illoꝝ ſine honore. Ecce quomō
cōputati ſūt inter filios dei: et inter ſanctos ſors
illorū eſt. Ergo errauimus a via veritatis: &
iuſticie lumē nō luxit nobis: et ſol intelligētie
nō ē ortus nobis. Laſſati ſumus ī via iniq̄tatis
et ꝑditionis: et ābulauimus vias difficiles: viā
autem dn̄i ignorauimus. Quid nobis ꝓfuit
ſuꝑbia? aut diuitiaꝝ iactantia qd̄ contulit no-
bis? Trāſierūt oīa illa tamq̄3 vmbra et tamq̄3
nūcius ꝑcurrens. Et tamq̄3 nauis que ꝑtranſit
fluctuantē aquā cuius cū preterierit nō eſt veſti-
giū inuēire. neq3 ſemitā carine illius ī fluctib9:
aut auis que tranſuolat in aere. cuius nullum
inuenit̄ argumentū itineris illius: ſ3 tantū ſoni-
tus alarū verberans leuē ventū. et ſcīdēs ꝑ vim
itineris aerē. cōmotis alis trāſuolauit. & poſt
hoc nullū ſignū inuenit̄ itineris illius: aut tāq̄3
ſagitta emiſſa in locū deſtinatū. diuiſus aer cō-
tinuo ī ſe reduſus eſt ut ignoret̄ trāſitus illius:
ſic et nos nati cōtinuo deſinimus eſſe. et virtu-
tis quidem nullū ſignū valuimus oſtendere: ī
malignitate autem noſtra conſumpti ſumus.

Talia dixerūt in inferno hij qui peccauerūt:
q̄ꝛ ſpes impij tanq̃ lanugo eſt que a vento tol
litur: ⁊ tanq̃ ſpuma gracilis que a procella
diſpergit̄: et tanq̃ fumus qui a vento diffuſus
eſt: et tanq̃ memoria hoſpitis vnius diei p̄teri
euntis. Juſti autem in ꝑpetuū viuent ⁊ apud
dñm eſt merces eoꝝ: et cogitacō illoꝝ apud altiſ-
ſimū. Jdeo accipient regnū decoris et diadema
ſpeciei de manu dñi: q̄ꝛ dextera ſua teget eos:
et in brachio ſancto ſuo defendet illos. Et acci-
piet armaturā zelus illius: et armabit cͣturā
ad vlcōnem inimicoꝝ. Induet ꝓ torace iuſti-
ciam: et accipiet ꝓ galea iudiciū certū. Sumet
ſcutū inexpugnabile equitatē: acuet autē dirā
irā in lanceā: et pugnabit cū illo orbis terraꝝ
cōtra inſenſatos. Jbunt directe emiſſiones ful-
gurum: et tanq̃ a bene curuato arcu nubium
exterminabunt̄: et ad certū locū inſilient. Et a
petroſa ira plene mittent̄ grādines: et ſcādeſcet
in illos aqua maris: et flumina concurrēt du-
riter. Contra illos ſtabit ſpiritus virtutis· ⁊
tanq̃ turbo venti diuidet illos: et ad heremum
perducet omnem terrā iniquitatis illoꝝ: et malig-
nitas euertet ſedes potentium. ·VI·

Melior eſt ſapientia q̃ vires: et vir prudēs
magis q̃ fortis. Audite ergo reges ⁊
intelligite: diſcite iudices finiū terre. Prebete
aures vos qui cōtinetis multitudines et placetis
vobis in turbis nationū: q̄ꝛ data eſt a dño po
teſtas vobis· et virtus ab altiſſimo: qui interro
gabit opa veſtra· et cogitationes ſcrutabit̄: q̄ꝛ
cum eſſetis miniſtri regni illius· nō recte iudi-
caſtis nec cuſtodiſtis legem iuſticie: neq̄ ſcdm
voluntatē dei ambulaſtis. Horrēde et cito appa-
rebit vobis: q̄ꝛ iudiciū duriſſimū in hijs qui
p̄ſunt fiet. Exiguo enī conceditur miſericordia: potē-
tes autē potenter tormēta patient̄r. Non enī
ſubtrahet pſonā cuiuſq̃ deus q̄ eſt oīm dñator·
nec verebit̄ magnitudinem cuiuſq̃: q̄ꝛ puſillū
et magnum ipe fecit: et equaliter cura eſt illi de
oīb;. Fortioribꝫ autem· fortior inſtat cruciā-
tio. Ad vos ergo reges ſūt hij ſermones mei:
ut diſcatis ſapientiā: et ne excidatis. Qui enī
cuſtodierint iuſticiā: iuſte iudicabūtur: et qui
didicerīt iuſta inueniēt quid reſpōdeant. Con-
cupiſcite ergo ſermones meos et diligite illos:
et habebitis diſciplinā. Clara eſt et q̄ nūq̃ mar
ceſcit ſapiētia: et facile videt̄ ab hijs qui diligūt
eā: et īuenit̄ ab hijs q̄ q̄runt illā. Preoccupat
qui ſe concupiſcunt: ut illis ſe prior oſtendat.
Qui de luce vigilauerit ad illā nō laborabit:
aſſidētem enim illā foribus ſuis inueniet. Co-
gitare ergo de illa ſenſus ē conſūmatus: et qui
vigilauerit· ꝓpt̄ illā cito erit ſecurus. Quoniā
dignos ſe circuit ipa querēs: et in vijs ſuis oſtē-
det ſe illis hilariter: ⁊ in omni prouidencia
occurret illis. Inicium enī illius veriſſima eſt
diſcipline concupiſcētia. Cura ergo diſcipline
dilectio eſt: et dilectio cuſtodia legum illius eſt.
Cuſtodicō autē legū conſūmacō incorrupcōnis
eſt: incorruptio autē facit eſſe ꝓximū deo. Con-
cupiſcentia itaq̃ ſapientie deducet ad regnum
ꝑpetuū. Si ergo delectamini ſedibꝫ et ſceptris o
reges populi: diligite ſapientiā ut in ꝑpetuum
regnetis. Diligite lumen ſapientie: oīnes qui
p̄eſtis populis. Quid ē autē ſapiētia et quem-
admodū facta ſit referam ⁊ non abſcondam
a vobis ſacramenta dei: ſed ab inicō natiuitatis
inueſtigabo: et ponā in lucem ſciētiam illius·
et nō pretibo veritatē: neq̃ cū inuidia tabeſcēte
iter habebo: q̄ꝛ talis homo non erit particeps
ſapientie. Multitudo autē ſapientū· ſanitas
eſt orbis terrarū: ⁊ rex ſapiens· populi ſtabili-
mentum eſt. Ergo accipite diſciplinam per ſer
mones meos: et proderit vobis. ·VII·

Sum quidē et ego mortalis homo ſimilis
oīb;: et ex genere terreno illius qui p̄or
factus eſt: et ī ventre matris figuratus ſū caro:
decem menſiū tpe coagulatus ſū ī ſanguine· ex
ſemine hoīs: et delectamento ſomni conueni-
ente. Et ego natus accepi communem aerē: ⁊
in ſimiliter factam decidi terram: et primā vocē
ſimilē oīb; emiſi plorans. In inuolumentis
nutritus ſū: et magnis curis. Nemo enim ex
regibus aliud habuit natiuitatis iniciū. Vnus
ergo introitus eſt oīb; ad vitā: et ſilis exitus.
Propter hoc optaui et datus eſt michi ſenſus:
et inuocaui ⁊ venit in me ſpiritus ſapientie.
Et p̄poſui illā regnis et ſedib;: et diuitias nichil
eſſe dixi in comparacōne illius. Nec cōparaui
illi lapidē precioſū: quoniā oīne aurū in cōpa-
racōne illius arena eſt exigua: et tanq̃ lutum
eſtimabit̄ argentum ī conſpectu illius. Super
ſalutem et ſpeciē dilexi illā: ⁊ ꝓpoſui pro luce
habere illā: q̄m̄ inextinguibile eſt lumē illius.
Venerūt autē michi oīnia bona parit̄ cū illa:
et innumerabilis honeſtas p manus illius. Et
letatus ſum in oīb;: quoniā antecedebat me

iſta ſapientia : et ignorabā qm̄ hoꝝ oīm mater
eſt . Quā ſine fictione didici : ⁊ ſine inuidia
communico : et honeſtatē illius non abſcondo.
Infinitus enim theſaurus eſt hominibꝫ : quo qui
vſi ſūt · participes facti ſūt amicicie dei : ꝓpter diſ-
cipline dona cōmēdati . Michi autē dedit deus
dicere ex ſententia et ꝑſumere digna horum que
michi dant̄ : qm̄ ipſe ſapientie dux eſt : et ſapien-
tium emendator . In manu enī illius et nos et
ſermones nr̄i : et omnis ſapientia · et operum ſci-
entie diſcipline . Ipſe enī dedit michi hoꝝ ſcien-
tiam verā que ſunt : ut ſciā diſpoſicōnem orbis
terraꝝ et v̄tutes elemētoꝝ : iniciū et conſūmacōēꝫ
et medietatē tēpoꝝ · viciſſitudinū ꝑmutacōnes :
et conſūmacōnes tempoꝝ · et moꝝ mutacōnes :
diuiſiones tempoꝝ · anni curſus · ⁊ ſtellaꝝ diſ-
poſicōnes · naturas aīaliū · et iras beſtiaꝝ : vim
ventoꝝ et cogitacōnes hoīm · differētias virgul-
toꝝ et virtutes radicū : et quecūqꝫ ſunt abſcōſa
⁊ inꝓuiſa didici . Oīm enī artifex docuit me
ſapientia . Eſt enim ī illa ſpiritus intelligentie
ſc̄tus vnicus multiplex ſubtilis · diſertus mo-
bilis · incoinquīatus : c̄tus ſuauis amās bonū :
acutus · qui nichil vetat benefacere : humanus ·
benignus · ſtabilis · certus · ſecurus : omnē habēs
virtutē · oīa ꝓſpiciens : ⁊ qui capiat omnes
ſpiritus intelligibiles : mūdus · ſbtilis . Oīibꝫ
enī mobilibꝫ mobilior eſt ſapientia . Attingit
autē vbiqꝫ ꝓpter ſuā mūdiciā . Vapor eſt enim
virtutis dei : ⁊ emanacō quedam eſt claritatis
oīpotentis dei ſincera : et ideo nichil inquina-
tum in eā incurrit . Candor eſt enī lucis eterne
et ſpeculū ſine macula dei maieſtatis : et imago
bonitatis illius . Et cū ſit vna · oīa poteſt : ⁊
ꝑmanēs in ſe oīa innouat : et per nacōnes in
aīas ſanctas ſe transfert . Amicos dei et ꝓphetas
conſtituit . Neminē enī diligit deus : niſi eum
qui cū ſapientia inhabitat . Eſt enī hec ſpecōſior
ſole : et ſup omnē diſpoſicionē ſtellaꝝ · luci com-
parata inuenitur prior . Illi enī ſuccedit nox :
ſapientiā autem nō vincit malicia . VIII .

Attingit ergo a fine uſqꝫ ad finē fortiter :
et diſponit oīa ſuauiter . Hāc amaui
et exq̄ſiui eā a iuuētute mea : et queſiui ſponſā
michi eam aſſumere : et amator factus ſū forme
illius . Generoſitatē illius glorificat cōtuberniū
habens dei : ſed et oīm dn̄s dilexit illā . Doctrix
enī eſt diſcipline dei : et electrix operum illius . Et
ſi diuitie appetūt̄ ī vita : qd ſapiētia locupletius
que operat̄ oīa ? Si autē ſenſus operat̄ : quis hoꝝ
que ſūt magis quā illa eſt artifex ? Et ſi iuſticiā
q̄s diligit : labores huius magnas habēt v̄tutes .
Sobrietatem enī et prudentiā docet · et iuſticiā
et virtutē : quibꝫ vtilius nichil ē in vita hoībꝫ .
Et ſi multitudinem ſcientie deſiderat quis : ſcit
preterita et de futuris eſtimat : ſcit verſutias ſer-
monū et diſſolucōnes argumentoꝝ : ſigna ⁊
monſtra ſcit anteq̄ꝫ fiant · et euentus tempoꝝ ·
et ſeculoꝝ . Propoſui ergo hāc adducere michi
ad cōuiuendū : ſciens qm̄ mecū cōmunicabit de
bonis : et erit allocucō cogitacōnis · et tedij mei .
Habebo ꝓpt̄ hanc claritatē ad turbas : ⁊ honorē
apud ſeniores . Iuuenis et acutus inueniar in
iudicō : ⁊ in conſpectu potentū ammirabilis
ero : et facies principū mirabunt̄ me . Tacentē
me ſuſtinebunt : loquentē me reſpicient : et ſer-
mocināte me plura · manus ori ſuo imponēt .
Preterea habebo per hanc immortalitatē : ⁊
memoriā eternam hijs qui poſt me futuri ſunt
relinquā . Diſponā ꝑplos : ⁊ naciones michi
erūt ſubdite . Timebūt me audiētes reges hor-
rēdi : et ī multitudine bonus videbor : et ī bello
fortis . Intrans ī domū meā cōquieſcā cū illa .
Non enī habet amaritudinē cōuerſacō illius :
nec tediū cōuictus illius : ſed leticiā et gaudiū .
Hec cogitans apud me · et cōmemorans in corde
meo · quoniā immortalis ē in cogitacōne ſapi-
entia · et in amicicia illius delectacō bona : et in
operibꝫ manuū illius honeſtas ſine defectione : et
ī certamine loquele illius ſapiētia · ⁊ p̄claritas
in cōmunicatione ſermonū ipſius : circuibam
querēs · ut michi illam aſſumerē . Puer autē
eram ingenioſus et ſortitus ſū animā bonā . Et
cū eſſē magis bonus : veni ad corpus incoinqui-
natū . Et ut ſciui qm̄ aliter nō poſſū eſſe ꝯtinēs
niſi deus det : et hoc ipm̄ erat ſumma ſapientia
ſcire · cuius eſſet hoc donū : adij dn̄m et dep̄catus
ſū illū : et dixi ex totis p̄cordijs meis . IX .

O deus patrum meoꝝ et dn̄e miſcdie · qui
feciſti oīa verbo tuo : et ſapientia tua
cōſtituiſti hominem · ut dn̄aret̄ creature que a te
facta eſt · ut diſponat orbem terraꝝ in equitate
et iuſticia · et ī direccōne cordis iudiciū iudicet :
da michi ſediū tuaꝝ aſſiſtricē ſapientiā : et noli
me reprobare a pueris tuis · qm̄ ſeruus tuus ſū
ego · et filius ancille tue : homo infirmus et exi-
gui t̄pis : et minor ad intellectū iudicij et legū .
Et ſi quis erit conſūmatus inē filios hoīm : ſi

abfuerit ab illo ſapīa tua · ī nichilū ↄputabit.
Tu autē elegiſti me regē populo tuo: et iudicē
filioꝝ tuoꝝ et filiaꝝ. Et dixiſti me edificare tem-
plum in monte ſancto tuo: et in ciuitate habi-
tationis tue altare: ſilitudinē tabnaculi ſancti
tui qḋ ꝑparaſti ab inicō et tecū ſapiētia tua · que
nouit opa tua: que et affuit tūc cū orbē terraꝝ
faceres · et ſciebat qḋ eſſet placitū oculis tuis: ⁊
quid directū in ꝑceptis tuis. Mitte illā de celis
ſāctis tuis · et a ſede magnitudinis tue: ut me-
cum ſit et mecū laboret: ⁊ ſciā quid acceptū ſit
apud te. Scit enī illa omnia et intelligit: et de-
ducet me in opibꝫ meis ſobrie: et cuſtodiet me
in ſua potentia. Et erūt accepta opera mea: et
diſponā populū tuū iuſte: et ero dignus ſediū
pr̄is mei. Quis enī hoīm poterit ſcire conſiliū
dei? Aut quis poterit cogitare quid velit deus?
Cogitacōnes enī mortaliū timide: et incerte ꝓ-
uidentie nr̄e. Corpus enī qḋ corrumpit̄ aggra-
uat aīam: et t̄rena inhabitatio deprimit ſenſū
multa cogitātem. Et difficile eſtimamus que ī
terra ſūt: et que in ꝓſpectu ſūt inuenimus cum
labore. Que in celis ſūt autē qs inueſtigabit?
Senſū autē tuū qs ſciet niſi tu dederis ſapientiā
et miſeris ſpiritū ſanctū tuū de altiſſimis: ⁊ ſi
correcte ſint ſemite eoꝝ qui ſūt in terris · ⁊ que
tibi placēt didicerint hoīes? Nam ꝑ ſapientiā
ſanati ſunt quicūqꝫ placuerūt tibi dn̄e a princi-
Hec illū qui ꝑmus formatus X. Capitulo.
eſt a deo pater orbis terraꝝ · cū ſolus eſſet
creatus cuſtodiuit: ⁊ eduxit illū a delicto ſuo.
Et eduxit illū de limo terre · et dedit illi virtutē
continendi oīa. Ab hac ut receſſit iniuſtus
in ira ſua: ꝑ irā homicidij fraternitas deperijt.
Propter qḋ cum aqua deleret terram: ſanauit
iterum ſapientia: ꝑ cōtemptibile lignū iuſtum
gubnans. Hec et ī conſēſu ſupbie cū ſe naciones
extuliſſēt ſciuit iuſtū: et cōſeruauit ſine querela
deo: ⁊ in filijs miſcdiam fortē cuſtodiuit. Hec
iuſtū a pereuntibꝫ impijs liberauit fugiētem:
deſcēdente igne ī pentapoli: quibꝫ ī teſtimoniū
nequicie fumigabūda conſtat deſerta terra: et
ī certo tpe fructus habētes arbores: et incdibilis
aīe memoria ſtans figmentū ſalis. Sapientiā
enī preterevntes nō tantum ī hoc lapſi ſunt ut
ignorarent bona: ſed et inſipiētie ſue reliqrunt
hominibꝫ memoriā: ut ī hijs que peccauerūt:
nec latere potuiſſent. Sapiētia autē hos qui ſe
obſeruant a doloribꝫ liberabit. Hec autē ꝓfugū
ire fr̄is iuſtū deduxit ꝑ vias rectas: et oſtendit
illi regnū dei: ⁊ dedit illi ſcientiam ſanctorū.
Honeſtauit illū ī laboribꝫ: et compleuit labores
illius. In fraude circūuenientiū illū affuit illi:
et honeſtū fecit illū. Cuſtodiuit illū ab inimi-
cis: ⁊ a ſeductoribꝫ tutauit illū. Et certamen
forte dedit illi ut vinceret: et ſciret qm̄ omnium
potentior eſt ſapientia. Hec venditū iuſtū non
dereliquit · ſed a pctōribꝫ liberauit eū: deſcenditqꝫ
cū illo ī foueā et in vinculis nō dereliquit illū:
donec afferret illi ſceptrū regni · et potētiam ad-
uerſus eos qui eum deprimebant: et mendaces
oſtendit qui maculauerunt illum: et dedit illi
claritatē eternā. Hec populū iuſtum ⁊ ſemen
ſine querela liberauit a nacōnibꝫ que illū depri-
mebant. Intrauit in aīam ſerui dei: ⁊ ſtetit
contra reges horrendos ī portentis et ſignis. Et
reddidit iuſtis mercedē laboꝝ ſuoꝝ: ⁊ deduxit
illos in via mirabili. Et fuit illis in velamēto
die: et in luce ſtellaꝝ ꝑ noctē. Et tranſtulit illos
per mare rubrū: et tranſuexit illos per aquam
nimiā. Inimicos autē illoꝝ demerſit ī mare:
⁊ ab altitudine inferorū eduxit illos. Ideo
iuſti tulerūt ſpolia impioꝝ: ⁊ decantauerunt
dn̄e nomen ſanctū tuum: ⁊ victricem manū
tuā laudauerūt parit̄. Quoniā ſapiētia apuit
os mutoꝝ: et linguas infantium fecit diſertas.
Direxit opera eoꝝ in manibꝫ XI.
ꝓphete ſancti. Iter fecerūt ꝑ deſerta que
non habitant̄ · et in locis deſertis fecerūt caſas.
Steterunt cont̄ hoſtes: ⁊ de inimicis ſe vindi-
cauerunt. Sitierunt et inuocauerūt te: et data
eſt illis aqua de petra altiſſima: et requies ſitis
de lapide duro. Per que enī penas paſſi ſūt ini-
mici illoꝝ · a defectione potus ſui: ī eis cū abū-
darent filij iſrahel letati ſūt. Per hec cū illis de-
eſſēt: bene cum illis actum eſt. Nam ꝓ fonte
quidē ſempiterni fluminis humanū ſanguinē
dediſti iniuſtis. Qui cū minuerent̄ in traduc-
tione infantū occiſoꝝ · dediſti illis abūdantem
aquam inſperate: oſtendens per ſitim que tunc
fuit · quemadmodū tuos exaltares: et aduerſa-
rios illorū necares. Cum enī temptati ſunt · et
quidē cū miſcdia diſciplinā accipiētes: ſcierunt
queādmodū cum ira iudicati impij tormenta
paterēt̄. Hos quidem tamqꝫ pr̄ monēs ꝓbaſti.
Illos autem tamqꝫ durus rex interrogans cō-
dempnaſti. Abſentes enim ⁊ preſentes ſimi-
liter torquebantur. Duplex enim illos acceperat

tediū: et gemitus cum memoria p̄teritoꝝ. Cū
enim audirent per ſua tormenta bene ſecum agi
commemorati ſunt dn̄m: admirantes in finem
exitus. Quē enī in expoſitione praua ꝓiectū
deriſerunt: in finē euentus mirati ſunt. Non
ſimiliter iuſtis ſiciens: ꝓ cogitacōnibꝫ autem
inſenſatis iniquitates illoꝝ. qꝺ quidem errantes
colebant mutos ſerpentes et beſtias ſuꝑ uacuas:
immiſiſti illis multitudinē mutorū animaliū
in vindictā: ut ſcirent quia ꝑ que peccat quis ꝑ
hec et torquet̄. Non enī impoſſibilis erat oīni=
potens manus tua que creauit orbem terraꝝ ex
materia inuiſa immittere illis multitudinem
vrſorū. aut audaces leones. aut noui generis.
ira plenas. et ignotas beſtias: aut vaporē igniū
ſpirātes. aut fumi odorem ꝓferentes: aut horrē=
das ab oculis ſcintillas emittentes: quarū non
ſolū leſura poterat illos exterminare: ſ; et aſpectus
per timorē occidere. Nā et ſine hijs uno ſpiritu
poterant occidi ꝑſecutionē paſſi: ab ipſis factis
ſuis: et diſperſi per ſpiritū virtutis tue: ſed oīnia
in menſura et numero et pondere diſpoſuiſti.
Multū enī valere tibi ſoli ſuperat ſemper: ⁊
virtuti brachij tui quis reſiſtet? Quoniā tāq̄;
momentū ſtatere ſic eſt ante te orbis terrarū:
et tamq̄; gutta roris antelucani que deſcēdit in
terram. Et miſereris omniū. quia oīnia potes:
et diſſimulas peccata hoīm propter penitentiā.
Diligis enī omnia que ſūt et nichil odiſti eorū
que feciſti: nec enī odiens aliquid conſtituiſti.
aut feciſti. Quomō autem poſſet aliquid per=
manere niſi tu voluiſſes: aut qꝺ a te vocatū nō
eſſe cōſeruaret̄? Parcis autem oīnibꝫ: qm̄ tua
ſunt domine qui amas animas. XII.

O quam bonus. et ſuauis eſt dn̄e ſpiritus
tuus in oīnibꝫ. Ideoq; hos qui exerrant
partibꝫ corripis: et de quibꝫ peccant ammones:
et alloq̄ris ut relicta malicia credant in te dn̄e.
Illos enim antiquos inhabitatores terre ſācte
tue q̄s exhorruiſti qm̄ odibilia opa tibi faciebāt
per medicamina et ſacrificia iniuſta: et filiorū
ſuoꝝ necatores ſine miſcdia. et comeſtores viſceꝝ
hoīm et deuoratores ſāguinis. et auctores parētes
animarū inauxiliataꝝ ꝑdere voluiſti. a medio
ſacramento tuo. per manus parentū noſtrorū.
ut dignā perciperent peregrinationē puerorum
dei: q̄ tibi oīm carior eſt terra. Sed et hijs tamq̄;
hominibꝫ pepciſti: et miſiſti anteceſſores exercitus
tui veſpas: ut illos paulatim exterminarēt. Nō
quia impotens eras ī bello. ſubicere impios iuſ=
tis. aut beſtijs ſeuis. aut verbo duro ſimul exter=
minare: ſ; partibꝫ iudicās dabas locū penitētie.
nō ignorans qm̄ nequā eſt natio eoꝝ. et naturalis
malicia ipſoꝝ: et qm̄ nō poterat mutari cogitacō
illoꝝ ī ꝑpetuū. Semen enim erat maledictū ab
inicō. Nec timēs aliquē: veniā dabas peccatis
illoꝝ. quis enī dicet tibi quid feciſti? Aut quis
ſtabit cōtra iudiciū tuū? Aut quis in cōſpectu
tuo veniet vindex iniquoꝝ hoīm? Aut q̄s tibi
imputabit: ſi ꝑierint nationes quas tu feciſti?
Non ē enim alius deus quā tu. cui cura eſt de
oīnibꝫ: ut oſtendas qm̄ nō iniuſte iudicas iudi=
ciū. Neq; rex neq; tirānus ī cōſpētu tuo inq̄rēt
de hijs quos ꝑdidiſti. Cū ergo ſis iuſtus. iuſte
omnia diſponis. ipſū quoq; qui nō debet puniri
condemnas: et exterum eſtimas a tua virtute.
Virtus enī tua. iuſticie iniciū eſt: ⁊ ob hoc ꝙ
oīm dn̄s es. oīnibꝫ te parcere facis. Virtutē enī
oſtendis tu. qui nō crederis eſſe in virtute con=
ſūmatus: et hoꝝ q̄ te neſciūt audaciā traducis.
Tu autē dn̄ator v̄tutis cū trāq̄llitate iudicas:
et cum magna reuerētia diſponis nos. Subeſt
enī tibi cū volueris poſſe. Docuiſti enī populū
tuū ꝑ talia opa. qm̄ oportet iuſtū eſſe et huma=
nū: et bone ſpei feciſti filios tuos: qm̄ iudicans
das locū in peccatis penitentie. Si enī inimicos
ſeruoꝝ tuoꝝ et debitos morti cū tanta cruciaſti
attencōne. et liberaſti dans tempus et locum per
que poſſent mutari a malicia: cū quāta diligē=
tia iudicaſti filios tuos quoꝝ parētibꝫ iuramēta
et conuencōnes dediſti bonaꝝ ꝓmiſſionū? Cū
ergo das nobis diſciplinam inimicos noſtros
multipliciť flagellas: ut bonitatē tuā cogitemus
iudicantes: et cū de nobis iudicatur ſperemus
miſcdiam tuam. Vnde et illis qui in vita ſua
inſenſate et iniuſte vixerūt: ꝑ hec que coluerūt
dediſti ſumma tormēta. Etenim in erroris via
diucius errauerūt: deos eſtimantes hec. que in
animalibꝫ ſūt ſuꝑ vacua: infantiū inſenſatorū
more viuentes. Propter hoc tamq̄; pueris in=
ſenſatis iudiciū in deriſū dediſti. Qui autem
ludibrijs. et incr̄pacōnibꝫ nō correcti ſūt: dignū
dei iudiciū expti ſūt. In hijs enī que patiebāt̄.
moleſte ferebāt: ī quibꝫ patiētes indignabant̄.
Per hec quos putabant deos in ipſis cū exter=
minarent̄: videntes illū quē olim negabant ſe
noſſe: verū deū agnouerūt. Propť qꝺ et finis
cōdemnacōnis eoꝝ veniet ſuꝑ illos. XIII.

Vani ſũt autem oĩes homines in quibus
nõ ſubeſt ſciẽtia dei: et de hijs q̃ videnť
bona nõ potuerũt intelligere eũ qui eſt: neq;
opib; attendentes agnouerũt quis eſſet artifex:
ſed aut ignẽ aut ſpiritũ aut citatũ aerem aut
girum ſtellarũ aut nimiã aquã aut ſolem &
lunam rectores orbis terrarũ deos putauerunt.
Quorũ & ſi ſpecie delectati deos putauerunt:
ſciant quanto hijs dñator eorum ſpecioſior eſt.
Speciei enĩ generator hec oĩa conſtituit. Aut
ſi virtutẽ & opa eorũ mirati ſũt: intelligant ab
illis quõ qui hec fecit fortior eſt illis. A magni-
tudine enim ſpeciei et creature: cognoſcibiliter
poterit creator horũ videri. Sed tamẽ adhuc in hijs
minor eſt querela. Et hij enĩ fortaſſe errant deũ
querentes: et volentes inuenire. Etenim cũ in
opib; illius cõuerſentur: inquirũt et pſuaſum
habent: quõ bona ſũt que videnť. Iterum autẽ
nec hijs debet ignoſci. Si enĩ tantum potuiſſẽt
ſcire ut poſſent eſtimare ſeculũ: quomõ huius
dñm nõ facilius inuenerunt? Infelices autem
ſũt et inter mortuos ſpes illorũ ẽ: q̃ appellauerũt
deos opa manuũ hoĩm: aurum et argentũ artis
inuentionẽ et ſimilitudines animaliũ: aut la-
pidem inutilem opus manus antiq;. Aut ſi
quis artifex faber de ſilua lignũ rectũ ſecuerit
et huius docte eradat oĩem corticem et arte ſua
uſus diligẽter fabricet vas utile in cõuerſatiõem
vite: reliquijs autẽ eius operis ad pparationem
eſce abutať: et reliquũ horũ quod ad nullos uſus
facit lignũ curuũ & verticibus plenũ ſculpat
diligẽter p vacuitatẽ ſuam: et per ſcientiam ſue
artis figuret illud et aſſimilet illud imagini
hoĩs aut alicui ex aĩalib; illud cõparet: pliniẽs
rubrica & rubicundũ faciens fuco colorem
illius et omnẽ maculã que in illo eſt pliniens
terra: et faciat ei dignã habitationẽ et ĩ pariete
ponens illud et confirmãs ferro ne forte cadat
pſpiciens illi: ſciens quoniã nõ poteſt adiuuare
ſe. Imago enĩ eſt: et opus eſt illi adiutorium.
Et de ſubſtancia ſua et de filijs ſuis et de nup-
tijs votũ faciens inquirit. Nõ erubeſcit loqui
cũ illo qui ſine aĩa eſt: et p ſanitate quidem in-
firmũ deprecať: et p vita rogat mortuũ: et in
adiutorium inutilem inuocat: et p itinere petit
ab eo qui ambulare nõ poteſt: et de acquirendo
et de operando et de omnium rerum euẽtu petit
ab eo qui in omnib; eſt inutilis. XIIII

Iterũ alius nauigare cogitans et p feros fluctus
iter facere incipiens: ligno portante ſe fragilius
lignũ inuocat. Illud enĩ cupiditas acquirendi
excogitauit: et artifex ſapiẽtia fabricauit ſua.
Tua autem pater puidentia ab inicio cuncta
gubernat: quoniã dediſti ĩ mari viam et inter
fluctus ſemitã firmiſſimã: oſtendẽs quõ potens
es ex omnib; ſanare: etiã ſi ſine rate aliquis ad-
eat mare. Sed ut nõ eſſent vacua ſapientie tue
opera: pp̃ter hoc eciam et exiguo ligno credunt
hoĩes animas ſuas: et trãſeuntes mare p ratem
liberati ſũt. Sed et ab inicio cũ perirent ſuperbi
gigantes: ſpes orbis terrarũ ad ratẽ confugiens
remiſit ſeculo ſemẽ natiuitatis: que manu tua
erat gubernata. Benedictũ eſt enĩ lignũ: p qđ
fit iuſticia. Per manus autẽ quod fit ydolum
maledictum eſt et ipſũ et qui fecit illud: quia
ille quidẽ operatus ẽ: illud autẽ cum eſſet fragile
deus cognominatus eſt. Similiter autem odio
ſunt deo: impius et impietas eius. Etenim qđ
factũ eſt: cũ illo q̃ fecit tormẽta patieť. Propť
hoc et in ydolis nacionum nõ erit reſpectus: quõ
creature dei in odiũ facte ſunt et in tẽptacõnem
aĩe hoĩm: et in muſcipulã pedib; inſipientiũ.
Iniciũ enĩ fornicationis eſt exquiſitio ydolorũ:
et adinuentio illorũ corruptio vite eſt. Neq; enĩ
erat ab inicio: neq; erũt ĩ ppetuũ. Supuacuitas
enĩ hominũ hec aduenit in orbem terrarũ: et
ideo breuis illorũ finis eſt inuentus. Acerbo enĩ
luctu dolens pater rapti cito ſibi filij fecit ima-
ginẽ: & illũ qui tũc q̃ſi homo mortuus fuerat
nũc tãq; deũ colere cepit: et cõſtituit iter ſeruos
ſuos ſacra & ſacrificia. Deinde interueniente
tpe cõualeſcente iniqua conſuetudine hic error
tanq; lex cuſtoditus ẽ: et tirãnorũ imperio colebãť
figmẽta. Et hos quos in palã homĩes honorare
nõ poterãt pp̃ter hoc q loge eſſent: a longinquo
figura eorũ allata: euidentẽ imaginẽ regis quẽ
honorare volebãt fecerũt: ut illũ q̃ aberat tanq;
preſentem colerẽt ſua ſolicitudine. Prouexit
autem ad horũ culturam et hos qui ignorabãt
artificis eximia diligẽtia. Ille enĩ volens plus
placere illi qui ſe aſſumpſit: elaborauit arte ſua
ut ſilitudinẽ in melius figuraret. Multitudo
autem hoĩm abducta p ſpeciẽ opis: eũ qui ante
tempus tanq; homo honoratus fuerat nũc deũ
eſtimauerũt. Et hec fuit vite humane decepcõ:
quõ aut affectui aut regibus deſeruientes hoĩes
incõmunicabile nomẽ lapidib; et lignis impo-
ſuerunt. Et non ſuffecerat erraſſe eos circa dei

ſcientiā : ſed et ī magno viuētes in ſciētie bello:
tot et tā magna mala pacē appellāt. Aut enī
filios ſuos ſacrificantes · aut obſcura ſacrificia
faciētes · aut inſanie plenas vigilias habentes ·
neq₃ vitā neq₃ nuptias mūdas iam cuſtodiūt:
ſed et alius aliū ꝑ inuidiā occidit aut adulterās
contriſtat: & oīa commixta ſunt · ſanguis
homicidiū furtū et fictō · corrupcō et infidelitas ·
turbatio & periuriū: tumultus bonorum · dei
immemoratio · animarꝫ inquinatio · natiuitatis
immutacō · nuptiarꝫ inconſtancia: inordinacō
mechie et impudicicie. Infandorꝫ enī ydolorū
cultura oīs mali cauſa eſt: et iniciū & finis.
Aut enī dum letant̄ inſaniūt · aut certe vati-
cinantur falſa: aut viuūt iniuſte: aut peierant
cito. Dum enī confidūt in ydolis que ſūt ſine
aīa: male iurātes noceri ſe nō ſperant. Vtraq₃
ergo illis euenient digne: qm̄ male ſenſerunt de
deo · attendentes ydolis: et iurauerūt iniuſte in
ydolo · contempnentes iuſticiam. Non enī iu-
rantiū eſt virtus: ſed peccantiū pena ꝑambulat
ſemper iniuſtorꝫ preuaricacōnem. ·XV·

Tu autem deus noſter · ſuauis & verus
es: patiens et ī miſcdia diſponens oīa.
Et ſi enim peccauerimus tui ſumus · ſcientes
magnitudinem tuā: & ſi nō peccauerimus:
ſcimus qm̄ aput te ſumus computati. Noſſe
enī te conſummata iuſticia ē: et ſcire iuſticiam
et virtutem tuā · radix ē immortalitatis. Non
enī in errorem induxit nos hominū male artis
excogitatio: nec vmbra picture · labor ſine fruc-
tu · effigies ſculpta ꝑ varios colores · cuius aſpec-
tus dat inſenſato concupiſcentiam: & diligit
mortue imaginis effigiē ſine anima. Malorū
amatores digni ſūt morte: qui ſpem habent in
talib₉ et qui faciunt illos: et qui diligunt et qui
colunt. Sed et figulus mollē terram premens
laborioſe fingit ad vſus nr̄os vnūquodq₃ vas: et
de eodem luto fingit q̄ mūda ſūt in vſum vaſa:
et ſimiliter que hijs ſūt contraria. Horꝫ autem
vaſorꝫ quis ſit vſus iudex ē figulus. Et cū labore
vano deum fingit de eodem luto · ille qui paulo
āte de tra factus fuerat: et poſt puſillū reducit
ſe vnde acceptus eſt · repetitus anime debitum q̄₃
habebat. Sed eſt cura illi nō quia laboraturus
eſt · nec quoniā breuis illi vita eſt: ſed concertat̄
aurificib₉ et argentarijs: ſed et erarios imitat̄:
et gloriā prefert quoniā res ſup vacuas fingit.
Cinis eſt enī cor eius: et terra ſuper vacua ſpes
illius et luto vilior vita eius: quoniā ignorauit
qui ſe finxit: et q̄ inſpirauit illi aīaꝫ que opat̄:
et qui inſufflauit ei ſpiritum vitalem. Sed &
eſtimauerūt luſū eſſe vitā nr̄am: et cōuerſacōeꝫ
vite compoſitā ad lucrum: et oportere vndecūq₃
eciā ex malo acquirere. Hic enī ſcit ſe ſup oīes
delinquere: qui ex terre materia fragilia vaſa et
ſculptilia fingit. Oēs enī inſipiētes et infelices
ſupra modū anime ſuperbi ſūt inimici populi
tui · et imperantes illi: qm̄ oīa ydola nacionū
deos eſtimauerunt quib₉ neq₃ oculorꝫ viſus ē ad
videndū: neq₃ nares ad ꝑcipiendū ſpiritū · neq₃
aures ad audiendū: neq₃ digiti manuū ad trac-
tandū: ſed & pedes eorꝫ pigri ad ambulandū.
Homo enī fecit illos: & qui ſpiritū mutuatus
eſt is finxit illos. Nemo enī ſibi ſimilē homo
poterit deū fingere. Cum enī ſit mortalis: mor-
tuū fingit manib₉ iniquis. Melior enī eſt ipſe
hijs quos colit: quia ipſe quidem vixit cū eſſet
mortalis: illi autē nūq̄₃. Sed et aīalia miſerrima
colūt. Inſenſata enī comparata hijs · illis ſunt
deteriora. Sed nec aſpectu aliq̄s ex hijs aīalib₉
bona poteſt conſpicere. Effugerunt autem dei
laudem: et benediccōnem eius. ·XVI·

Propter hec et hijs ſimilia paſſi ſūt digne
tormenta: et ꝑ multitudinē beſtiarum
exterminati ſūt. Pro quib₉ tormētis bene diſ-
poſuiſti populū tuū: q̄b₉ dediſti cōcupiſcētiam
delectamenti ſui · nouū ſaporem eſcā parans eis
ortigometrā: ut illi quidē concupiſcentes eſcam
ꝑpter ea que illis oſtenſa et miſſa ſūt · eciā a ne-
ceſſaria concupiſcentia auerterent̄. Hij autē in
breui inopes facti: nouam guſtauerūt eſcam.
Oportebat enim illis ſine excuſacōne quidem ·
ſuꝑuenire interitū exercentib₉ tirannidem: hijs
autem tantū oſtendere quemadmodū inimici
eorꝫ exterminabant̄. Et enī cū illis ſuꝑuenit ſeua
beſtiarꝫ ira: morſib₉ ꝑuerſorꝫ colubrorꝫ extermi-
nabant̄. Sed nō ī ꝑpetuū tua ira ꝑmāſit: ſꝫ ad
correpcōnem ī breui turbati ſūt: ſignū habentes
ſalutis · ad cōmemoracōnem mādati legis tue.
Qui enī cōuerſus eſt nō ꝑ hoc qđ videbat ſana-
bat̄: ſed ꝑ te oīm ſaluatorē. In hoc autē oſten-
diſti inimicis tuis: quia tu es qui liberas ab omi
malo. Illos enī locuſtarꝫ et muſcarꝫ occiderunt
morſus: et nō eſt inuenta ſanitas aīe illorū:
q̄a digni erāt ab huiuſmodi extmīari. Filios
autē tuos nec draconū nec venenatorꝫ vicerunt
dentes. Miſcdia enim tua adueniens ſanabat

illos. In memoria enī ſermonū tuoꝝ exter-
nabantur: et velociter ſanabantur: ne ī altum
incidentes oblivionē nō poſſent tuo adiutorio
uti. Etenim neq; herba neq; malagma ſanavit
eos: ſed tuus dn̄e ſermo qui ſanat omnia. Tu
es domine qui vite et mortis habes poteſtatem: et
deducis ad portas mortis et reducis. Homo autē
occidit quidem ꝑ maliciā animā ſuā: & cum
exierit ſpiritus nō revertet̄ nec revocabit aīam
que recepta eſt: ſed tuā manū effugere impoſ-
ſibile ē. Negātes enī noſſe te impij ꝑ fortitu-
dinē brachij tui flagellati ſūt: novis aquis &
grandinibꝫ et pluuijs ꝑſecucōnem paſſi: et per
ignē conſūmati. Quod enī mirabile erat: in
aqua que omīa extinguit plus ignis valebat.
Vindex eſt enī orbis iuſtorū. Quodā enī tpe
manſuetabat̄ ignis ne cōburerent̄ q̄ ad impios
miſſa erant aīalia: ſed ut ipſi videntes ſcirent
quī dei iudicō patiunt̄ ꝑſecucōnem. Et quodā
tpe in aqua ſuꝑ virtutē ignis exardebat undiq;:
ut iniquam terre nationē exterminaret. Pro
quibꝫ angeloꝝ eſca nutriſti populū tuū: et pa-
ratū panē de celo ꝑſtitiſti illis ſine labore oīne de-
lectamentū in ſe habentē: et oīs ſaporis ſuavi-
tatē. Subſtantia enī tua dulcedinē tuā quā in
filios habes oſtēdebas: et deſerviēs uniuſcuiuſq;
voluntati. ad quod quiſq; volebat cōvertebat̄.
Nix autē et glacies ſuſtinebāt vim ignis. &
nō tabeſcebant: ut ſcirent quī fructus inimicoꝝ
extīminabat ignis ardens ī grandine et pluvia
coruſcans. Hoc autē iterū: ut nutrirent̄ iuſti.
Ignis etiā ſue virtutis oblitus ē. Creatura enī
tibi factori deſerviens exardeſcit in tormentum
adverſus iniuſtos: et lenior fit ad benefaciendū
ꝓ hijs qui in te confidūt. Propter hoc et tunc
omīa trāſfigurata omnium nutrici gratie tue
deſerviebāt ad voluntatē eorū qui a te deſiderati
ſūt: ut ſcirent filij tui quos dilexiſti dn̄e: quī nō
nativitatis fructus paſcūt hoīes: ſꝫ ſermo tuus
hos qui in te crediderunt conſervat. Quod enī
ab igne nō poterat extīminari ſtatim ab exiguo
radio ſolis calefactū tabeſcebat: ut notū oībꝫ
eſſet. quī oportet prevenire ſolē ad benedictionē
tuā: et ad orientē lucis te adorare. Ingrati enī fi-
des tāquā hibernalis glacies tabeſcet: et diſperiet
tanq; aqua ſupervacua. XVII.

Magna ſūt enī iudicia tua dn̄e: et inenar-
rabilia vba tua: ꝓpter hoc indiſciplinate
anime erraverūt. Dum enī ꝑſuaſū habēt iniqui
poſſe dn̄ari nationi ſancte: vinculis tenebrarū
et longe noctis compediti. incluſi ſub tectis. fu-
gitivi ꝑpetue ꝓvidentie iacuerūt: et dū putant
ſe latē ī obſcuris peccatis tenebroſo oblivionis
velamēto diſperſi ſūt paventes horrende: et cum
admiratione nimia ꝑturbati. Neq; enim que
contīebat illos ſpelūca ſine timore cuſtodiebat:
quī ſonitus deſcēdens ꝑturbabat illos: et ꝑſone
triſtes illis apparētes pavorē illis preſtabāt. Et
ignis quidē nulla vis poterat illis lumē ꝑbere:
nec ſiderū limpide flamme illuminare poterāt
illā noctē horrendā. Apparebat autē illis ſubi-
taneus ignis. timore plenus: et timore perculſi
illius que nō videbat̄ faciei eſtimabāt deteriora
eſſe q̄ nō videbant̄: et magice artis appoſiti erāt
deriſus. et ſapiētie et glīe correpcō cum cōtūelia.
Illi enī qui ꝓmittebāt timores et ꝑturbacōnes
ſe expellere ab aīa languēte: hij cū deriſu. pleni
timore languebāt. Nam et ſi nichil eos ex mō-
ſtris. ꝑturbabat: trāſitu animaliū et ſerpētium
ſibilacōne cōmoti. tremebūdi ꝑibant: et aerem
quē nulla racōne quis effugere poſſet negantes
ſe videre. Cum ſit enī timida nequitia: dat te-
ſtimoniū cōdemnationi. Semper enī preſumit
ſeva: ꝑturbata cōſciencia. Nichil enī eſt timor
niſi preſumpcōnis adiutoriū: ꝓdicō cogitacōis
auxilioꝝ. Et dum abintus minor ē expectatio:
maiorem computat ſcientiā eius cauſe. de qua
tormentū preſtat. Illi autē q̄ in potentē venēre
noctem. et ab infimis & ab altiſſimis inferis
ſuꝑvenientē eundē ſomnū dormiētes: aliquādo
mōſtroꝝ exagitabant̄ timore: aliquādo anime
deficiebant traduccōne. Subitaneus enim illis
et inſperatus timor ſuꝑvenerat. Deinde ſi quiſq;
ex illis decidiſſet: cuſtodiebat̄ in carcē ſine ferro
recluſus. Si enim ruſticus quis erat aut paſtor
aut agri laboꝝ oꝑarius ꝑoccupatus eſſet: ī effu-
gibilem ſuſtinebat neceſſitatē. Una enī catena
tenebraꝝ omnes erant colligati. Sive ſpiritus
ſibilans aut īter ſpiſſos arborū ramos avium
ſonus ſuavis. aut vis aque decurrentis nimiū.
aut ſonus validus ꝑcipitatuꝝ petraꝝ: aut lude-
tium aīaliū. curſus inviſus. aut mugiētium
valida beſtiarū vox: aut reſonans de altiſſimis
mōtibꝫ echo. Deficiētes faciebat illos ꝑ timore.
Oīs enī orbis terraꝝ limpido illuminabatur
lumine: et non impeditis oꝑibꝫ continebat̄.
Solis autē illis ſuppoſita erat gravis nox: ymā-
go tenebrarū que ſuper vētura illis erat. Ipſi

ergo ſibi erāt grauiores tenebris. **XVIII**
Sanctis autē tuis maxima erat lux: &
hoꝝ quidem vocē inimici audiebant. ſed
figuram nō videbāt. Et quia nō & ipſi ꝑ eadē
paſſi erant magnificabāt te: et qui ante leſi erāt
quia nō ledebant̄ gratias agebāt tibi: et ut eſſet
differencia · donū petebant. Propter qꝺ ignis
ardentē columnā ducem habuerūt ignote vie:
et ſolē ſine leſura boni hoſpicij p̄ſtitiſti. Digni
quidem illi carere luce et pati carcerē tenebrarū
qui incluſos cuſtodiebant filios tuos· per quos
incipiebat incorruptū legis lumen ſeculo dari:
dū cogitarēt iuſtoꝝ occidere infantes· et vno ex=
poſito filio ſed liberato intraductionem illorū
multitudinem filioꝝ abſtuliſti: et pariter illos
perdidiſti in aquā validam. Illa enī nox ante
cognita eſt a patribꝫ nr̄is: ut vere ſcientes quibꝫ
iuramētis crediderūt animequiores eſſēt. Suſcepta
eſt autē a populo tuo · ſanitas quidē iuſtoꝝ: in=
iuſtoꝝ autē exterminacō. Sicut enī leſiſti adu̾ſa=
rios nr̄os: ſic et nos prouocans magnificaſti.
Abſconſe enī ſacrificabant iuſti pueri bonoꝝ:
et iuſticie legē in concordiā diſpoſuerūt ſimiliter
bona et mala recepturos iuſtos: p̄tris decātantes
laudes. Reſonabat autē inconueniēs inimicoꝝ
vox: & flebilis audiebat̄ planctus ploratorum
infantū. Simili autē pena ſeruus cū dn̄o afflic=
tus eſt: et popularis homo regi ſimilia paſſus.
Similiter ergo om̄es vno noīe mortis mortuos
habebant innūerabiles. Nec enī ad ſepeliendū
viui ſufficiebant: qm̄ vno momento que erat p̄=
clarior natio illoꝝ exterminata eſt. De omnibꝫ
enī non credentes ꝓpter beneficia: tūc cū primū
fuit exterminium primogenitoꝝ ſpo ponderunt
populū dei ſe eſſe. Cū enī quietū ſilentū conti=
neret omnia · et nox in ſuo curſu medium iter
haberet: omnipotens ſermo tuus dn̄e exiliens de
celo a regalibꝫ ſedibꝫ durus debellator in mediā
exterminij terrā ꝓſiluit: gladius acutus inſi=
mulatū imperiū tuū portans: et ſtans repleuit
om̄ia morte: et uſqꝫ ad celū attingebat ſtans in
terra. Tunc continuo viſus ſomnioꝝ malorū
turbauerūt illos: et timores ſupuenerūt īſpati.
Et alius alibi ꝓiectus ſemiuiuus: ꝓpter quam
moriebat̄ cauſam demonſtrabat mortis. Viſi=
ones enī que illos turbauerūt hec p̄monebant:
ne inſcij quare mala patiebant̄ perirēt. Tetigit
autē tunc et iuſtos temptatio mortis: et cōmocō
in heremo facta eſt multitudinis: ſed non diu
permanſit ira tua. Properans enī homo ſine
querela dep̄cari pro populis · ꝓferens ſeruitutis
ſue ſcutū oracōnem: et ꝑ incenſū deprecacōnem
allegās · reſtitit ire et finē impoſuit neceſſitati:
oſtendens qm̄ tuus eſt famulus. Vicit autem
turbas nō ī virtute corporis nec armatura potē=
tie: ſꝫ verbo illū q̄ ſe vexabat ſubiecit: iuramēta
parentū et teſtamentū commemorās. Cū enī iā
aceruatim cecidiſſent ſuꝑ alterutrū mortui: in=
terſtitit · et amputauit impetū: et diuiſit illā q̄
ad viuos ducebat viam. In veſte enim poderis
quā habebat totus erat orbis terraꝝ: et parētum
magnalia ī q̄tuor ordinibꝫ lapidū erāt ſculpta:
et magnificētia tua ī diademate capitis illius
ſcripta erat: hijs autē ceſſit q̄ exterminabat: &
hec extimuit. Erat enī ſola tēptacō ire ſufficiēs
Impijs autē uſqꝫ in nouiſſimū **XIX**
ſine miſc̄dia ira ſupuenit. Preſciebat
enī et futura illoꝝ: quoniā ipſi cū reuerſi eſſent
ut ſederēt et cū magna ſollicitudine p̄miſiſſēt
illos: cōſequebāt̄ illos penitēcie actus. Adhuc
enī inter manus habentes luctū & deplorantes
ad monumēta mortuoꝝ aliā ſibi aſſumpſerunt
cogitationē inſciencie: et quos rogantes ꝓiece=
rant: hos tanqꝫ fugitiuos ꝑſeq̄bant̄. Ducebat
enī illos ad hūc finem digna neceſſitas: et hoꝝ
q̄ acciderāt cōmēorationē amittebāt: ut q̄ dee=
rāt tormentis repleret puniciō: & ꝑpl's quidem
tuus mirabiliter trāſiret: illi autē nouā mortē
inuenirēt. Omnis enim creatura ad ſuū genus
ab inicio refigurabat̄ deſeruiens tuis p̄ceptis: ut
pueri tui cuſtodi rēt̄ illeſi. Nam nubes caſtra
eoꝝ obūbrabat: et ex aqua q̄ ante erat terra ari=
da apparuit: & ex mari rubro via ſine impedi
mēto: et campus germinās de ꝓfundo nimio:
per quem oīs nacō tranſiuit · que tegebatur tua
manu videntes tua mirabilia & monſtra.
Tanqꝫ equi enī depauerūt eſcam: et tanqꝫ agni
exultauerūt magnificantes te dn̄e qui liberaſti
illos. Memores enī erāt adhuc eoꝝ q̄ ī incolatu
illoꝝ facta fuerāt: quēadmodū ꝓ nacōne aīali=
um eduxit terra muſcas: et ꝓ piſcibꝫ eructauit
flumus multitudinē ranaꝝ. Nouiſſime autē
viderūt nouā creaturā auiū: cū abducti cōcupiſ=
centia poſtulauerūt eſcas epulacionis. In allo
cucione enī deſiderij aſcēdit illis de mari ortigo
metra: et vexacōnes peccatoribꝫ ſuꝑuenerūt nō
ſine illis q̄ ante facta erāt argumētis ꝑ vim flu=
minū. Iuſte enī paciebant̄ ſcd̄m ſuas neq̄tias.

Etenī indeteſtabilē hoſpitalitatē inſtituerunt.
Alij quidem ignotos nō recipiebāt aduenas.
Alij autē bonos hoſpites in ſeruitutē redige-
bāt. Et nō ſolū hoc: ſed et alius quidē reſpectus
illoꝝ erat: qm̄ inuiti recipiebāt extraneos. Qui
autē cū leticia receperūt hos qui eiſdem uſi erāt
inſtitutis: ſeuiſſimis afflixerūt doloribꝫ. Per
cuſſi ſūt autē cecitate: ſicut illi ī foribꝫ iuſti: cū
ſubitaneis cooperti eſſēt tenebris. Vnuſquiſqꝫ trā
ſitū hoſtij ſui querebat. In ſe enī elementa dū
cōuertūtur ſicut ī organo qualitatis ſonus immuta
tur: et oīa ſuū ſonū cuſtodiūt. Vnde eſtimari
ex ipſo viſu certo poteſt. Agreſtia enī in aquatica
cōuertebātur: et quecūqꝫ erāt natātia ī terra trāſi-
ebāt. Ignis ī aqua valebat ſupra ſuā virtutē:
et aqua extinguētis nature obliuiſcebatur. Flā
me ecōtrario corruptibiliū aīaliū nō vexauerūt
carnes coābulantiū: nec diſſoluebāt illā q̄ faci-
le diſſoluebatur ſicut glacies bonā eſcā. In oībꝫ
enī magnificaſti ꝑplm tuū dn̄e: et honoraſti: et
nō deſpexiſti ī oīi tp̄e et ī omni loco aſſiſtēs eis.

Incipit prologus in libro Eccleſiaſtici.

Multoꝝ nobis et magnoꝝ ꝑ legē et
ꝓphetas aliosqꝫ qui ſecuti ſūt illos
ſapientia demōſtrata ē: in quibꝫ
oportet laudare iſrahel doctrine &
ſapiētie cauſa: qa nō ſolū ipſos loquētes neceſſe
ē eſſe peritos: ſed etiā extraneos poſſe et diſcētes
et ſcribētes doctiſſimos fieri. Auus meus ihe-
ſus poſtquā ſe amplius dedit ad diligēciam lectio-
nis legis et ꝓphetaꝝ et alioꝝ libroꝝ qui nobis a
parētibꝫ noſtris tradita ſūt voluit et ipſe ſcribe-
re aliquid hoꝝ q̄ ad doctrinā et ſapiēciā ꝑtinēt: ut
deſiderātes diſcere et illoꝝ periti fieri magis ma
giſqꝫ attendāt aīo: et cōfirmētur ad legittimam
vitā. Hortor itaqꝫ venire vos cū beniuolētia et
attētiori ſtudio lectionē facere: et veniā habere ī
illis in quibꝫ videmur ſequētes imaginē ſapiētie:
et deficere in verboꝝ cōpoſicōne. Nā deficiunt
verba hebraica: quādo fuerūt trāſlata ad aliam
linguā. Nō autē ſolū hec: ſed et ipſa lex et ꝓphe
te ceteraqꝫ alioꝝ libroꝝ nō paruā habēt differētiā
quādo inter ſe dicūtur. Nā ī octauo et triceſimo
anno tēporibꝫ ptolomei euergetis regis poſtquā
perueni in egiptū: et cū multū tēporis ibi fuiſſē
inueni ibi libros relictos nō paruē neqꝫ contē-
nende doctrine. Itaqꝫ bonū et neceſſariū puta-
ui & ipſe aliquā addere diligentiā et laborem
interꝑtandi librū iſtū: et multa vigilia attuli
doctrinā ī ſpacio tēporis ad illa q̄ ad finē ducunt
libꝝ iſtū dare: et illis qui volūt animū intēdere
et diſcere quēadmodū oporteat inſtituere mores
qui ſecūdū legē domini ꝓpoſuerit vitam agere.

Incipit liber Eccleſiaſtici. Ca. I.

Omnis ſapiētia a dn̄o deo ē:
et cū illo fuit ſemper: et ē an
te euū. Arenā maris et plu
uie guttas & dies ſeculi: quis
dinumerauit? altitudinem
celi et latitudinē terre et ꝓfū
dū abiſſi quis dimēſus eſt? ſapiētiā dei ꝑcedentē
oīa: quis inueſtigauit? prior omniū creata ē ſapiē
tia: et intellectus prudētie ab euo. Fons ſapiē
tie verbū dei in excelſis: et ingreſſus illius mādata
eterna. Radix ſapiētie cui reuelata ē: et aſtu
cias illius quis agnouit? Diſciplina ſapiētie
cui reuelata ē et manifeſtata: et multiplicacōnē
ingreſſus illius quis intellexit? Vnus eſt altiſſimus
creator omniū oīpotēs: et rex potēs et metuen-
dus nimis: ſedēs ſup thronū illius: et dominās
deus. Ipſe creauit illā ī ſpiritu ſancto: et vidit
et dinumerauit et mēſus eſt. Et effudit illā ſup
omnia opera ſua: et ſup omnē carnē ſecūdū da
tum ſuū: et ꝑbet illā diligētibꝫ ſe. Timor dn̄i
gl'a et glacio: et leticia & corona exultacōnis.
Timor dn̄i delectabit cor: et dabit leticiam &
gaudiū in longitudinē dieꝝ. Timēti deū bene
erit in extremis: et ī die defūctionis ſue benedice
tur. Dilectō dei honorabilis ſapiētia: quibꝫ autē
apparuerit ī viſu: diligūt eā: ī viſione et ī agni
cōne magnaliū ſuoꝝ. Initiū ſapiētie timor do
mini: et cū fidelibꝫ in vulua cōcreatus ē: et cū
electis feminis graditur: et cū iuſtis et fidelibꝫ ag-
noſcitur. Timor dn̄i ſciētie religioſitas. Religi
oſitas cuſtodiet et iuſtificabit cor: iocūditatem
atqꝫ gaudiū dabit. Timēti deū bene erit ī extre
mis et ī diebꝫ conſolacōnis illius benedicetur.
Plenitudo ſapiētie timere deū: et plenitudo a
fructibꝫ illius. Omnē domū illius implebit a
generacōnibꝫ: et receptacula a theſauris illius.
Corona ſapiētie timor dn̄i: replēs pacē et ſalu-
tis fructū: et vidit et dinumerauit eā. Vtraqꝫ
autē ſūt dona dei. Sciētiā et intellectū prudētie
ſapiētia cōparcietur: & gloriā tenētiū ſe exaltat.
Radix ſapiētie eſt timere deū: rami enī illius
lōgeui. In theſauris ſapiētie intellectus et ſciētie
religioſitas: execratio autē peccatoribꝫ ſapiētia.
Timor dn̄i expellit peccatū. Nā qui ſine timore

ē nō poterit iuſtificari: iracūdia enī aīioſitatis illius ſubūſio eius ē. Vſqꝫ ī tempus ſuſtinebit patiens: et poſtea redditio iocūditatis. Bonus ſēſus uſqꝫ ī tempus abſcōdet vba illius: et labia multoꝝ enarrabūt ſenſum illius. In theſauris ſapientie ſignificacō diſcipline: execracō autem peccatori cultura dei. Fili cōcupiſcēs ſapientiā conſerua iuſticiā: et deus prebebit illā tibi. Sapiētia enī et diſciplina timor dnī: et ꝙ beneplacitū eſt illi fides et manſuetudo: et ad implebit theſauros illius. Contumax nō ſis et incredibilis timori dei: & ne acceſſeris ad illū duplici corde. Ne fueris ypocrita ī conſpectu hoīm: & nō ſcandalizeris ī labijs tuis. Attende in illis ne forte cadas et adducas aīe tue īhonoracōez: et reuelet deus abſcōſa tua et ī medio ſinagoge elidat te: quoniā acceſſiſti maligne ad dnm et cor tuum plenum eſt dolo et fallacia. II.

Fili accedēs ad ſeruitutē dei ſta ī iuſticia et ī timore: et ꝑpara aīam tuā ad temptacionē. Deprime cor tuū et ſuſtine: et inclina aurē tuā et ſuſcipe vba itellectus: et ne feſtines in tempus obduccōnis. Suſtine ſuſtentacōnes dei: cōiungere deo et ſuſtine: ut creſcat ī nouiſſio vita tua. Omne qđ tibi applicatū fuerit accipe et in dolore ſuſtine et ī humilitate tua pacientiā habe: quī in igne ꝓbat aurū et argentū: hoīes vero receptibiles ī camino humiliacōnis. Crede deo et recuperabit te: et dirige viam tuā et ſpera in illū. Serua timorē illius: et ī illo veteraſce. Metuentes dnm ſuſtinete miſcdiam eius: & non deflectatis ab illa ne cadatis. Qui timetis dnm credite illi: et nō euacuabit merces vra. Qui timetis dnm ſperate ī illū: et ī oblectacōez veniat vobis miſcdia. Qui timetis dnm diligite illū: et illuminabunt corda vra. Reſpicite filij nacōnes hoīm: et ſcitote ꝙa nullus ſperauit in dno et confuſus eſt. Quis enī ꝑmanſit in mandatis eius: et derelictus eſt? Aut quis inuocauit eū: et deſpexit illū? Quoniā pius & miſericors eſt deus: et remittet ī die tribulacōis peccata: et ꝓtector eſt omnibꝫ exquirentibꝫ ſe in veritate. Ve duplici corde et labijs ſceleſtis & manibꝫ malefaciētibꝫ: et pccōri terrā ingrediēti duabꝫ vijs. Ve diſſolutis corde qui nō credunt deo: et ideo nō ꝓtegent ab eo. Ve hijs qui perdiderūt ſuſtinentiā: et ꝗ dereliquerūt vias rectas: et diuerterūt ī vias prauas. Et quid facient cū inſpicere cepit dnſ? Qui timent dnm nō erūt incredibiles verbo illius: et qui diligūt illū conſeruabūt vbū illius. Qui timēt dnm inquirēt ꝗ beneplacita ſūt ei: et qui diligūt eū replebunt lege ipius. Qui timent dnm ꝑparabunt corda ſua: et ī conſpectu illius ſanctificabūt animas ſuas. Qui timent dnm cuſtodient mādata illius: et pacientiā habebūt uſqꝫ ad inſpectionem illius dicens. Si penitenciā nō egerimus incidemus ī manus dnī: & nō in manus hominū. Secundum enim magnitudinem illius: ſic et miſericordia illius cum ipſo eſt. III.

Filij ſapiētie eccleſia iuſtoꝝ: et nacō illoꝝ obediencia & dilectio. Iudiciū patris audite filij & ſic facite ut ſalui ſitis. Deus enī honorauit patrē in filijs: et iudiciū matris exquirēs firmauit ī filios. Qui diligit deum exorabit pro peccatis et continebit ſe ab illis et in orōne dieꝝ exaudiet: et ſicut qui theſauriſat ita et ꝗ honorificat mrēm ſuā. Qui honorat prēm ſuū iocūdabit in filijs: et ī die orōnis ſue exaudiet. Qui honorat patrē ſuū vita viuet longiore: et qui obedit prī refrigerabit mrēm. Qui timet dnm honorat parentes: et ꝗſi dnīs ſeruiet hijs qui ſe genuerūt. In ope et ſermone et omni paciencia honora prēm tuū ut ſuperueniat tibi benedictio a deo: et benediccō illius ī nouiſſimo manet. Benedictio pris firmat domos filioꝝ: malediccō autē mris eradicat fundamēta. Ne gleris in cōtumelia pris tui: nō enī eſt tibi gla ſed confuſio. Gloria enī hominis ex honore pris ſui: et dedecus filij pat ſine honore. Fili ſuſcipe ſenectā patris tui et nō cōtriſteres eū in vita illius: et ſi defecerit ſenſu veniā da: & ne ſpernas eū in tua virtute. Elemoſina enī patris nō erit ī obliuione. Nam ꝓ peccato matris reſtituet tibi bonū: et in iuſticia edificabit tibi et in die tribulacōnis cōmemorabit tui: et ſicut ī ſereno glacies ſoluent peccata tua. Quā male fame eſt ꝗ derelinquit patrē: et ē maledictus a deo qui exaſperat matrē. Fili in manſuetudine opera tua ꝑfice: et ſuꝑ hoīm glam diligeris. Quāto magnus es humilia te ī omnibꝫ et corā deo inuenies graciā: quī magna potentia dei ſolius: et ab humilibꝫ honorat. Altiora te ne ꝗſieris: et fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed que ꝑcepit tibi deus illa cogita ſemꝑ: et ī pluribꝫ opi[illegible]bꝫ eius ne fueris curioſus. Non eſt enī tibi neceſſariū ea que abſcondita ſunt videre oculis tuis. In ſuꝑuacuis rebꝫ noli ſcrutari multipliciter:

et ĩ plurib; eius opib; nõ eris curioſus. Plu:
rima enĩ ſuper ſenſum hoĩm oſtenſa ſunt tibi.
Multos enĩ ſupplantauit ſuſpicio illoꝝ: & in
vanitate detinuit ſẽſus illoꝝ. Cor durũ habebit
male ĩ nouiſſimo: et qui amat periculũ · ĩ illo
peribit. Cor ingrediens duas vias non habebit
ſucceſſus: et prauicors ĩ illis ſcandalizabit̃. Cor
nequã grauabit̃ ĩ dolorib;: & peccator adiciet
ad peccãdũ. Sinagoge ſupboꝝ nõ erit ſanitas:
frutex enĩ peccati eradicabit̃ in illis et nõ intelli
get̃. Cor ſapiẽtis intelligit̃ in ſapiẽtia: et auris
bona audiet cũ oĩni concupiſcentia ſapiẽtiam.
Sapiens cor et ĩtelligibile abſtinebit ſe a pcc̃tis:
et in operibus iuſticie ſucceſſus habebit. Ignem
ardentem extinguit aqua: et elimoſina reſiſtit
pcc̃is: et deus pſpector eſt eius qui reddit grãm.
Meminit in poſterũ: et ĩ tpe caſus ſui inueniet
firmamentũ.

Fili elemoſinã IIII. pauperis ne defraudes: et oclos tuos ne
tranſuertas a paupe. Animã eſuriẽtem ne de:
ſpexeris: et nõ exaſperes paupem ĩ inopia ſua.
Cor inopis ne affligeris: & nõ ptrahes datum
anguſtiãti. Rogationẽ contribulati ne abici:
as: et nõ auertas faciẽ tuã ab egeno. Ab inope
ne auertas oclos tuos ppter irã: et nõ relinquas
querentib; tibi retro maledicere. Maledicentis
enĩ tibi in amaritudine aĩe exaudiet̃ deprecacõ
illius: exaudiet aũt eũ qui fecit illũ. Cõgrega:
tioni pauperum affabilem te facito: et preſbitero
humilia animã tuam: & magnato humilia
caput tuũ. Declina paupi ſine triſticia aurem
tuã: et redde debitũ tuũ: et reſponde illi pacifice
in manſuetudine. Libera eũ qui iniuriã patit̃
de manu ſuperbi: et nõ acide feras in aĩa tua.
In iudicãdo eſto pupillis miſericors ut pater ·
et p viro matri illoꝝ: et eris tu velut filius altiſ:
ſimi obediẽs: et miſerebit̃ tui magiſq; mater.
Sapientia filijs ſuis vitã inſpirat: et ſuſcipit ĩ:
quirentes ſe: et pibit in via iuſticie. Et qui illã
diligit diligit vitã: et qui vigilauerint ad illam
cõplectent̃ placorẽ eius. Qui tenuerint illam
vitam hereditabũt: & quo introibit benedicet
deus. Qui ſeruiũt ei obſequentes erũt deo: &
eos q diligũt illã diligit deus. Qui audit illã
iudicabit gentes. et qui intuet̃ illã pmanebit
confidẽs. Si crediderit ei pmanebit et hẽditabit
illã: et erũt in confirmacõne creature illoꝝ: quĩ
in temptacõne ambulat cũ eo et ĩ primis eligit
eũ. Timorẽ et metũ et pbationẽ inducet ſup
illũ: et cruciabit illũ in tribulacone doctrine ſue
donec temptet eũ in cogitacõnib; ſuis: et credat
aĩe illius. Et firmabit illũ et iter adducet direc:
tũ ad illũ: et letificabit illũ et denudabit illi ab:
ſconſa ſua: et theſaurizabit ſup illũ ſcientiam et
intellectũ iuſticie. Si autẽ oberrauerit derelin:
quet eũ: et tradet eũ ĩ manus inimici ſui. Fili
conſerua tempus: et deuita a malo. Pro aĩa
tua ne confũdaris dicere verũ. Eſt enĩ confuſio
adducens peccatũ: et eſt cõfuſio adducens glãm
& gratiã. Ne accipias faciem adũſus faciem
tuã: ne adũſus aĩam tuã mendatiũ. Ne reue:
rearis pximũ tuũ ĩ caſu ſuo: nec retineas vbũ
ĩ tpe ſalutis. Non abſcõdas ſapiẽtiam tuã in
decore ſuo. In lingua enĩ ſapiẽtia dinoſcit̃: et
ſenſus et ſcientia et doctrina ĩ verbo ſenſati: &
firmamentũ in opib; iuſticie. Non cõtradicas
verbo veritatis vllo modo: et de mẽdatio ineru:
dicõis tue cõfundere. Non cõfundaris cõfiteri
peccata tua: et ne ſubicias te oĩni homĩ p pcc̃o.
Noli reſiſtere contra faciẽ potẽtis: nec coneris
cõtra ictũ fluuij. Pro iuſticia agonizare pro
aĩa tua: et uſq; ad mortẽ certa p iuſticia: et deus
expugnabit p te inimicos tuos. Noli citatus
eſſe ĩ lingua tua: et inutilis et remiſſus ĩ opib;
tuis. Noli eſſe ſicut leo in domo tua euertens
domeſticos tuos: & opprimens ſubiectos tibi.
Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum
et ad dandũ collẽta.

Noli actẽdere V. ad poſſeſſiones iniquas: et ne dixeris eſt
michi ſufficiens vita. Nichil enĩ pderit in tpe
vindicte et obductõis. Ne ſequaris ĩ fortitudĩe
tua concupiſcentiam cordis tui: & ne dixeris.
Quomõ potui: aut quis me ſubiciet propter
facta mea? Deus autẽ vindicans vindicabit.
Ne dixeris. Peccaui: & quid michi accidit
triſte? Altiſſimus enĩ eſt patiens redditor. De
ppiciatu peccatorũ noli eſſe ſine metu: neq; ad:
dicias pcc̃m ſup pcc̃m: & ne dicas. Miſeratio
dñi magna eſt: multitudinis peccatorũ meoꝝ
miſerebitur. Miſericordia enĩ et ira ab illo cito
pximant: & in peccatores reſpicit ira illius.
Ne tardes cõuerti ad dñm: et ne differas de die
in diem. Subito enĩ veniet ira dñi: et in tẽpore
vindicte diſperdet te. Noli anxius eſſe ĩ diuitijs
iniuſtis: nõ enĩ pderũt tibi in die obductionis
et vindicte. Non ventiles te ĩ omnẽ ventum:
et nõ eas in omnẽ viam. Sic enĩ omnis pcc̃or
pbatur in duplici lingua. Eſto firmus in via

dñi et in veritate ſēſus tui et ſciētia : et ꝑſequať te verbum pacis et iuſticie . Eſto manſuetus ad audiendū verbū dei ut intelligas : et cū ſapiētia proferes reſponſū verū . Si ē tibi intellectus reſponde ꝓximo : ſin autē manus tua ſit ſuper os tuū : ne capiaris in verbo indiſciplinato et confundaris . Honor et gloria in ſermone ſenſati : lingua vero imprudētis ſubūſio eſt ipſius . Nō appelleris ſuſurro in vita tua : et lingua tua ne capiaris et cōfundaris . Sup furē enī eſt cōfuſio et penitētia : et denotacō peſſima ſup bilinguē : ſuſurratori autē odiū et inimicicia et cōtumelia . Juſtifica puſillū et magnū ſiliter . VI .

Noli fieri p amico inimicus ꝓximo . Jmproperiū enim et cōtumeliā malus hereditabit : et omnis peccator inuidus et bilinguis . Non te extollas ī cogitacōne aīe tue velut taurus ne forte elidať virtus tua p ſtulticiā : et folia tua comedat et fructus tuos pdat : et relinquaris velut lignū aridū in heremo . Aīa enī nequā diſpdet q̄ ſe habet : et ī gaudiū inimicis dat illū : et deducet ī ſortem impioꝝ . Verbū dulce mltiplicat amicos et mitigat inimicos : & lingua eucharis ī bono hoīe abūdabit . Multi pacifici ſūt tibi : et cōſiliarius ſit tibi vnus de mille . Si poſſides amicū in temptatione poſſide eū : et ne facile credas ei teipm . Eſt enī amicus ſecundū tempus ſuū : et nō pmanebit ī die tribulacōis . Et ē amicus qui cōuertitur ad inimiciciā : et eſt amicus qui odiū et rixā & cōuiciā denudabit . Eſt autē amicus ſocius mēſe : et nō pmanebit ī die neceſſitatis . Amicus ſi permanſerit fixus . erit tibi quaſi coequalis : et ī domeſticis tuis fiducialiter aget . Si humiliauerit ſe cōtra te et a facie tua abſcōderit ſe : vnanimem habebis amiciciam bonā . Ab inimicis tuis ſeparare : et ab amicis tuis attende . Amicus fortis fidelis ꝓtectio : qui autē inuenit illū inuenit theſaurum . Amico fideli nulla eſt cōparacō : et nō ē digna ponderacō auri et argenti contra bonitatē fidei illius . Amicus fidelis medicamētum vite & immortalitatis : et qui metuūt dñm inueniunt illū . Qui timet deū eque habebit amiciciā bonā : qm̄ ſcdm illū erit amicus illius . Fili a iuuentute tua excipe doctrinā : et uſq; ad canos īuenies ſapientiā . Quaſi is q̄ arat et q̄ ſeminat accede ad eā : et ſuſtine bonos fructus illius . Jn ope enī ipſius exiguū laborabis : & cito edes de gniacōnibꝫ illius . Quā aſpa ē nimiū ſapiētia indoctis hoīibꝫ : et nō pmanebit ī illa excors . Quaſi lapidis vtus pbacō erit ī illis : et nō demorabūtur pīcere illā . Sapientia enī doctrine ſcdm nomē eſt eius : et nō eſt mltis manifeſta . Quibꝫ autē cognita ē pmanet uſq; ad cōſpectū dei . Audi fili et accipe conſiliū intellectus : & ne abiicias cōſilium meū . Jnice pedem tuū in compedes illius : et in torques illius collū tuum . Subice humerū tuū et porta illā : et ne accidieris vinclis eius . Jn oīni aīo tuo accede ad illā : et in oīni virtute tua cōſerua vias eius . Jnueſtiga illā et manifeſtabiť tibi : et cōtinens factus ne derelinquas eā . Jn nouiſſimis enī inuenies requiem ī ea : et cōuertet tibi ī oblectacōem . Et erūt tibi cōpedes eius in ꝓtectionē fortitudinis et baſes virtutis : et torques illius ī ſtolā glē . Decor enī vite ē in illa : et vincula illius alligatura ſalutis . Stola glē indues eā : et coronā gřulacōis impones tibi . Fili ſi attēderis michi diſces eā : et ſi accomodaueris animū tuū ſapiens eris . Si inclinaueris aurē tuā excipies doctrinā : et ſi dilexeris audire ſapiēs eris . Jn mltitudine preſbiteroꝝ prudentū ſta . et ſapientie illoꝝ ex corde coniūgere : ut omnē narracōnem dei poſſis audire : et pūerbia laudis nō effugiant a te . Et ſi videris ſenſatū euigila ad eū : et gradus hoſtioꝝ illius exterat pes tuus . Cogitatū tuū habe in p̄ceptis dei . & in mandatis illius maxime aſſidus eſto : et ipe dabit tibi cor : et concupiſcentia ſapientie dabitur tibi . VII .

Noli facere mala & nō te apprehendent : diſcede ab iniquo et deficiēt mala abs te . Fili nō ſemines mala ī ſulcis iniuſticie : et non metes ea in ſeptuplū . Noli querere ab homīe ducatū : neq; a rege cathedram honoris . Nō te iuſtifices ante deū qm̄ agnitor cordis eſt ipe : & penes regē noli velle videri ſapiens . Noli querere fieri iudex niſi valeas virtute irrumpere iniquitates : ne forte extimeſcas faciē potentis : & ponas ſcandalū in agilitate tua . Nō pecces in mltitudine ciuitatis . nec te immittas ī ppl'm : neq; alliges duplicia peccata . Nec enī in vno eris immunis . Noli eſſe puſillanimis in aīo tuo : exorare et facere elemoſinam ne deſpicias . Ne dicas ī mltitudine munerū meoꝝ reſpiciet deus : et offerēte me deo altiſſimo . munera mea ſuſcipiet . Nō irrideas hoīem in amaritudine aīe : eſt enī qui humiliat & exaltat circūſpector deus . Noli amare mēdaciū adūſus frēm tuū :

neq in amicū ſiliter facias. Noli velle mētiri
oīne mendatiū: aſſiduitas enī illius nō ē bona.
Noli verboſus eſſe ī mltitudine preſbiteroꝝ:
et nō iteres verbū in orōne tua. Nō oderis la-
borioſa opa: et ruſticationē creatā ab altiſſimo.
Non te reputes ī mltitudine indiſſiplinatoꝝ:
memēto ire qm̄ non tardabit. Humilia valde
ſpiritum tuū: qm̄ vindicta carnis impij: ignis
et vermis. Noli pͣuaricari in amicū pecuniā
differētem: neq frēm tuū kariſſimū auro ſpre-
neris. Noli diſſedere a muliere ſenſata et bona
quā ſortitus es ī timore dn̄i: gratia enī verecun-
die illius ſup aurū. Nō ledas ſeruū in veritate
opantē: neq mercenariū dantē aīam ſuā. Ser-
uus ſenſatus ſit tibi dilectus qſi aīa tua: nō de-
fraudes illū libertate: neq inopem derelinquas
illū. Pecora tibi ſūt attende illis: et ſi ſūt vti-
lia pſeuerent apud te. Filij tibi ſūt erudi illos:
et curua illos a pueritia illoꝝ. Filie tibi ſūt ſer-
ua corpus illaꝝ: et nō oſtēdas hilarē faciē tuā
ad illas. Trade filiā et grande opus feceris: et
hoīm ſenſato da illā. Mulier ſi ē tibi ſcdm aīaꝫ
tuā nō pͥicias illā: et odibili nō credas te ī toto
corde tuo. Honora prēm tuū: et gemitus mr̄is
tue ne obliuiſcaris. Memento qm̄ niſi per illos
natus nō fuiſſes: et retribue illis quō et illi tibi.
In tota aīa tua time dn̄m et ſacerdotes illius
ſctifica. In oīm virtute dilige eū qui te fecit:
et miniſtros eius ne derelinquas. Honora deum
ex tota aīa tua et honorifica ſacdotes: et ppurga
te cū brachijs. Da illis partē ſicut mandatū eſt
tibi pͥmitiaꝝ et purgationis: et de negligentia
tua purga te cū paucis. Datū brachioꝝ tuoꝝ et
ſacrificiū ſanctificacōis offeres dn̄o et initia ſac-
toꝝ: et paupi porrige manū tuā ut pficiatͬ ppici
atio et benedictō tua. gratia datus in cōſpectu
oīs viuentis: et mortuo nō prohibeas gratiā.
Nō deſis plorātibꝫ ī cōſolatione: et cū lugētibꝫ
ambula. Nō te pigeat viſitare īfirmū: ex hijs
enī in dilectōne firmaberis. In oībꝫ opibꝫ tuis
memorare nouiſſima tua: et in eternū nō pecca-
bis.

VIII

Non litiges cū hoīe
potēte: ne forte incidas ī manus illius.
Non cōtendas cū viro locuplete: ne forte contra
te cōſtituat litem tibi. Multos enī pdidit aurū
et argentū: et uſq ad cor regū extendit et couer-
tit. Non litiges cū hoīe linguato et nō ſtrues ī
ignē illius ligna. Non cōmunices hoīni indoc-
to: ne male de pgenie tua loqtur. Ne deſpicias
hoīem auertentē ſe a peccato: neq impperes ei.
Memēto qm̄ oēs in corruptione ſumus. Ne
ſpernas hoīem ī ſua ſenectute: et enī ex nobis ſe-
neſcūt. Noli de mortuo inimico tuo gaudere:
ſciens qm̄ oēs morienͭ: et ī gaudiū volumus
venire. Ne deſpicias narracōnem preſbiteroꝝ
ſapientū: et ī pͥuerbijs eoꝝ cōuerſare. Ab ipſis
enī diſces ſapientiam et doctrinā intellectus: et
ſeruire magnatis ſine querela. Non te pͥteriat
narracō ſenioꝝ: ipſi enī didicerūt a prībꝫ ſuis.
Quoniā ab ipſis diſces intellectū: et ī tempore
neceſſitatis dabis reſponſū. Non incēdas car-
bones peccatoꝝ arguens eos: et ne incēdaris flā-
ma ignis peccatoꝝ illoꝝ. Ne contra faciem ſtes
cōtumelioſi: ne ſedeat quaſi inſidiator ori tuo.
Noli fenerari hoīni fortiori te: qſi feneraueris
qſi pditū habe. Non ſpōdeas ſup virtutē tuā:
qſi ſpoſpōderis qſi reſtituēs cogita. Nō iudices
cōtra iudicē: qm̄ ſcdm qd iuſtū eſt iudicat. Cū
audace nō eas ī via: ne forte grauet mala ſua ī
te. Ipſe enī ſcdm voluntatē ſuam vadit: et ſil'
cū ſtulticia illius peries. Cū iracūdo nō facias
rixā et cū audace nō eas ī deſertū: qm̄ qſi nichil
ē ante illū ſāguis: et vbi nō eſt adiutoriū elidet
te. Cū fatuis cōſiliū nō habeas: nō enī poterūt
diligere niſi que eis placēt. Coram extraneo ne
facias conſiliū: neſcis enī qd pariet. Non oīni
homini cor tuū manifeſtes: ne forte inferat tibi
gratiam falſam et conuiciet tibi.

IX

Non zeles mulierem ſinus tui: ne oſtēdat
ſuper te maliciā doctrine nequā. Non
des mulieri poteſtatē aīe tue: ne ingrediatur ī
virtute tua et cōfūdaris. Ne reſpicias mulierē
mltiuolā: ne forte incidas in laqos illius. Cum
ſaltatrice ne aſſiduus ſis nec audias illā: ne forte
pereas ī efficatia illius. Virginē ne cōſpicias:
ne forte ſcandalizeris ī decore illius. Ne des for-
nicarijs aīam tuā in vllo: ne pdas te et heredi-
tatē tuā. Noli circumſpicere ī vicis ciuitatis:
nec oberraueris ī plateis illius. Auerte faciem
tuā a mliere cōpta: et ne circūſpicias ſpeciē alie-
nā. Propter ſpeciē mulieris mlti pierūt: et ex
hoc concupiſcentia qſi ignis exardeſcit. Omnis
mlier que ē fornicaria qſi ſtercus ī via ab oībꝫ
pretereūtibꝫ cōculcabitͬ. Speciem mlieris aliene
mlti ammirati reprobi facti ſūt: colloquiū enī
illius qſi ignis exardeſcit. Cū aligena muliere
ne ſedeas omnino: nec accūbas cū ea ſup cubitū
et nō altriceris cū illa ī vino ne forte declinet cor

tuū in illā: et ſanguine tuo labaris ī ꝑditionē.
Ne derelinquas amicū antiquū: nouus enim
nō erit ſilis illi. Vinū nouū amicus nouus:
veteraſcat: et cū ſuauitate bibes illud. Nō zeles
gl'am et opes peccatoris: nō enī ſcis que futura ſit
illius ſubūſio. Non placeat tibi iniuria iniuſ:
toꝝ: ſciens qm̄ uſq; ad inferos nō placebit impi:
us. Longe abeſto ab hoīe poteſtatē habente occi:
dendi: et nō ſuſpicaberis timorem mortis. Et ſi
acceſſeris ad illū noli aliqđ committere: ne forte
auferat vitā tuā. Communionē mortis ſcito:
qm̄ in medio laqueoꝝ ingredieris: et ſup dolen:
tiū arma ambulabis. Scdm virtutē tuā: caue
te a ꝓximo tuo: et cū ſapiētibꝫ et prudētib' trcta.
Viri iuſti ſint tibi cōuiue: ⁊ in timore dei ſit
tibi gl'atio: et in ſenſu ſit tibi cogitatus dei: ⁊
omīs enarracō tua in ꝑceptis altiſſimi. In ma:
nu artificū opa laudabunt': et princeps ppli in
ſapiētia ſermonis ſui: ī ſenſu vero ſeniorū vbū.
Terribilis eſt ī ciuitate ſua homo linguoſus:
et temerarius ī vbo ſuo odibilis erit. X.
Iudex ſapiēs iudicabit pplm ſuū: et principatus
ſenſati ſtabilis erit. Scdm iudicē ppli ſic et mi:
niſter eius: et qualis rectorē ciuitatis: tales ⁊
inhabitantes in ea. Rex inſipiens ꝑdet pplm
ſuū: et ciuitates inhabitabunt' p ſenſū pruden:
tiū. In manu dei poteſtas terre: et execrabilis
omīs iniqtas gentiū: et vtilē rectorē in tpe ſuſci:
tabit ſup illā. In manu dei poteſtas hoīs: ⁊
ſup faciē ſcribe imponet honorē ſuū. Omīs in
iurie ꝓximi ne memineris: et nichil agas ī opi:
bus iniurie. Odibilis corā deo ē et hoībꝫ ſupbia:
et execrabilis omīs iniquitas gentiū. Regnū a
gente in gentē transfert' ꝓpter iniuſticias ⁊ in:
iurias et cōtumelias et diuerſos dolos. Auaro
autē nichil eſt ſceleſtius. Quid ſupbis terra ⁊
cinis? Nichil eſt iniquius quā amare pecuniā.
Hic enī et aīam ſuā venalē habet: qm̄ ī vita ſua
proiecit intima ſua. Omīs potentatus breuis
vita: languor ꝓlixior grauat medicū. Breuē
languorē precidit medicus: ſic et rex hodie eſt:
et cras moriet'. Cū enī moriet' homo: heredita:
bit ſerpētes et beſtias ⁊ vermes. Initiū ſupbie
hoīs apoſtatare a deo: qm̄ ab eo qui fecit illū re:
ceſſit cor eius: qm̄ initiū peccati ē omīs ſupbia.
Qui tenuerit illā adimplebit' maledictis: ⁊
ſubuertet eū in finē. Propterea exhonorauit
dn̄s cōuentus maloꝝ: et deſtruxit eos uſq; ī fin:
em. Sedes ducū ſupboꝝ deſtruxit deus: et ſedere
fecit mites ꝓ eis. Radices gentiū ſupbaꝝ areſecit
deus: et plātauit humiles ex ipſis gētibꝫ. Terras
gentiū euertit dn̄s: et ꝑdidit eas uſq; ad fūdamē:
tū. Areſecit ex ipſis ⁊ diſꝑdidit eos: et ceſſare
fecit memoriā eoꝝ a terra. Memoriam ſupboꝝ
ꝑdidit deus: et reliquit memoriā humiliū ſēſu.
Nō eſt creata hoībꝫ ſupbia: neq; iracūdia nacōi
mlieꝝ. Semē hoīm honorabit' hoc qđ timet deū:
ſemen autē hoc exhonorabit' qđ preterit mādata
dnī. In medio fratrū rector illoꝝ ī honore: ⁊
q timent dnm̄ erūt in ocl'is illius. Gloria diuitū
honoratoꝝ et pauperū timor dei eſt: nō deſpicere
hoīem iuſtū pauperē: ⁊ nō magnificare virū
peccatorē diuitē. Magnus eſt iudex et potens eſt
in honore: et nō eſt maior illo qui timet deum.
Seruo ſenſato liberi ſeruiēt: et vir prudens ⁊
diſciplinatus nō murmurabit correptus: et inſ:
ciens nō honorabit'. Noli extollere te ī faciendo
ope tuo: et noli cunctari in tpe anguſtie. Melior
eſt qui opat' et abūdat in oībꝫ: quā qui gl'atur
et eget pane. Fili ī manſuetudine ſerua aīam
tuā: et da illi honorē ſcdm meritū ſuū. Peccā:
tem in aīam ſuā quis iuſtificabit? Et quis ho:
norificabit exhonorantem aīam ſuā? Pauper
gl'at' p diſciplinā et timorē ſuū: et ē homo q hono
rificat' ꝓpter ſubſtanciā ſuā. Qui autē gl'atur
in paupertate: quāto magis ī ſubſtancia? Et qui
gl'at' in ſubſtancia: paupertatē vereatur. XI.
Sapientia humiliati exaltabit caput illi:
us: et in medio magnatoꝝ cōſedere illū
faciet. Nō laudes virū ī ſpecie ſua: neq; ſpnas
hoīem in viſu ſuo. Breuis ī volatilibꝫ apis: et
iniciū dulcoris habet fructus illius. Ne gl'eris
in veſtitu vnq;: nec ī die honoris tui extollaris.
Quoniā mirabilia opera altiſſimi ſolius: ⁊
gl'oſa et abſconſa et inuiſa opera illius. Multi
tyranni ſederūt in throno: et ī ſuſpicabilis por:
tauit diadema. Multi potentes oppreſſi ſūt va:
lide: et glorioſi traditi ſūt in manus alterorum.
Priuſq; interroges ne vituperes quēq;: ⁊ cū
interrogaueris corripe iuſte. Priuſq; audias ne
reſpōdeas verbū: et in medio ſenioꝝ ne adicias
loqui. De ea re que te nō moleſtat ne certeris:
et in iudicio peccanciū ne conſiſtas. Fili ne in
multis ſint actus tui: ⁊ ſi diues fueris nō eris
immunis a delicto. Si enī ſecutus fueris nō ap:
ꝑhendes: et nō effugies ſi ꝑcurreris. Eſt homo
laborans et feſtinans et dolens impius: et tanto:
magis nō abūdabit. Eſt homo marcidus egēs

recuperacōne plus deficiens virtute et habūdans
paupertate: et oculus dei reſpexit illū in bono ⁊
erexit eū ab humilitate ipſius · et exaltauit caput
eius: et mirati ſūt in illo multi et honorauerūt
deū. Bona et mala · vita et mors: paupertas ⁊
honeſtas: a deo ſunt. Sapientia diſciplina ⁊
ſcientia legis apud dñm: dilectio ⁊ vie bonorū
apud ipſm. Error et tenebre peccatoribꝫ cōcreata
ſūt. Qui autē exultant in malis cōſeneſcūt in
malo. Datio dei iuſtis permanet: ⁊ ꝓfectus
illius ſucceſſus habebit in eternū. Eſt qui locu-
pletat̄ parce agendo: et hec pars mercedis illius
in eo q dicit. Inueni requiē michi et nūc mā-
ducabo de bonis meis ſolus · et neſcit qꝺ tempus
ꝑtereat et mors appropinquet · ⁊ relinquat oīa
alijs · et moriat̄. Sta ī teſtamēto tuo et ī illo col-
loquere: et in ope mādatoꝝ tuoꝝ veteraſce. Ne
māſeris in opibꝫ pccōꝝ. Confide autē in deo: et
mane ī loco tuo: facile ē enī in oculis dei ſubito
honeſtare pauperem. Benedictio dei ī mercedem
iuſti feſtinat: ⁊ in honore veloci ꝓceſſus illius
fructificat. Ne dicas · qꝺ ē michi opus: et que
erūt michi ex hoc bona? Ne dicas. Sufficiens
michi ſū · et qꝺ ex hoc peſſimabor? In die bonoꝝ
ne immemor ſis maloꝝ: et ī die maloꝝ ne im-
memor ſis bonoꝝ: qm̄ facile ē corā deo in die obi-
tus retribuere vnicuiqꝫ ſcd̄m vias ſuas. Mali-
cia hore obliuionē facit luxurie magne: et ī fine
hoīs denudacō opū illius. Ante mortē ne lau-
des hoīem quemquā: qm̄ in filijs ſuis agnoſcit̄
vir. Non omnē hoīem inducas ī domū tuā:
mlte enī ſūt inſidie doloſi. Sicut enī eructuāt
ꝑcordia fetencū et ſicut perdix inducit̄ in caueā et
ut caprea in laqueū ſic ⁊ cor ſuꝑborū: et ſicut
ꝓſpector videns caſū ꝓximi ſui. Bona enī in
mala cōuertens inſidiat̄: et in electis imponet
maculā. A ſcintilla enī vna auget̄ ignis: ⁊
ab vno doloſo auget̄ ſanguis: homo vero pccōr
ſanguini inſidiat̄. Attende tibi a peſtifero · fa-
bricat enī mala: ne forte inducat ſuꝑ te ſubſan-
nationē in ꝑpetuū. Admitte ad te alienigenā
et ſubuertet te ī turbine: et abalienabit te a vijs
ꝓprijs.

XII

Si benefeceris ſcito cui feceris: et erit gratia in bonis tuis mlta.
Benefac iuſto ⁊ inuenies retributionē mag-
nā: et ſi nō ab ipſo: certe a dño. Nō eſt ei bene q
aſſiduus ē in malis et elemoſinas nō danti: qm̄
et altiſſimus odio habet pccōres: et miſertus eſt
penitētibꝫ. Da miſcdi · et ne ſuſcipias pccōrez:
et impijs et pccōribꝫ reddet vindictā: cuſtodiens
eos in diem vindicte. Da bono et non receperis
pccōrem: benefac humili et non dederis impio.
Prohibe panes illi dare: ne in ipſis potentior
te ſit. Nam duplicia mala inuenies in oībꝫ
bonis quecūqꝫ feceris illi: qm̄ et altiſſimus odio
habet pccōres: et impijs reddet vindictā. Non
agnoſcet̄ ī bonis amicus: et nō abſcondet̄ ī ma-
lis inimicus. In bonis viri inimici illius: in
triſticia et in malicia illius · amicus agnitus ē.
Nō credas inimico tuo ineternū. Sicut enī era-
mentū · eruginat neqcia illius: et ſi humiliatus
vadat curuus abice animū tuū: et cuſtodi te ab
illo. Nō ſtatuas illū penes te nec ſedeat ad dex-
terā tuā ne cōuerſus ſtet ī loco tuo: ne forte cōuerſus
in locū tuū inquirat cathedrā tuā: et in nouiſ-
ſimo cognoſcas verba mea et ī ſermonibꝫ meis
ſtimuleris. Quis miſerebit̄ incātatori a ſerpēte
ꝑcuſſo: et oībꝫ qui appropiāt beſtijs? Sic ⁊ q
comitat̄ cū viro iniq: et obuolutus eſt ī peccatis
eius. Vna hora tecū ꝑmanebit: ſi autē declina-
ueris non ſupportabit. In labijs ſuis indulcat
inimicus: et ī corde ſuo inſidiat̄ ut ſubuertat te
in foueā. In oclis ſuis lacrimat̄ inimicus: et ſi
inuenerit tempus · nō ſaciabit̄ ſanguine: ⁊ ſi
incurrerint tibi mala · inuenies eū illic priorem.
In oculis ſuis lacrimat̄ inimicus: et quaſi ad-
iuuās ſuffodiet plātas tuas. Caput ſuū moue
bit et plaudebit manu: et mlta ſuſurrās cōmu-
tabit vultū ſuū.

XIII

Qui tetigerit picē inquinabit̄ ab ea: ⁊ qui cōmuni-
cauerit ſuꝑbo induet ſuꝑbiā. Pondus ſuꝑ ſe
tollit qui honeſtiori ſe cōmunicat: et ditiori te ne
ſocius fueris. Quid cōmunicabit cacabꝫ ad ol-
lā? Quādo enī ſe colliſerint cōfringet̄. Diues
iniuſte aget et fremebit: paup aūt leſus tacebit.
Si largitus ei fueris aſſumet te: et ſi nō habue-
ris derelinquet te. Si habes cōuiuet tecū et eua-
cuabit te: et ipſe nō dolebit ſuꝑ te. Si neceſſarius
illi fueris ſupplātabit te: et ſubridēs ſpem dabit
narrans tibi oīa bona et dicet qꝺ opus ē tibi: ⁊
cōfundet te ī cibis ſuis · donec te exinaniat bis et
ter: et in nouiſſimo deridet te. Et poſtea videns
derelinquet te: et caput ſuū mouebit ad te. Hu-
miliare deo: et expecta manus eius. Attende
ne ſeductus in ſtulticiā humilieris. Noli eſſe
humilis in ſapientia tua: ne humiliatus ī ſtul-
ticiā ſeducaris. Aduocatus a potētiore diſcede:
ex hoc enī magis te aduocabit. Ne inꝑbꝰ ſis ·

ne impugnaris: et ne longe ſis ab eo: ne eas in
obliuionē. Ne retineas ex equo loqui cū illo:
nec credas multis verbis illius. Ex multa enī loq̄la
tēptabit te: et ſubridens interrogabit te. De abſcō-
ditis tuis immitis animus illius conſeruabit
verba tua: et nō parcet de malicia et de vinculis.
Caue tibi et attende diligēter auditui meo: quō
cū ſubuerſione tua ambulas. Audiēs vero vba
illa quaſi in ſomnis vide: et vigilabis oīni vita
tua. Dilige deū: et inuoca illū in ſalute tua.
Omē aīal diligit ſimile ſibi: ſic et oīs homo
pximū ſibi. Oīs caro ad ſimilē ſibi cōiunget:
et oīs homo ſimili ſui ſociabit̄. Si cōmunicabit
lupus agno aliqn̄do: ſic pccōr iuſto. Que com-
municacō ſancto hoī ad canē: aut q̄ pars bona
diuiti ad paupē? Venatio leonis onager ī here-
mo: ſic et paſcua ſūt diuitū pauperes. Et ſicut
abominatio eſt ſupbo humilitas: ſic et execratio
diuitis pauper. Diues cōmotus cōfirmatur ab
amicis ſuis: humilis autē cū ceciderit expellet̄ et
a notis. Diuiti decepto multi recuperatores: locu-
tus eſt ſuperba: et iuſtificauerūt illū. Humilis
deceptus eſt: inſup et arguit̄. Locutus ē ſenſate:
et nō eſt ei datus locus. Diues locutus ē et oēs
tacuerūt: et verbū illius uſq3 ad nubes pducēt.
Paup locutus ē: et dicūt. Quis ē hic? Et ſi
offenderit: ſubuertent illū. Bona eſt ſubſtantia
cui nō eſt peccatū in cōſciencia: et nequiſſima ē
paupertas ī ore impij. Cor hoīs immutat faciem
illius: ſiue ī bona ſiue ī mala. Veſtigiū cordis
boni et faciē bonā difficile īuenies: et cū labore.

Beatus vir q̄ nō ē lapſus verbo. XIIII.
ex ore ſuo et nō eſt ſtimulatus ī triſticia
delicti. Felix q̄ nō habuit animi ſui triſticiā: et
nō excidit a ſpe ſua. Viro cupido et tenaci ſine
racōne ē ſubſtācia: et hoī liuido ad q̄d aurū? Qui
aceruat ex aīo ſuo iniuſte alijs cōgregat: et ī bo-
nis illius alius luxuriabit̄. Qui ſibi nequā eſt
cui alij bonus erit? Et nō iocūdabit̄ ī bonis ſu-
is. Quis ſibi inuidet nichil ē illo nequius: et hec ē
reddicō malicie illius. Et ſi benefecerit: ignorāt̄
et nō volēs facit: et ī nouiſſimo manifeſtat mali
ciā ſuā. Nequā ē oculus liuidi: et auertēs faciē
ſuā: et deſpiciēs aīa3 ſuā. Inſaciabilis oculus cu-
pidi ī parte iniq̄tatis: nō ſaciabit̄: donec cōſumat
arefaciēs aīam ſuā. Oculus malus ad mala: et
nō ſaciabit̄ pane: indigēs et in triſticia erit ſuper
menſā ſuā. Fili ſi habes bñfac tecū: et deo dig-
nas oblaciones offer. Memor eſto quoniā mors
nō tardat: et teſtamētū inferiorū: q2 demōſtratū
ē tibi. Teſtamētū enī huius mūdi morte morie-
tur. Ante mortē benefac amico tuo: et ſcd'm
vires tuas exporrigēs da pauperi. Nō defraude-
ris a die bono: et particula diei boni nō te ptere-
at. Nōne alijs relinques dolores et labores tuos?
In diuiſione ſortis da et accipe: et iuſtifica aīa3
tuā. Ante obitū tuū operare iuſticiā: quō nō
eſt apud inferos inuenire cibū. Oīs caro ſicut
fenū veteraſcet: et ſicut foliū fructificās ī arbore
viridi. Alia generant̄ et alia deiciunt̄: ſic gnā-
tio carnis et ſāguinis: alia finit̄: et alia naſcit̄.
Omne opus corruptibile ī fine deficiet et q̄ illud
opat̄ ibit cū illo. Et omē opus electū iuſtifica-
bit̄: et qui opat̄ illud honorabit̄ ī illo. Beatus
vir qui ī ſapientia morabit̄: et qui in iuſticia
meditabit̄: et in ſenſu cogitabit circūſpeccōnem
dei. Qui excogitat vias illius ī corde ſuo: et in
abſconditis ſuis intelligens: vadēs poſt illā q̄ſi
inueſtigator: et in vijs illius cōſiſtens. Qui
rſpicit p feneſtrs illius: et ī ianuis illius audiēs.
Qui requieſcit iuxta domū illius: et ī pariet-
bus illius figens palū. Statuet caſulam ſuā ad
manus illius: et requieſcēt ī caſula illius bona
p euū. Statuet filios ſuos ſub tegmine illius:
et ſub ramis illius morabit̄. Proteget̄ ſub tegi-
mine illius a feruore: et in glā eius requieſcet.

Qui timet deū faciet bona: XV.
et qui cōtinens ē iuſticie apprehēdet illā:
et obuiabit illi q̄ſi mater honorificata: et quaſi
mlier a virginitate ſuſcipiet illū. Cibabit illū
pane vite et intellctus: et aq̄ ſapientie ſalutaris
potabit illū. Et firmabit̄ in illo et nō flectet̄: et
continebit illū et nō confūdet̄: et exaltabit illū
apud pximos ſuos. Et ī medio eccleſie apiet os
eius: et adimplebit illū ſpiritu ſapientie et in-
tellectus: et ſtola glē veſtiet eū. Iocunditatē et
exultacōnem theſaurizabit ſup illū: et noīe eīno
hereditabit illū. Homīes ſtulti nō apprehēdent
illā: et hoīes ſenſati obuiabūt illi. Hoīes ſtulti
nō videbūt eā: longe enī abeſt a ſupbia et dolo.
Viri mendaces nō erūt illius memores: et viri
veraces inuenient̄ ī illa: et ſucceſſū habebūt uſq3
ad inſpectionē dei. Non eſt ſpecioſa laus in ore
pccōris: quō a deo pfecta ē ſapientia. Sapientie
enī dei aſtabit laus: et ī ore fideli abundabit: et
dn̄ator dabit eā illi. Non dixeris. p deū abeſt:
q̄ enī odit ne feceris. Nō dicas ille me implā-
nauit: nō enī neceſſarij ſūt ei homines impij.

Omñe execramentū erroris odit dñs: et non erit amabile timentibꝰ eū. Deus ab inicio cōſtituit hoīem: et reliquit illū ī manu cōſilij ſui. Adiecit mandata et pcepta ſua. Si volueris mandata cōſeruare cōſeruabūt te: et in ppetuū fidem placitā ſeruare. Appoſuit tibi aquā et ignem: ad qđ volueris porrige manū tuā. Ante hoīem vita et mors: bonū et malū. Quod placuerit ei dabit illi: quī multa ſapiētia dei: et fortis ī potētia: videns oīēs ſine intermiſſione. Oculi dñi ad timentes eū: et ipſe agnoſcit omnē opā hoīs. Nemini mādauit impie agere: et nemīni dedit ſpaciū peccādi. Nō eīm concupiſcit multitudinē filioꝝ infidelium et inutilium. XVI.

Ne iocūderis ī filijs impijs ſi multiplicent̄: nec oblecteris ſup ipſos ſi nō eſt timor dei in illis. Non credas vite illoꝝ: ne reſpexeris in labores eoꝝ. Melior eſt eīm vnus timens deū: q̄ȝ mille filij impij. Et vtile ē mori ſine filijs: q̄ȝ relinq̄re filios impios. Ab vno ſenſato inhabitabit patria: et a tribꝰ impijs deſeret̄. Multa talia vidit oculus meus: et fortiora horū audiuit auris mea. In ſinagoga peccātium exardebit ignis: et ī gente icredibili exardeſcet ira. Nō exorauerūt p peccatis ſuis antiqui gigātes qui deſtructi ſūt confidētes ſue v̄tuti: et nō pepcit peregrinacōi illoꝝ ſed pcuſſit eos: et execratus ē eos p̄ ſupbia verbi illoꝝ. Nō miſertus eſt illis totā gentem perdens: et extollentē ſe ī peccatis ſuis. Et ſicut ſexcēta milia peditū qui cōgregati ſūt ī duricia cordis ſui: et ſi vnus fuiſſet ceruicatus mirū ſi fuiſſet īmunis. Miſcdia eīm et ira ē cū illo. potēs exoratio et effundens irā. ſcdm miſcdiam ſuā: ſic correctio illius. hoīem ſcdm opa ſua iudicat. Nō effugiet ī rapina peccator: et nō retardabit ſufferentia miſcdiam facientis. Omīs miſcdia faciet locū vnicuiq; ſcdm meritū opum ſuoꝝ: et ſcdm intellectū peregrinacōis illius. Nō dicas. A deo abſcōdar: et ex ſūmo quis opis mei memorabit̄? In pplo magno nō agnoſcar. Que eſt eīm aīa mea ī tam immenſa creatura? Ecce celū et celi celoꝝ. abiſſus et vniūſa terra et que in eis ſūt in cōſpectu illius cōmouebunt̄: montes ſimul et colles et fundamēta t̄re: et cū cōſpexerit illa deus tremore cōcutient̄. Et ī oīībꝰ hijs inſenſatū ē cor: et oīe cor intelligit̄ ab illo: et vias illius quis intelligit? Et pcella quā nec oculus vidit hoīs? Nā plurima illius opa ſūt in abſconſis: ȝ opa iuſticie eius quis enūciabit aut q̄s ſuſtinebit? Longe eīm eſt teſtamentū a q̄buſdā: et interrogatio hoīm in cōſummacōe eſt. Qui minorat̄ corde cogitat inania: et vir imprudens et errans cogitat ſtulta. Audi me fili ⁊ diſce diſciplinā ſenſus: ⁊ in verbis meis attende in corde tuo: et dicā in eq̄tate diſciplinā et ſcrutabor enarrare ſapientiā: et in verbis meis attende in corde tuo: et dico in eq̄tate ſpiritus. v̄tutes quas poſuit deus in opa ſua ab initio: ⁊ in veritate enūcio ſcientiam eius. In iudicio dei opa ipſius ab inicio: et ab inſtitucōe hoīm ipſorū diſtinxit partes illoꝝ: et inicia eoꝝ ī gentibꝰ ſuis. Ornauit opa illoꝝ: nec eſurierūt nec laborauerūt: ⁊ nō deſtiterūt ab opibꝰ ſuis. Vnuſquiſq; pximū ſibi nō anguſtiabit uſq; in eternū. Nō ſis incredibilis v̄bo illius. Poſt hec in terrā deus reſpexit: et impleuit illā bonis ſuis. Anima aūt omnis vitalis denūciauit ante faciē ipſius: ⁊ ipſa iterū reuerſio illorum. XVII.

Deus creauit de terra hoīem: et ſcdm imaginē ſuā fecit illū. Et iteꝝ cōuertit illū in ipſā: et ſcdm ſe veſtiuit illū v̄tute. Numeꝝ dierū et tempus dedit illi: ⁊ dedit illi poteſtatē eoꝝ que ſūt ſup terrā. Poſuit timorē illius ſup omnē carnē: et dñatus eſt beſtiarū et volatiliū. Creauit ex ipſo adiutorū ſile ſibi: conſiliū ⁊ linguā et oculos et aures et cor dedit illis excogitandi: ⁊ diſciplina intellectus repleuit illos. Creauit illis ſciētiā ſpiritus: ſenſu impleuit cor illoꝝ: et mala ⁊ bona oſtendit illis. Poſuit oculū ipſoꝝ ſup corda illoꝝ oſtendē illis magnalia opū ſuoꝝ ut nomē ſctificationis collaudēt: et glari ī mirabilibꝰ illius: et magnalia enarrēt opū eius. Addidit illis diſciplinā: et legē vite hereditauit illos. Teſtamentū eternū cōſtituit cū illis: ⁊ iuſticiā et iudicia ſua oſtendit illis. Et magnalia honoris eius vidit oculus illorū: ⁊ honorem vocis audierūt aures illoꝝ: et dixit illis. Attendite ab omī iniquo. Et mādauit illis: vnicuiq; de pximo ſuo. Vie illoꝝ corā illo ſūt ſemper: nō ſūt abſconſe ab oculis ipſius. In vnāquāq; gētem pp̄oſuit rectorē: et pars dei iſrl' facta eſt manifeſta. Et oīa opa illoꝝ velut ſol ī cōſpectu dei: et oculi eius ſine intermiſſione inſpiciētes ī vijs eoꝝ. Nō ſūt abſconſa teſtamēta p iniquitatē illoꝝ. Et oīs iniquitas eoꝝ in cōſpectu dei. Elemoſina viri q̄ſi ſacculus cū ipſo: et gratiā hoīs q̄ſi pupillā cōſeruabit: et poſtea reſurget et retribuet illis retributionē vnicuiq;

in caput ipsoꝝ: et cõuertet ĩ inferiores partes tre. Penitẽtibꝫ autẽ dedit viã iusticie: et cõfirma- uit deficientes sustinere: & destinauit illis sortẽ veritatis. Cõuertere ad dñm et relinque peccata tua: pcare ante faciẽ dñi: et minue offendicla. Reuertere ad dñm & auertere ab iniusticia tua et nimis odito execratiõnẽ et cognosce iusticias et iudicia dei et sta in sorte ppositionis et orõnis altissimi dei. In ptes vade seclĩ sancti: cũ viuis et dantibꝫ cõfessionẽ deo. Nõ demoreris ĩ errore impioꝝ: ante mortem cõfitere. A mortuo q̃si nichil perit ↄfessio. Cõfiteberis viuẽs: viuus et sanus cõfiteberis et laudabis deũ: et glaberis in miseracõibꝫ eius. Quã magna mĩscdia dñi: et ppiciacõ illius cõuertẽtibꝫ ad se. Nec enĩ oĩa possũt esse ĩ hoĩbꝫ: qm̃ nõ est immortalis filius hoĩs: et in vanitate malicie placuerũt. Quid lucidius sole? Et hic deficiet. Aut qđ nequius ex cogitauit caro et sanguis? Et hoc arguet. Vir- tutẽ altitudinis celi ipse conspicit: et oẽs hoĩes terra et cinis.

XVIII

Qui viuit ineternũ creauit oĩa simul. Deus solus iustificabit: & manet inuictus rex ineternũ. Quis sufficiet enarrare opa illius? Quis enĩ inuestigabit magnalia eius? Virtutẽ autem magnitudinis eius quis enũciabit? Aut quis adiciet enarrare mĩscdiã eius? Non ẽ minuere neqꝫ addere: nec est inuenire magnalia dei. Cũ consũmauerit homo tunc incipiet: et cũ qeuerit opabit. Quid ẽ homo et q̃ est grã illius: et qđ ẽ bonũ aut quid nequã illius? Numerus dierũ hoĩm ut multũ centũ anni: q̃si gutte aq̃ maris deputati sũt: & sicut calculus arene. sic exigui anni ĩ die eui. Propter hoc patiens est deus in illis: et effundit sup illos mĩscdiam suã. Vidit psumptionẽ cordis eoꝝ qm̃ mala ẽ: et cognouit subuersionẽ illoꝝ qm̃ nequã est. Ideo adimple- uit ppiciationẽ suã in illis: et ostendit illis viã equitatis. Miseratio hoĩs circa pximum suũ: mĩscdia autẽ dei sup omnẽ carnẽ. Qui miseri- cordiã habet docet et erudit: q̃si pastor gregẽ su- um. Miser ator excipiens doctrinã miseracõis: et qui festinãt in iudicijs eius. Fili ĩ bonis nõ des querelã: et in oĩi dato nõ des tristiciã verbi mali. Nonne ardorẽ refrigerabit ros? Sic & verbũ melius quã datũ. Nõne ecce verbũ sup datũ bonũ? Sed vtrũqꝫ cũ hoĩe iustificato. Stul tus acrit̃ improperabit: et datus indisciplinati tabescere facit oc'los. Ante iudiciũ para iusticiã tibi: et antequã loq̃ris disce. Ante languorem adhibe medicinã: et ante iudiciũ interroga te- ipm̃: et in cõspectu dei inuenies ppiciationem. Ante languorẽ humilia te: et in tempore infir- mitatis ostende cõuersationẽ tuã. Non impe- diaris orare semp: et ne vereris usqꝫ ad mortem iustificari: quoniã merces dei manet ineternũ. Ante orõnem pͣpara aĩam tuã: et noli esse q̃si homo q̃ temptat deũ. Memẽto ire in die consũ- macõis: et tempus retribucõnis in cõuersacõne facies. Memẽto paupertatis in tpe abũdantie: et necessitatẽ paupertatis in die diuitiaꝝ. A mane usqꝫ ad vesperam immutabit̃ tempus: et hec oĩa citata ĩ oculis dei. homo sapiẽs ĩ oĩbꝫ metuit: et ĩ diebꝫ delictoꝝ attẽdet ab inertia. Oĩs astu- tus agnoscit sapientiã: et inueniẽti eã dabit cõ- fessionẽ. Sensati in vbis. et ipi sapient̃ egerũt: et intellexerũt veritatẽ et iusticiã: et implorauerũt puerbia ĩ iudicia. post cõcupiscentias tuas nõ eas: et a volũtate tua auertere. Si prestes aĩe tue cõcupiscẽtias eius: faciet te ĩ gaudiũ inimi- cis tuis. Ne oblecteris ĩ turbis: nec ĩ modicis. Assidua enĩ est cõmissio eoꝝ. Ne fueris medi- ocris in cõtentione ex fenore: et nõ est tibi nichil ĩ seclo. Eris enĩ inuidus vite tue.

XIX

Operarius ebriosus nõ locupletabit̃: et qui spernit modica paulatim decidet. Vinũ et mulieres apostatare faciũt sapientes: et arguẽt sensatos: et q̃ se iungit fornicarijs erit nequam. Putredo et vermes hereditabũt illũ: et extollet̃ ĩ exemplũ maius: et tollet̃ de numero aĩa eius. Qui credit cito leuis corde ẽ et minorabit̃: et q̃ delinqͥt in aĩaꝫ suã insup habebit̃. Qui gaudet ad iniquitatẽ denotabit̃: et q̃ odit correptionem minuet̃ vita: & qui odit loquacitatẽ extinguit maliciã. Qui peccat in aĩaꝫ suã nõ penitebit: et qui iocundat̃ ĩ malicia denotabit̃. Ne iteres vbũ dirũ et nequã: et nõ minoraberis. amico et inimico noli narrare sensũ tuũ: & si est tibi delictũ noli denudare. Audiet enĩ te et custodi- et te: et q̃si defendẽs peccatũ odiet te: et sic aderit tibi semp. Audisti verbũ adũsus pximũ tuũ: cõmoriat̃ ĩ te: fidens qm̃ nõ te dirũpet. A facie verbi parturit fatuus: tanqꝫ gemitus partus ĩ- fantis. Sagitta infixa femori canis: sic vbũ in corde stulti. Corripe amicũ. ne forte nõ intellexe rit et dicat nõ feci: aut si fecerit: ne iterũ addat facere. Corripe proximum ne forte nõ dixerit: & si dixerit ne forte iteret. Corripe amicũ. sepe

enī ſit cōmiſſio: et nō oī verbo credas. Eſt qui
labit̄ lingua ſua: ſ3 nō ex aīo. Quis eſt enī qui
nō deliq̄rit ī lingua ſua? Corripe amicū anteq̄3
comminueris· et da locū timori altiſſimi: q̄a oīs
ſapientia timor dei. Et in illa timere deū: et in
oī ſapiētia diſpoſicio legis. Et nō eſt ſapiētia
nequicie diſciplina: et nō eſt cogitatus pctōrum
prudētia. Eſt prudētie neq̄cia et in ipa execratio:
et eſt inſipiēs qui minuit̄ ſapientia. Melior eſt
homo qui minuit̄ ſapientia· et deficiens ſenſu in
timore dei: q̄3 qui abūdat ſenſu et trāſgredit̄ legē
altiſſimi. Eſt ſolertia certa et ipa iniqua: et eſt
qui emittit verbū certū enarrās veritatem. Eſt
qui nequiter humiliat ſe et interiora eius plena
ſūt dolo: et ē iuſtus q̄ ſe nimiū ſubmittit a multa
humilitate: et eſt iuſtus q̄ inclinat faciē ſuā et
fingit nō videre ſe qđ ignoratū eſt. Et ſi ab im-
becillitate viriū vetet̄ peccare: ſi inuenerit tēpus
male faciendi male faciet. Ex viſu cognoſcitur
vir: et ab occurſu faciei cognoſcitur ſenſatus.
Amictus corporis· et riſus dentiū· et ingreſſus
hoīs· enūciant de illo. Eſt correptio mēdax ī ira
cōtumelioſi: et ē iudiciū qđ nō pbat̄ eſſe bonū:
et eſt tacens et ipſe eſt prudens. XX.

Quā bonū eſt arguere quā iraſci et cōfitē-
tem ī orōne nō phibere. Concupiſcētia
ſpadonis deuirginauit iuuencuā· ſic q̄ facit per
vim iudiciū iniquū. Quā bonū eſt correptum
manifeſtare penitentiā: ſic enī effugies volun-
tariū peccatū. Eſt tacēs qui inuenit̄ ſapiens: et
ē odibilis q̄ pcax ē ad loquendū. Eſt autē tacēs
et nō habens ſenſū loquele: et eſt tacēs ſciens tps
apti temporis. Homo ſapiēs tacebit uſq3 ad tps:
laſciuus autē et imprudēs nō ſeruabit tempus.
Qui multis vtit̄ verbis ledit aīam ſuā: et qui
poteſtatē ſibi ſumit iniuſte odiet̄. Eſt pceſſio in
malis viro indiſciplinato: et ē inuencō in detri-
mentū. Eſt datū qđ nō eſt vtile: et ē datū cuius
retribucō duplex. Eſt pter glām minoracō: et
eſt qui ab humilitate leuabit caput. Eſt q̄ multa
redimat modico precio: et reſtituens ea ī ſeptu-
plū. Sapiens in v̄bis ſeipm amabilē facit: grē
autē fatuoꝝ effūdent̄. Datus inſipiētis nō erit
vtilis tibi: oculi enī illius ſeptemplices ſūt. Ex-
igua dabit et multa improperabit: et apertio oris
illius inflāmatio eſt. Hodie feneratur quis et cras
ipius gentes que nō exquiſierūt eū hereditabit.
Quomō conu̇tit aquas ī ſiccitatē et ſiccata eſt
terra · et vie illius vijs illoꝝ directe ſūt : ſic pecca=
toribꝫ offēſiones ī ira eius. Bona bonis creata
ſunt ab initio : ſic nequiſſimis bona ⁊ mala.
Iniciū neceſſarie rei vite hoīm · aqua · ignis ·
et ferrū : ſal · lac · et panis ſimilagineus : et mel ·
et botrus vue · et oleū · et veſtimentū. Hec oīa
ſanctis in bona : ſic et impijs ⁊ peccatoribꝫ in
mala conuertent̄. Sūt ſpiritus qui ad vindictā
creati ſūt : et ī furore ſuo cōfirmauerūt tormēta
ſua. Et in tp̄e conſūmacōis effundent virtutē :
et furorē eius qui fecit illos cōfundent. Ignis ·
grādo · fames · et mors : oīa hec ad vindictā crea=
ta ſūt. Beſtiarū dentes · et ſcorpij · et ſerpētes : et
rumphea vindicās in exterminiū impios. In
mādatis eius epulabunt̄ : et ſup terrā in neceſ=
ſitate p̄parabunt̄ : et ī temporibꝫ ſuis nō preterient
verbū. Propterea ab inicio cōfirmatus ſū · et
conſiliatus ſū · ⁊ cogitaui : ⁊ ſcripta dimiſi.
Omnia opera dn̄i bona : et oīe opus hora ſua
ſubminiſtrabit. Non ē dicere : hoc illo nequius
eſt : oīa enī in tp̄e ſuo cōprobabūt̄. Et nūc ī oī
corde et ore collaudate : et benedicite nomē dn̄i.

Occupacō magna creata ē oībꝫ · XL ·
hoībꝫ : et iugū graue ſuper filios adam a
die exitus de ventre matris eoꝝ · uſqꝫ ī diē ſepul=
ture ī matrē oīm. Cogitacōnes eoꝝ ⁊ timores
cordis : adinuētio expectacōnis · et dies finicōis :
reſidentes ſuper ſedem glo̕ſā · uſqꝫ ad humiliatū
in terrā et cinerē : ab eo qui vtit̄ iacincto et portat
coronā : uſqꝫ ad eū qui operit̄ lino crudo : furor ·
zelus · tumultus · fluctuatio · ⁊ timor mortis :
iracūdia p̄ſeuerās · et cōtentio : et ī tp̄e refeccōis
ī cubili ſomnus noctis immutat ſciētiā eius.
Modicū autē tanq̄ꝫ nichil in requie : et ab eo in
ſomnis quaſi ī die reſpectus. Conturbatus ē in
viſu cordis ſui : tanquā qui euaſerit in die belli.
In tempore ſalutis ſue exſurrexit · ⁊ admirās
ad nullū timorē · cū oī carne ab homīe uſqꝫ ad
pecus : et ſuper pc̄tores ſeptuplū. Ad hec mors
ſanguis · cōtentio · ⁊ rumphea : oppreſſiones ·
fames · et contritio · et flagella. Super iniquos
creata ſūt hec oīa : et p̄pter illos factus ē cata=
cliſmus. Oīa enī que de terra ſūt in terrā con=
uertent̄ : et aque oēs ī mare conu̇tent̄. Oīe
munus et iniquitas delebit̄ : et fides in ſeculum
ſtabit. Subſtantie iniuſtoꝝ ſicut flumius ſicca=
bunt̄ : et ſicut tonitruū magnū in pluuia p̄ſo=
nabit. In aperiendo manus ſuas letabit̄ : ſic
p̄uaricatores in cōſummacōe tabeſcēt. Nepotes
impioꝝ nō mltiplicabūt ramos : et radices im=
mūde ſuper cacumen petre ſonāt. Super omnē
aquā viriditas : et ad oram fluminis · ante oīe
fenū euellet̄. Gratia ſicut paradiſus ī benedicti=
onibꝫ : et miſericordia in ſeculo p̄manet. Vita
ſibi operarij ſufficiētis cōdulcabit̄ : et ī ea inuenies
theſauꝝ. Edificacō ciuitatis cōfirmabit nomē :
et ſuper hāc mulier immaculata computabit̄.
Vinū et muſica letificant cor et ſuper vtrumqꝫ
dileccō ſapiētie. Tibie et pſalteriū ſuauē faciūt
melodiā : et ſuper vtrūqꝫ lingua ſuauis. Gratiā
et ſpēm deſiderabit oculus tuus : et ſup hoc virides
ſationes. Amicus et ſodalis ī tp̄e cōuenientes :
et ſuper vtroſqꝫ mlier cū viro. Fratres ī adiuto=
riū in tēpore tribulacōis : et ſup eos miſericordia
liberabit. Auꝝ et argentū conſtitucō pedū :
et ſup vtrūqꝫ conſiliū beneplacitū. Facultates
et virtutes exaltant cor : ⁊ ſuper hec timor dn̄i.
Nō eſt in timore dn̄i minoratio : et nō eſt in eo
inq̄rere adiutoriū. Timor dn̄i ſicut paradiſus
benediccōis : et ſup omnē gloriā operuerūt illū.
Fili ī tempore vite tue ne indigeas. Melius ē
enī mori q̄ꝫ indigere. Vir reſpiciens in menſā
alienā : nō eſt vita eius ī cogitacōe victus. Alit
enī animā ſuā cibis alienis. Vir autē diſcipli=
natus et eruditus cuſtodiet ſe. In ore impru=
dentis cōdulcabit̄ inopia : et ī ventre eius ignis ardebit.

O mors q̄ꝫ amara eſt · XLI ·
memoria tua homī pacē habenti in ſub=
ſtancijs ſuis : viro quieto · et cuius vie directe ſūt
ī oībꝫ : et ad huc valēti accipere cibū. O mors ·
bonū eſt iudiciū tuū homī indigenti · ⁊ qui

minorat͂ viribꝫ: defecto etate· et cui de omnibus
cura ē: ⁊ incredibili q̄ perdit ſapientiā. Noli
metuere iudiciū mortis. Memento que ante te
fuerūt: et que ſuperuētura ſūt tibi hoc iudiciū a
dn̄o om̄i carni: et q̄d ſuperueniet tibi in beneplacito
altiſſimi: ſiue decem ſiue centū ſiue mille anni.
Non eſt enim in inferno accuſacō vite. Filij
abominationū· fiūt filij pctōꝝ: et qui cōuerſant
ſecus domos impioꝝ filioꝝ peccatoꝝ periet here-
ditas: ⁊ cū ſemine illoꝝ aſſiduitas opprobrij.
De patre impio querunt̄ filij: quā ꝓpter illū ſūt
ī opprobrio. Ve vobis viri impij: q̄ dereliquiſtis
legē dn̄i altiſſimi. Et ſi nati fueritis ī maledic-
tione naſcemini: et ſi mortui fueritis: in male-
diccōne erit pars veſtra. Om̄ia que de terra ſūt
in terrā cōuertent̄: ſic impij a maledicto in ꝑ-
ditionē. Luctus hoīm in corpore ipoꝝ: nomen
autē impioꝝ delebit̄. Curā habe de bono noīe:
hoc enī magis ꝑmanebit tibi· q̄ȝ mille theſauri
magni et precioſi. Bone vite numerus dieꝝ:
bonū autē nomē ꝑmanebit ī euū. Diſciplinā
in pace cōſeruate filij. Sapientia enī abſcōdita
⁊ theſaurus inuiſus: que vtilitas in vtriſqꝫ?
Melior eſt homo q̄ abſcondit ſtulticiā ſuā: quā
homo qui abſcōdit ſapientiā ſuā. Verūtamen
reuertimini ī hijs: que ꝓcedūt de ore meo. Nō
eſt enī bonū omnē irreuerenciā obſeruare: et nō
omnia om̄ibꝫ bene placent in fide. Erubeſcite a
patre et a matre de fornicatione· et a pſidente et
a potente de mendacō: a principe ⁊ a iudice de
delicto· a ſinagoga et plebe de iniq̄tate: a ſocio et
amico de iniuſticia· de loco ī quo habitas de fur-
to: de veritate dei ⁊ teſtamēto: de diſcubitu in
panibꝫ· et ab obfuſcacōne dati et accepti: a ſalu-
tantibꝫ de ſiletio: a reſpectu mulieris fornicarie·
et ab auerſione vultus cognati. Ne auertas faciē
a ꝓximo tuo: et ab auferēdo partē· et nō reſtitu-
endo. Ne reſpicias mulierem alieni viri: et ne
ſcruteris ancillā eius: neqꝫ ſteteris ad lectū eius.
Caue ab amicis de ſermonibus improperij: ⁊
cum dederis ne improperes. XLII·

Non duplices ſermonē auditus de reuela-
cōne ſermonis abſcōditi· et eris vere ſine
confuſione: et inuenies gratiā in cōſpectu oīm
hominū. Ne pro hijs om̄ibꝫ cōfundaris: et ne
accipias pſonā ut delinquas. De lege altiſſimi
et teſtamēto· et de iudicio iuſtificare impiū: de
verbo ſocioꝝ et viatoꝝ· ⁊ de dacōne hereditatis
amicorū: de equalitate ſtatere et ponderum· de
acquiſicōne multoꝝ et paucorū: de corruptione
empcōnis ⁊ negociatorū et de multa diſciplina
filioꝝ: et ſeruo peſſimo latus ſanguinare. Sup
mulierem nequā· bonū eſt ſignū. Vbi manus
multe ſūt claude: et quodcūqꝫ trades: numera ⁊
appende: datū vero ⁊ acceptū om̄e deſcribe. De
diſciplina inſenſati et fatui· et de ſenioribꝫ qui
iudicantur ab adoleſcentibꝫ: et eris eruditus in
om̄ibꝫ: et ꝓbabilis in cōſpectu oīm viroꝝ. Filia
patris abſcondita eſt: vigilia ⁊ ſolicitudo eius
aufert ſomnū: ne forte ī adoleſcencia ſua adul-
tera efficiat̄· ⁊ cū viro cōmorata odibilis fiat:
nequādo polluat̄· ī virginitate ſua· et ī paternis
ſuis grauida inueniat̄: ne forte cū viro cōmorata
trāſgrediat̄: aut certe ſterilis efficiat̄. Sup filiā
luxurioſam cōfirma cuſtodiā: nequādo faciat
te in opprobriū venire inimicis· a detraccōne in
ciuitate et abiectione plebis: et confundat te in
multitudine ꝑpli. Omni hoī noli intendere in
ſpecie: ⁊ in medio mulieꝝ noli cōmorari. De
veſtimētis enī ꝓcedit tinea: et a muliere iniq̄tas
viri. Melior eſt enī iniquitas viri q̄ȝ benefaciēs
mulier: et mulier cōfundēs ī opprobriū. Memor
ero igit̄ operū dn̄i: ⁊ que vidi annūciabo. In
ſermonibꝫ dn̄i opa eius. Sol illuminās ꝑ om̄ia
reſpexit: et glā dn̄i plenū eſt opus eius. Nōne
dn̄s fecit ſctōs enarrare oīa mirabilia ſua: que
cōfirmauit dn̄s om̄ipotēs ſtabiliri ī gloria ſua?
Abiſſū et cor hoīm inueſtigauit: et in aſtucia
eoꝝ excogitauit. Cognouit enī dn̄s omnē ſcien-
ciam· ⁊ inſpexit in ſignū eui: annūcians que
pterierūt et que ſuꝑuētura ſūt: reuelās veſtigia
occultoꝝ. Nō preterit illū om̄is cogitatus: et nō
abſcōdit ſe ab eo vllus ſermo. Magnalia ſapi-
entie ſue decorauit· que eſt ante ſeculū et uſqꝫ in
ſeculū: neqꝫ adiectū eſt neqꝫ minuet̄: et nō eget
alicuius cōſilio. Quā deſiderabilia om̄ia opa
eius: et tanquā ſcintilla q̄ eſt cōſiderare. Om̄ia
hec viuūt et manēt in ſeculū: et ī om̄i neceſſitate
om̄ia abaudiūt ei. Om̄ia duplicia: vnū cōtra
vnū: ⁊ non fecit quicq̄ȝ deeſſe. Vniuſcuiuſqꝫ
cōfirmabit bona. Et quis ſaciabit̄ vidēs gloriam eius?

Altitudinis firma- XLIII·
mentum· pulcritudo eius: ſpecies celi in
viſione glīe. Sol in aſpectu annūcians ī exitu:
vas ammirabile· opus excelſi. In meridiano
exurit terrā: et ī cōſpectu ardoris eius q̄s poterit
ſuſtinere? Fornacē cuſtodiens in operibꝫ ardo-
ris· tripliciter ſol exurens mōtes: radios igneos

ex.ufflãs·et refulgẽs: radijs ſuis obcecat ocl'os.
Magnus dñs qui fecit illũ: ⁊ in ſermonibꝰ
eius feſtinauit iter. Et luna in omĭbꝰ in tẽpore
ſuo: oſtenſio temporis et ſignum eui. A luna
ſignũ diei feſti: luminare quod minuit̃ in con-
ſummacõne. Menſis ſcdm nomẽ eius eſt: creſ-
cens mirabiliter ĩ conſũmatione. Vas caſtroꝝ
in excelſis: in firmamẽto celi reſplẽdens gloſe.
Species celi gloria ſtellaꝝ: mundũ illuminans
in excelſis dñs. In verbis ſancti ſtabũt ad iudi-
ciũ: et nõ deficient ĩ vigilijs ſuis. Vide arcũ: et
benedic eũ qui fecit illũ. Valde ſpecioſus eſt in
ſplẽdore ſuo. Girauit celũ in circuitu glorie ſue:
manus excelſi aperuerũt illũ. Imperio ſuo ac-
celerauit niuẽ: et accelerat coruſcacões emittere
iudicij ſui. Propterea apti ſũt theſauri: et euo
lauerunt nebule ſicut aues. In magnitudine
ſua poſuit nubes: et cõfracti ſũt lapides grandi-
nis. In cõſpectu eius cõmouebũt̃ mõtes: et ĩvo-
lũtate eius aſpirauit notbus. Vox tonitrui ei-
us verberauit t̃rã: tẽpeſtas aq̃lonis et cõgregacõ
ſp̃s: et ſicut auis dpõnẽs ad ſedẽdũ· aſpgit niuẽ:
et ſicut locuſta demergẽs deſcenſus eius. Pul-
critudinẽ candoris eius ãmirabit̃ oculus: et ſup
ymbrẽ eius expaueſcit cor. Gelu ſicut ſalẽ effun-
det ſup terrã: et dũ gelauerit fiet tãq̃ꝫ cacumina
tribuli. Frigidus vẽtus aquilo flauit: et gela-
uit criſtallus ab aqua. Sup omnẽ cõgregationẽ
aquarũ requieſcet: et ſicut lorica mouet ſe aquis.
Et deuorabit mõtes et exuret deſertũ: et exting-
uet viride ſicut ignẽ. Medicina oĩm ĩ feſtina-
cõne nebule: et ros obuians ab ardore· venienti
humilẽ efficiet eũ. In ſermone eius ſiluit ven-
tus: et cogitacõne ſua placauit abiſſũ: et plan-
tauit illũ dñs ihẽſus. Qui nauigãt mare enar
rant pericula eius: et audiẽtes auribꝰ nr̃is ãmi-
rabimur. Illic p̃clara et mirabilia varia beſtiaꝝ
genera ⁊ omniũ pecorũ· et creatura beluarũ.
Propter ipm cõfirmatus eſt itineris finis: et
in ſermone eius compoſita ſũt omnia. Multa
dicemus et deficiemus verbis: conſũmatio autẽ
ſermonũ: ipſe eſt in oĩbꝰ. Gloriantes· ad quid
valebimus? Ipe enĩ oĩpotens ſuper oĩa opa
ſua. Terribilis dñs et magnus vehemẽter: ⁊
mirabilis potentia ipſius. Glorificantes dñm·
quantũcumq̃ꝫ potueritis ſupualebit adhuc: ⁊
ammirabilis magnificẽcia eius. Benedicentes
dñm exaltate illũ quantũ poteſtis: maior eſt enĩ
oĩ laude. Exaltãtes eũ replemini virtute. Ne
laboretis: nõ enĩ comprehẽdetis. Quis videbit
eũ ſicut ẽ ab inicio? Multa abſcõdita ſũt maio-
ra hijs. Pauca enim vidimus operum eius.
Omnia autem dominus fecit: ⁊ pie agenti-
bus dedit ſapientiam. XLIIII.

Laudemus viros glo̾ſos ⁊ parẽtes nr̃os
in generacõne ſua. Multã gloriã fecit
dñs magnificẽtia ſua a ſeculo. Dominãtes in
poteſtatibꝰ ſuis: hoĩes magni virtute et pruden-
tia ſua prediti: nũciantes ĩ ꝓphetis dignitatem
ꝓphetaꝝ et imperãtes in preſenti ꝓplo· et virtute
prudẽtie ꝓpl'is ſanctiſſima verba. In pueritia
ſua requirẽtes modos muſicos: et narrãtes car-
mina ſcripturarũ. Homines diuites in virtute:
pulcritudinis ſtudiũ habentes: pacificantes in
domibꝰ ſuis. Oĩes iſti ĩ generacõnibꝰ gẽtis ſue
gloriã adepti ſũt: et ĩ diebꝰ ſuis habent̃ ĩ laudibꝰ.
Qui de illis nati ſũt: reliquerũt nomẽ narrãdi
laudes eoꝝ. Et ſũt quoꝝ nõ ẽ memoria. Peri-
erũt quaſi qui nõ fuerint: ⁊ nati ſũt quaſi nõ
nati: ⁊ filij ipoꝝ cũ ipſis. Sed illi viri miſcdie
ſũt: quorũ pietates· nõ defecerũt. Cũ ſemĩe eoꝝ
p̱manẽt bona: hereditas ſãcta nepotes eoꝝ. Et
in teſtamẽtis ſtetit ſemẽ eoꝝ: et filij eoꝝ propter
illos uſq̃ꝫ ineternũ manent. Semẽ eoꝝ et gloria
eoꝝ nõ derelinquet̃. Corpora ipoꝝ ĩ pace ſepulta
ſũt: et nomẽ eoꝝ viuet ĩ generatione et genera-
tionẽ. Sapientiã ipſoꝝ narrẽt ꝓpl'i: et laudẽ eoꝝ
nũciet eccleſia. Enochꝰ placuit deo: et trãſlatus
eſt in paradiſũ ut det gentibꝰ ſapiẽtiam. Noe
inuentus ẽ pfectus iuſtus: et ĩ tpe iracũdie fac-
tus ẽ recõciliacõ. Ideo dimiſſũ eſt reliquũ terre:
cũ factũ eſt diluuiũ. Teſtamẽta ſecl'i poſita ſũt
apud illũ: ne deleri poſſit diluuio omnis caro.
Abraham· magnus pater multitudinis gen-
tiũ: et nõ eſt inuẽtus ſimilis illi ĩ gloria. Qui
cõſeruauit legem excelſi: et fuit in teſtamẽto cũ
illo. In carne eius ſtare fecit teſtamentũ: et in
temptatione inuẽtus ẽ fidelis. Ideo iureiurãdo
dedit illi gloriã in gẽte ſua: creſcere illũ q̃ſi terre
cumulũ et ut ſtellas exaltare ſemẽ eius: et here-
ditare illos a mari uſq̃ꝫ ad mare· ⁊ a flumine
uſq̃ꝫ ad t̃minos terre. Et yſaac fecit eodẽ modo:
ꝓpter abraham patrẽ eius. Benedictionẽ oĩm
gentiũ dedit illi dñs: ⁊ teſtamentũ ſuũ confir-
mauit ſup caput iacob. Agnouit eũ in bene-
dictionibꝰ ſuis: et dedit illi hereditatẽ: et diuiſit
illi partẽ in tribubꝰ duodecim. Et conſeruauit
illi hoĩes miſcdie: inueniẽtes gratiã in cõſpectu

Dilectus deo XLV. Coñis carnis.
& hoĩbꝫ moyſes: cuius memoria in
benediccõne eſt. Similẽ illũ fecit in gl'a ſctõꝝ:
et magnificauit eũ in timore inimicorũ: & in
verbis ſuis mõſtra placauit. Glorificauit illũ in
cõſpectu regũ: et iuſſit illi corã pplo ſuo: et oſtẽ-
dit illi gloriam ſuã. In fide & lenitate ipſius
ſanctũ fecit illũ: et elegit eũ ex oĩ carne. Au-
diuit enĩ eum & vocẽ ipſius: et induxit illũ in
nubem. Et dedit illi cor ad pcepta. et legẽ vite et
diſcipline: docere iacob teſtamentũ ſuũ: et iudi-
cia ſua iſrl'. Excelſũ fecit aaron fratrẽ ſuũ: &
ſimilẽ ſibi de tribu leui. Statuit illi teſtamentũ
eternũ: et dedit illi ſacdotiũ gẽtis: et beatificauit
illũ in gloria. Et circũcinxit eũ zona iuſticie: et
induit eũ ſtolã gl'e: et coronauit eũ in vaſis vtu-
tis. Circũpedes et femoralia et humerale poſuit
ei: et cinxit illũ tintinnabulis aureis plurimis ĩ
giro: dare ſonitum in inceſſu ſuo: auditũ facere
ſonitũ in templo in memoriã filijs gentis ſue.
Stola ſancta auro et iacincto et purpura opus
textile viri ſapientis iudicio et veritate prediti.
Torto cocto opus artificis. gemmis precioſis
figuratis. ĩ ligatura auri. et ope lapidarij ſculp-
tis in memoriã: ſecundũ numerũ tribuũ iſrl'.
Corona aurea ſuper mitrã eius expreſſa ſigno
ſctitatis: gloria honoris et opus virtutis: deſi-
derio oculoꝝ ornata. Sic pulcra ante ipm non
fuerũt talia: uſqꝫ ad originẽ. Non eſt indutus
illa alienigena aliquis: ſed tantũ filij ipſius ſoli
et nepotes eius ꝑ oĩe tempus. Sacrificia ipſius
conſũmata ſũt igni cottidie. Cõpleuit moyſes
manus eius: & vnxit illũ oleo ſancto. Factũ
eſt illi in teſtamentũ eternũ et ſemini eius ſicut
dies celi: fungi ſacerdotio et habere laudẽ: et glo-
rificare pplm ſuũ ĩ noĩe ſuo. Ipm elegit ab oĩ
viuente: offerre ſacrificiũ deo. incenſũ & bonũ
odorẽ: in memoriã placare ꝓ pplo ſuo. Et dedit
illi ĩ preceptis ſuis poteſtatẽ: in teſtamẽtis iudi-
cioꝝ docere iacob teſtimonia: et ĩ lege ſua lucem
dare iſrl'. Quia cõtra illũ ſteterũt alieni: et ꝓpt
inuidiã circũdederũt illũ hoĩes in deſerto qui erãt
cũ dathan. et abiron: et cõgregatio chore ĩ ira-
cundia. Vidit dñs deus et nõ placuit illi: &
conſumpti ſũt in impetu iracũdie. Fecit illis
mõſtra: et cõſumpſit illos ĩ flamma ignis. Et
addidit aaron gloriã: et dedit illi hereditatẽ: &
primicias frugũ terre diuiſit illi. Panẽ ipſius
in primis parauit ĩ ſacietatẽ: nam et ſacrificia

dñi edent: q̃ dedit illi et ſemini eius. Ceterũ in t
gẽtes nõ hereditabit: et pars nõ eſt illi ĩ gente.
Ipſe eſt enĩ pars eius & hereditas. Phinees
filius eleazari tercius ĩ gl'a imitãdo eũ in timore
dei. et ſtare ĩ reuerẽtia gentis: ĩ bonitate et ala-
critate aĩe ſue placuit deo iſrl': Ideo ſtatuit illi
teſtamentũ pacis: et principem ſctõꝝ et gentis
ſue: ut ſit illi et ſemini eius ſacerdotij dignitas
in eternũ. Et teſtamẽtum dauid regi filio ieſſe
de tribu iuda: hereditas ipſi & ſemini eius: ut
daret ſapiẽtiam ĩ cor nrm iudicare gentẽ ſuã in
iuſticia ne abolerent bona ipſoꝝ: et gloriã ipſoꝝ
in gentem eorũ eternã fecit. XLVI.

Fortis ĩ bello iheſus naue ſucceſſor moyſi ĩ
pphetis: q̃ fuit magnus ſecundũ nomẽ
ſuũ. maximus in ſalutẽ electoꝝ dei: expugnare
inſurgẽtes hoſtes ut cõſequeret̃ hereditatẽ iſrl'.
Quã gloriã adeptus eſt ĩ tollẽdo manus ſuas:
et iactando contra ciuitates rumpheas. Quis
ante illũ ſic reſtitit? Nã hoſtes ipe dñs pcuſſit.
Aut nõ in iracũdia eius impeditus eſt ſol. et
vna dies facta ẽ q̃ſi duo? Inuocauit altiſſimũ
potentẽ in oppugnãdo inimicos undiqꝫ: et au-
diuit illũ magnus et ſctus deus. in ſaxis grã-
dinis virtutis valde fortis. Impetũ fecit contra
gentẽ hoſtilẽ. & in deſcenſu pdidit cõtrarios: ut
cognoſcant gentes potentiã eius. q2a contra deũ
pugnare nõ ẽ facile: et ſecutus ẽ a tergo potẽtes.
Et ĩ diebꝫ moyſi miſericordiã fecit ipe et caleph
filius iephone. ſtare cõtra hoſtẽ: et phibere gen-
tem a peccatis: et pfringere murmur malicie.
Et ipſe duo conſtituti. a periculo liberati ſũt a
numero ſexcentoꝝ miliũ peditũ: inducere illos
in hereditatẽ: in terrã que manet lac et mel. Et
dedit dñs ipi caleph fortitudinẽ: et uſqꝫ ĩ ſenectu-
tem pmãſit illi virtus. ut aſcenderet in excelſum
terre locũ: et ſemẽ ipſius optinuit hereditatẽ. Et
viderũt oĩes filij iſrl': quia bonum eſt obſequi
ſancto deo. Et iudices ſinguli ſuo noĩe. quoꝝ
nõ eſt corruptũ cor: qui nõ auerſi ſunt a dño. ut
ſit memoria illoꝝ ĩ benediccõne. Et oſſa eorum
pullulãt de loco ſuo: et nomẽ eoꝝ pmanet in et-
nũ: pmanẽte ad filios illoꝝ ſanctoꝝ viroꝝ gl'a.
Dilectus a deo ſuo ſamuel ppheta dñi. renoua-
uit imperiũ: et vnxit principes ĩ gente ſua. In
lege dñi cõgregationẽ iudicauit: et vidit deum
iacob: et in fide ſua pbatus ẽ ppheta. Et cogni-
tus eſt ĩ verbis ſuis fidelis: quia vidit deũ lucis.
Et inuocauit dñm oĩpotentẽ in oppugnando

hoſtes circūſtantes vndiq3: in oblacōne viri in:
uiolati. Et intonuit de celo dñs: ⁊ in ſonitu
magno auditā fecit vocē ſuā: et cōtriuit principes
tyrioꝝ et oēs duces philiſtijm. Et ante tēpus
finis vite ſue et ſeculi teſtimoniū prebuit in cō:
ſpectu dñi et xp̄i: pecunias et uſq3 ad calciamēta
ab omni carne nō accepit: et nō accuſauit illum
homo. Et poſt hoc dormiuit. ⁊ notū fecit regi
et oſtendit illi finē vite ſue: ⁊ exaltauit vocem
eius de terra in ꝓphetia delere impietatē gentis.

Poſt hec ſurrexit nathan XLVII
ꝓpheta ī dieb3 dauid. Et q̄ſi adeps ſepa:
ratus a carne: ſic dauid a filijs iſrl'. Cū leonib3
luſit q̄ſi cū agnis: et in vrſis ſimiliter fecit ſicut
in agnis ouiū. In iuuētute ſua nūquid non
occidit gigantē ⁊ abſtulit oppbriū de gente?
In tollendo manū in ſaxo funde deiecit exulta:
cōnem golie: vbi inuocauit dñm oīpotentē.
Et dedit ī dextra eius tollere hoīem fortē ī bello:
et exaltare cornu gētis ſue. Sic in decem milib3
glorificauit eū: et laudauit illū in benediccōib3
dñi: in offerendo illi coronā glie. Contriuit enī
inimicos vndiq3: et extirpauit philiſtijm cōtra:
rios uſq3 in hodiernū diē. Contriuit cornu ipoꝝ
uſq3 in eternū. In omni opere dedit cōfeſſionem
ſācto: et excelſo in verbo glorie. De omni corde ſuo
laudauit dñm: et dilexit deū q̄ fecit illū: et dedit
illi cōtra inimicos potentiā. Et ſtare fecit cātores
cōtra altare: et in ſono eoꝝ dulces fecit modos.
Et dedit in celebracōnib3 decus: ⁊ ornauit tpa
uſq3 ad conſumationē vite: ut laudarēt nomen
ſanctū dñi et amplificarēt mane dei ſanctitatē.
Xp̄s purgauit pcc̄a illius: et exaltauit in eter:
nū cornu eius. Et dedit illi teſtamentū regni:
et ſedem glorie ī iſrl'. Poſt ipm ſurrexit filius
ſenſatus: et ꝓpter illū deiecit omnē potentiā in:
imicoꝝ. Salomon imperauit ī dieb3 pacis: cui
ſubiecit deus oēs hoſtes ut cōderet domum in
noīe ſuo: et pararet ſanctitatem in ſempiternū
quemadmodū eruditus eſt in iuuētute ſua. Et
impletus ē quaſi flumē ſapiētia: et terrā retexit
aīa ſua. Et repleſti ī cōparacionib3 enigmata:
ad inſulas longe deuulgatum ē nomē tuū: ⁊
dilectus es ī pace tua. In cātilenis et ī ꝓuerbijs
et cōparationib3 et interp̄tacōib3 mirate ſūt
terre: et ī nomine dñi cui ē cognomē deus iſrl'.
Collegiſti q̄ſi auricalcū aurū: et ut plumbum
compleſti argentum: ⁊ inclinaſti femora tua
mulierib3. Poteſtatē habuiſti in corpore tuo.

Dediſti maculā in glīa tua: et ꝓphanaſti ſemē
tuū inducere iracūdiā ad liberos tuos et ī ceteris
ſtulticiā tuā: ut faceres imperiū bipertitū ⁊ ex
effraym imperare imperiū duꝝ. Deus autē nō
derelinquet miſericordiā ſuā et nō corrūpet neq3
delebit opa ſua: neq3 perdet a ſtirpe nepotes electi
ſui: et ſemē eius qui diligit dñm nō corrumpet.
Dedit autē reliquū iacob et dauid de ipa ſtirpe:
et finē habuit ſalomon cū patrib3 ſuis. Et dere:
liquit poſt ſe de ſemine ſuo gētis ſtulticiā et im:
minutū a prudētia roboā. qui auertit gentem
cōſilio ſuo: et ieroboam filiū nabath qui peccare
fecit iſrl': et dedit viā peccādi effraym. et pluri:
ma redūdauerūt peccata ipoꝝ. Valde enī auer:
terūt illos a terra ſua. Et queſiuit oēs nequi:
cias uſq3 dū perueniret ad illos defēſio: et ab omni
bus peccatis liberauit eos. XLVIII

Et ſurrexit helias ꝓpheta q̄ſi ignis: et v̄bū
ipius q̄ſi facula ardebat. Qui induxit
ī illos famē: et irritātes illū inuidia ſua pauci
facti ſūt. Nō enī poterāt ſuſtinere p̄cepta dñi.
Verbo dñi cōtinuit celū: et deiecit a ſe ignē t̄re.
Sic amplificatus ē helias ī mirabilib3 ſuis. Et
quis poteſt ſimilit̄ gloriari tibi? Qui ſuſtuliſti
mortuū ab inferis de ſorte mortis ī v̄bo dñi dei:
qui deiecaſti reges ad perniciē. et cōfregiſti facile
potentiā ipoꝝ: et glīoſos delicto ſuo. Qui audis
in ſyna iudiciū: et in oreb iudicia defenſionis.
Qui vngis reges ad penitentiā: et prophetas
facis ſucceſſores tuos poſt te. Qui receptus es in
turbine ignis in curru equoꝝ igneoꝝ: q̄ inſcrip:
tus es ī iudicijs tempoꝝ. lenire iracūdiam dñi:
conciliare cor patris ad filiū: et reſtituere tribus
iacob. Beati ſūt qui te viderūt: et in amicicia
tua decorati ſūt. Nā nos vita viuimus tantū:
poſt mortē autē nō erit tale nomē nr̄m. Helias
qui in turbine tectus eſt: et in heliſeo cōpletus
eſt ſpiritus eius. In diebus ſuis non pertimuit
principem: et potentia nemo vicit illū. Nec
ſuperauit illū verbū aliqd: et mortuū ꝓphetauit
corpus eius. In vita ſua fecit mōſtra: et ī mor:
te opatus eſt mirabilia. In oīb3 iſtis nō peni:
tuit ꝓplus ⁊ nō receſſerūt a pcc̄is ſuis. uſq3 dū
abiecti ſūt de t̄ra ſua et diſpſi ſūt ī omnē terrā:
et relicta eſt gens ꝑpauca. ⁊ princeps in domo
dauid. Quidā ipſoꝝ fecerūt qd placeret deo: alij
autē multa cōmiſerūt pcc̄a. Ezechias muniuit
ciuitatē ſuā et induxit in mediū eius aquā: ⁊
fodit ferro rupē: ⁊ edificauit ad aquā puteū.

Jn diebꝰ ipſius aſcendit ſennacherib & miſit
rapſacen et ſuſtulit manū ſuā contra illos: &
extulit manū ſuā in ſyon: & ſuperbꝰ factus eſt
potentia ſua. Tūc mota ſūt corda & manus
ipſoꝝ: & doluerūt quaſi parturiētes mulieres.
Et inuocauerūt dūm miſericordē: et expādentes
manus ſuas extulerūt ad celū: & ſanctus dūs
deus audiuit cito vocē ipſoꝝ. Non eſt cōmemo-
ratus pctoꝝ ipſoꝝ: neqꝫ dedit illos inimicis ſuis:
ſed purgauit illos in manu yſaie ſācti ꝓphete.
Deiecit caſtra aſſyrioꝝ. et cōtriuit illos āgelus
dūi. Nam fecit ezechias ꝙ placuit deo: et fortiꝰ
iuit in via dauid patris ſui: quā mandauit illi
yſaias ꝓpheta magnus et fidelis in cōſpectu dei.
Jn diebꝰ ipſius retro rediit ſol: et addidit regi
vitā. Spiritu magno vidit vltima: et conſola-
tus eſt lugētes ſyon. uſqꝫ ī ſempiternū. Oſtēdit
futura et abſcōdita: āteqꝫ euenirēt. XLIX

Memoria ioſie ī compoſicōe odoris facta:
opus pigmētarij. Jn oīi ore quaſi mel
indulcabitꝰ eius memoria: et ut muſica ī cōui-
uio vini. Jpſe eſt directus diuinitus ī penitētia
gentis. et tulit abominacōnes impietatis: et ad
dūm gubernauit cor ipſius: et in diebꝰ peccatorū
corroborauit pietatē. Preter dauid et ezechiam
et ioſyam oēs peccatū commiſerūt: nā reliq-
rūt legem altiſſimi reges iuda: & cōtempſerūt
timorē dei. Dederūt enī regnū ſuū alijs: et glaꝫ
ſuā alienigene gēti. Jncenderūt electā ciuitatē
ſāctitatis: et deſertas fecerūt vias ipſius ī manu
ieremie. Nam male tractauerūt illū. q a vētre
matris cōſecratus eſt ꝓpheta. euertere et eruere
et ꝑdere: et iterꝝ edificare et renouare. Ezechiel.
qui vidit conſpectū gl'e: quā oſtendit illi ī curru
cherubin. Nam cōmemoratus eſt inimicoꝝ in
ymbri: benefacere illis q oſtenderūt rectas vias.
Et duodecim ꝓphetaꝝ oſſa ꝓllulāt de loco ſuo.
Nam corroborauerūt iacob: et redemerūt ſe in
fide ỽtutis. Quomō amplificemus zorobabel?
Nam et ipſe quaſi ſignū in dextra manu iſrl'.
Et iheſū filiū ioſedech? Qui ī diebꝰ ſuis edifi-
cauerūt domum: et exaltauerūt templū ſanctū
dūo: paratū in gloriā ſempiternā. Et neemias
ī memoria multi tēpoꝛis: q erexit nobis muros
euerſos. et ſtare fecit portas & ſeras: qui erexit
domos noſtras. Nemo natus ē in terra qualis
enoch: nā et ipſe receptus ē a terra. Et ioſeph qui
natus eſt homo princeps fratrū. firmamentum
gentis. rector fratrū. ſtabilimentū ꝓpli: et oſſa
ipſius viſitata ſūt: et poſt mortē ꝓphetauerūt.
Seth. et ſem apud hoīes gloriā adepti ſūt: et ſupꝫ
omne ſꝑ animam in origine adam. L.

Simon onie filius ſacerdos magnus: qui
in vita ſua ſuffulſit domū: et ī diebꝰ ſuis
corroborauit templū. Templi etiā altitudo ab
ipſo fundata ē: duplex edificatio. et excelſi parie-
tes templi. Jn diebꝰ ipſius emanauerūt putei
aquaꝝ: et qſi mare adimpleti ſūt ſupra modū.
Qui curauit gentē ſuā: et liberauit eā a perdi-
tione. Qui ꝑualuit amplificare ciuitatē: qui
adeptus eſt gloriā in conuerſacōne gentis: et in-
greſſum domus et atrij amplificauit. Quaſi
ſtella matutina ī medio nebule: et quaſi luna
plena in diebꝰ ſuis lucet: et quaſi ſol refulgēs.
ſic ille effulſit in tēplo dei. Quaſi arcus reful-
gens inter nebulas gl'e: et qſi flos roſarū ī diebꝰ
vernis. et quaſi lilia que ſūt in trāſitu aque: et
quaſi thus redolēs ī diebꝰ eſtatis. Quaſi ignis
effulgēs & thus ardēs in igne: quaſi vas auri
ſolidū ornatū oīi lapide ꝓcioſo. Quaſi oliua
pullulans: et cypreſſus ī altitudine ſe extollēs.
Jn accipiendo ipſum ſtolā glorie et veſtiret eū in
conſūmatione virtutis: in aſcenſu altaris ſācti
gloriā dedit ſanctitatis amictū. Jn accipiendo
autē partes de manu ſacdotū et ipſe ſtans iuxta
aram: et circa illū corona fratrū quaſi plātatio
cedri in mōte libano: ſic circa illū ſteterūt quaſi
rami palme & oēs filij aaron in gloria ſua.
Oblatio autē dūi in manibꝰ ipſorū corā omni
ſinagoga iſrl': et conſūmatione fūgens ī aram.
amplificare oblationē excelſi regis porrexit ma-
nū ſuā in libatione: et libauit de ſāguine vue.
Effudit ī fundamēta altaris odorē diuinū excel-
ſo principi. Tūc exclamauerūt filij aaron: &
in tubis ꝓductilibꝰ ſonuerūt: et auditā fecerūt
vocem magnā in memoriā corā deo. Tūc oīs
populus ſimul ꝓperauerūt: et ceciderūt in faciē
ſuper terrā adorare dūm deū ſuū: et dare preces
oīpotenti deo excelſo. Et amplificauerūt pſal
lētes in vocibꝰ ſuis et ī magna domo auctus eſt
ſonus ſuauitatis plenus. Et rogauit populus
dūm excelſū ī prece uſqꝫ dū ꝑficeretꝰ honor dūi:
et munus ſuū ꝑfecerūt. Tūc deſcendēs. manus
ſuas extulit in omnē congregationē filioꝝ iſrl':
dare gloriā deo a labijs ſuis: et in nomīe ipſius
gl'ari. Et iterauit orationē ſuā: volens oſtēdere
ỽtutē dei. Et plus orauit deū omnium: qui mag
na fecit in oīi terra. qui auxit dies nros a vētre

matris noſtre et fecit nobiſcū ſecūdū ſuā miſe-
ricordiam: det nobis iocūditatē cordis et fieri
pacē in diebꝫ noſtris ī iſrl' ꝑ dies ſempiternos:
credere iſrl' miſcdiam dei eſſe nobiſcū · ut liberet
nos ī diebꝫ ſuis. Duas gētes odit aīa mea: tercia
antē nō eſt gens quā oderim. Qui ſedēt ī mōte
ſeyr · et philiſtijm: et ſtultus ꝑplus qui habitat
in ſychimis. Doctrinam ſapientie et diſcipline
ſcripſit in codice iſto ihesus filius ſyrach ieroſo-
limita: qui renouauit ſapientiam de corde ſuo.
Beatus qui in iſtis verſat̄ bonis. Qui ponit
illa in corde ſuo: ſapiens erit ſemper. Si enī hec
fecerit ad oīa valebit: qa lux dei veſtigiū eius ē.

LI

Confitebor tibi dn̄e rex: et collaudabo
te deū ſaluatorem meū. Confitebor
nomini tuo qm̄ adiutor et protector
factus es michi: et liberaſti corpus meū a perdi-
tione · a laqueo lingue inique · et a labijs opan-
tiū mendaciū: et in cōſpectu aſtātium factus es
michi adiutor. Et liberaſti me ſcdm mltitudinē
miſericordie nominis tui a rugientibꝫ ꝑparatis
ad eſcam · de manibꝫ querentiū animā meā · et
de portis tribulationū qui circūdederūt me: a
preſſura flamme que circūdedit me: et ī medio
ignis nō ſum eſtuatus. De altitudine ventris
inferi et a līgua coinquinata et a v̄bo mēdacij:
a rege iniquo: et a lingua iniuſta. Laudabit
uſqꝫ ad mortem anima mea dn̄m · et vita mea
appropinquās erat inferno deorſū. Circumdede-
rūt me vndiqꝫ: et nō erat qui adiuuaret. Re-
ſpiciens erā adiutoriū hoīm: et nō erat. Memo-
ratus ſū miſericordie tue dn̄e et cooperacōis tue
que a ſeculo ſūt: qm̄ eruis ſuſtinētes te dn̄e · et
liberas eos de manu gentiū. Exaltaſti ſuꝑ terrā
habitationē meā: et ꝑ morte defluenti deꝑcatus
ſū. Inuocaui dn̄m patrē dn̄i mei: ut nō dere-
linquat me in die tribulacōis mee: et ī tempore
ſuperboꝝ ſine adiutorio laudabo nomē tuū aſſi-
due: et collaudabo illud in cōfeſſione: et exaudi-
ta eſt oratio mea. Et liberaſti me de ꝑdicōne: et
eripuiſti me de tempore iniquo. Propterea cō-
fitebor et laudē dicam tibi: et benedicā nomini
dn̄i cū adhuc iunior ſū. Priuſqꝫ oberrarē que-
ſiui ſapientiā palā in orōne mea: ante tempus
poſtulabā ꝓ illa: et uſqꝫ ī nouiſſimis inquirā
eā · et florebit tanqꝫ precox uua. Letatū eſt cor
meū in ea: ambulauit pes meus iter rectū: in
iuuentute mea inueſtigabam eā. Inclinaui
modice aurē meā: et excepi illā. Multā inueni
in memetipſo ſapientiā: et multū ꝓfeci in ea.
Danti michi ſapientiā dabo gloriā. Conſilia-
tus ſū enī ut facerē illā: zelatus ſū bonū et nō
confūdar. Colluctata eſt aīa mea ī illa: et in
faciēdo eam confirmatus ſum. Manus meas
extendi ī altū: et in ſapientia eius luxit anima
mea: et ignorātias meas illumīauit. Animā
meā direxi ad illā: et in agnitionē inueni eā.
Poſſedi cū ipſa cor ab inicio: ꝓpter hoc nō dere-
linquar. Venter meus cōturbatus eſt querēdo
illā: ꝓpterea bonā poſſidebo poſſeſſionē. Dedit
enī michi dn̄s linguā mercedem meā: et in ipa
laudabo eū. Appropiate ad me indocti: et con-
gregate vos ad domū diſcipline. Quid adhuc
retardatis: et quid dicitis in hijs? Anime vr̄e
ſitiunt vehemēter. Aperui os meū: et locutus
ſū. Comparate vobis ſine argēto ſapientiā: et
collū veſtrū ſubicite iugo eius: et ſuſcipiat aīa
veſtra diſciplinā. In ꝓximo ē enī inuenire eā.
Videte oculis veſtris quia modicū laboraui: et
inueni michi multam requiē. Aſſumite diſci-
plinā in multo numero argentī: et copioſum
aurū poſſidete ī ea letet̄ anima veſtra ī miſcdia
eius: et nō confūdemini ī laude eius. Operami-
ni opus veſtrum ante tempus: et dabit vobis
mercedem veſtram in tempore ſuo.

Et inclinauit ſalomon genua ſua in
cōſpectu totius eccleſie iſrl': et aperuit
manus ſuas ad celū et dixit. Dn̄e
deus iſrl' nō eſt tibi ſimilis deus ī celo ſurſū neqꝫ
in terra deorſū: qui cuſtodis teſtamentū tuū et
miſericordiam pueris tuis eūtibꝫ ī cōſpectu tuo
ī toto corde · ſeruās puero tuo dauid que locutus
es illi: et locutus es in ore tuo et in manu tua
impleſti · quaſi dies iſte. Et nunc dn̄e deus iſrl'
cuſtodi puero tuo dauid patri meo que locutus
es illi dicēs. Nō deerit tibi vir a facie mea ſedēs
in throno iſrl'. Verūtamen ſi cuſtodierint filij
tui legem meā: et in preceptis meis ambulent ·
ſicut ambulauerūt in cōſpectu meo fideles. Et
nūc dn̄e deus iſrl' creditū eſt verbū qđ locutus es
puero tuo dauid: quū ſi vero habitauit deus cū
hominibꝫ ī terra. Si celū celi nō ſufficiāt tibi:
quāto magis domus hec · quā edificaui. Sed re-
ſpicias ad orationē ſerui tui · et deprecationem
eius: ut exaudias dn̄e placationē orōnis · quam
puer tuus orat coram te · hodie · ut ſint oculi tui

Super domũ hanc die ac nocte · ĩ locũ quē dixiſti · inuocare nomē tuũ : et exaudias orationē quã puer tuus orat ĩ hoc loco · et exaudias precationē pueri tui et ppli tui iſrl' · ſi orauerint ĩ loco iſto : et exaudias ĩ loco habitacõis de celo et exaudias et propicius ſis · ſi peccauerit vir in te

Explicit liber Ecclesiasticus

Incipit prologus in yſaiam ꝓphetam ·

Nemo cũ ꝓphetas verſibꝰ viderit eſſe deſcriptos metro eos eſtimet apud hebreos ligari : et aliquid ſimile habere de pſalmis uel operibꝰ ſalomonis. Sed qḋ ĩ demoſtene et tullio ſolet fieri : ut ꝑ cola ſcribant̃ et comata : qui utiq; proſa et nõ verſibꝰ cõſcripſerũt. Nos q; vtilitati legentiũ ꝓuidẽtes : interpretationē nouã nouo ſcribendi genere diſtinximus. At primũ de yſaia ſciendũ ꝙ in ſermone ſuo diſertus ſit : quippe ut vir nobilis & vrbane eloquētie : nec habens quicquã in eloquio ruſticitatis admixtũ. Vnde accidit : ut ꝑ ceteris florē ſermonis eius trãſlatio nõ potuerit cõſeruare. Deinde etiã hoc adiciendũ : ꝙ nõ tam ꝓpheta dicẽdus ſit q; euangeliſta. Itaq; vniuſa xp̄i eccleſieq; miſteria ad liquidũ ꝓſecutus eſt : ut nõ eũ putes de futuro vaticinari : ſed de pteritis hiſtoriã texere. Vnde conicio noluiſſe tũc tempozis ſeptuaginta interpretes fidei ſue ſacramēta pſpicue ethnicis ꝓdere ne ſanctũ canibꝰ et margaritas porcis darēt : que cũ hãc editionē legeritis ab illis animaduẽtetis abſcõdita. Nec ignoro quãti laboris ſit ꝓphetas intelligere : nec facile quempiã poſſe iudicare de interpretacõe : niſi intellexerit ante que legerit. Nos q; paterē morſibꝰ plurimoꝝ : qui ſtimulãte inuidia quod cõſequi nõ valēt deſpiciũt. Sciẽs ergo et ꝓuidẽs in flammã mitto manũ : et nichilominus hoc a faſtidioſis lectoribꝰ precor : ut quomodo greci poſt ſeptuaginta trãſlatores aquilã et ſymachũ et theodotionē legũt · uel ob ſtudiũ doctrine ſue · uel ut ſeptuaginta magis ex collacõe eoꝝ intelligant : ſic & iſti ſaltē vnũ poſt priores habere dignent̃ interpretē. Legant prius · et poſtea deſpiciant : ne videant̃ nõ ex iudicio · ſed ex odij ꝑſumptione ignorata dampnare. Prophetauit autē yſaias in iheruſalē & in iudea necdũ decē tribubꝰ in captiuitatē ductis : ac de vtroq; regno nũc cõmixtim nũc ſeparatim texit oraculũ. Et cũ interdũ ad preſentē reſpiciat hiſtoriã · et poſt babilonie captiuitatem reditũ ppli ſignificet in iudeã : tamē oĩs eius cura de vocacõe gentiũ et de aduentu xp̄i eſt. Quē quãto plus amatis o paula et euſtochiũ · tanto magis ab eo petite : ut ꝓ obtrectatione preſenti qua me indeſinẽter emuli laniãt · ipe michi mercedē reſtituat ĩ futuro : qui ſcit me ob hoc ĩ peregrine lingue eruditione ſudaſſe · ne iudei de falſitate ſcripturarũ eccleſijs eius diutius inſultarēt.

Incipit liber yſaie pphe

Viſio yſaie filij amos : quã vidit ſup iudam et iheruſalem ĩ diebꝰ ozie ioathan achaz et ezechie regũ iuda. Audite celi & auribꝰ ꝑcipe terra : qm̃ dñs locutus eſt. Filios enutriui et exaltaui : ipi autē ſpreuerũt me. Cognouit bos poſſeſſorē ſuũ : et aſinus preſepe dñi ſui. Iſrahel autē me nõ cognouit : & populus meus nõ intellexit. Ve genti peccatrici : populo graui iniquitate · ſemini nequam : filijs ſceleratis. Dereliquerũt dñm : blaſphemauerũt ſanctũ iſrl' : abalienati ſũt retrorſũ. Sup quo percutiã vos vltra : addẽtes ꝑuaricationē? Omne caput languidũ : et omne cor merens. A planta pedis uſq; ad verticē · nõ eſt ĩ eo ſanitas. Vulnus et liuor et plaga tumēs : nõ eſt circumligata nec curata medicamine : neq; fota oleo. Terra vr̃a deſerta : ciuitates veſtre ſuccēſe igni. Regionē veſtrã corã vobis alieni deuorãt : et deſolabit̃ ſicut in vaſtitate hoſtili. Et derelinq̃tur filia ſyon ut vmbraculũ in vinea : & ſicut tuguriũ in cucumerario : ſicut ciuitas que vaſtat̃. Niſi dñs exercituũ reliquiſſet nobis ſemē quaſi ſodoma fuiſſemus : & quaſi gomorra ſimiles eſſemus. Audite verbum dñi principes ſodomoꝝ : ꝑcipite auribꝰ legē dei veſtri populus gomorre. Quo michi multitudinē victimarũ vr̃aꝝ dicit dñs ? Plenus ſũ. Olocauſta arietũ et adipē pinguiũ et ſanguinē vituloꝝ et agnoꝝ et hircoꝝ nolui. Cũ veniretis ante conſpectum meum : quis queſiuit hec de manibꝰ veſtris · ut ambularetis ĩ atrijs meis ? Ne offeratis vltra ſacrificiũ fruſtra. Incẽſũ abominacõ ē michi. Neomeniã et ſabbatũ et feſtiuitates alias nõ ferã. Iniqui ſũt cetus veſtri. Kalendas vr̃as · et ſolemnitates veſtras odiuit aĩa mea. Facta ſũt michi moleſta. Laboraui ſuſtinẽs. Et cum extenderitis manus veſtras auertã oculos meos a vobis : et cum multiplicaueritis orationē non

exaudiã. Manus enĩ veſtre ſãguine plene ſũt.
Lauamini·mũdi eſtote: auferte malũ cogitacõ
nũ veſtrarꝫ ab oculis meis. Quieſcite agere p̄
uerſe: diſcite benefacere. Querite iudiciũ·ſub
uenite oppreſſo·iudicate pupillo·defendite vi
duã: et venite et arguite me dicit dñs. Si fuerit
peccata veſtra ut coccinũ·quaſi nix dealbabun
tur: & ſi fuerint rubra q̃ſi vermiculus: uelut
lana alba erũt. Si volueritis et audieritis me:
bona terre comedetis. Quod ſi nolueritis·&
me ad iracundiã ꝓuocaueritis gladius deuora
bit vos: quia os dñi locutũ eſt. Quomõ facta
eſt meretrix ciuitas fidelis: plena iudicij? Iuſti
cia habitauit in ea: nũc autẽ homicide. Argẽ
tũ tuũ verſũ eſt in ſcoriã: vinũ tuũ mixtum eſt
aqua. Principes tui infideles: ſocij furũ. Om
nes diligũt munera: ſequnt̃ retribucões. Pu
pillo nõ iudicãt: et cauſa vidue nõ ingredit̃ ad
illos. Propter hoc ait dñs deus exercituũ fortis
iſrl'. Heu ego conſolabor ſuper hoſtib; meis: &
vindicabor de inimicis meis. Et conuertã ma
nũ meã ad te: et excoquã ad purũ ſcoriã tuã: et
auferam omẽ ſtãnum tuũ: & reſtituã iudices
tuos ut fuerũt prius· & cõſiliarios tuos ſicut
antiquitus. Poſt hec vocaberis ciuitas iuſti:
vrbs fidelis. Syon ĩ iudicio redimet̃: et reducẽt
eã in iuſticiã. Et conteret ſceleſtos et peccatores
ſimul: et qui dereliquerũt dñm cõſument̃. Con
fundẽtur enĩ ab ydolis quib; ſacrificauerũt. Et
erubeſcetis ſuper ortis quos elegeratis: cũ fueritis
velut quercus defluentib; folijs: & velut ortus
abſq; aqua. Et erit fortitudo veſtra ut fauilla
ſtuppe: et opus vr̃m quaſi ſcintilla: et ſuccendet̃
vtrũq; ſimul· et nõ erit qui extinguat. II

Verbũ qḋ vidit yſaias filius amos ſuper
iudã et iheruſalẽ. Et erit in nouiſſimis
dieb; p̄paratus mons domus dñi in vertice mõ
tũ: et eleuabit̃ ſuper colles. Et fluẽt ad eũ omẽs
gentes: et ibũt p̄p̄li m̃lti et dicẽt. Venite aſcen
damus ad montẽ dñi· et ad domũ dei iacob: et
docebit nos vias ſuas et ambulabimus ĩ ſemi
tis eius: quia de ſyon exibit lex: et verbũ dñi de
iheruſalẽ. Et iudicabit gentes: et arguet p̄p̄los
multos. Et conflabũt gladios ſuos ĩ vomeres:
et lanceas ſuas in falces. Nõ leuabit gens cont̃
gentẽ gladiũ: nec exercebũtur vltra ad preliũ.
Domus iacob: venite et ambulemus ĩ lumine
dei noſtri· ꝓieciſti enĩ populũ tuũ domũ iacob:
quia repleti ſũt ut olim: et augures habuerũt
ut philiſtijm: et pueris alienis adheſerũt. Re
pleta eſt terra argento & auro: et non eſt finis
theſaurorꝫ eius. Et repleta ẽ terra eius equis: et
innumerabiles quadrige eius. Et repleta eſt
t̃ra eius ydolis. Opus manũ ſuarꝫ adorauerũt:
qḋ fecerũt digiti eorꝫ. Et incuruauit ſe homo: et
humiliatus eſt vir. Ne ergo dimittas eis. In
gredere in petrã· et abſcondere in foſſa humo a
facie timoris dñi· & a gloria maieſtatis eius.
Oculi ſublimis hoĩs humiliati ſũt: et incurua
bit̃ altitudo virorꝫ. Exaltabit̃ autẽ dñs ſolus in
die illa: q̄a dies dñi exercituũ ſuper omnẽ ſup̄bũ
et excelſũ et ſup̄ omnẽ arrogãtẽ· et humiliabit̃:
et ſuper omẽs cedros libani ſublimes et erectas·
et ſuper omẽs quercus baſan· et ſup̄ omẽs mõtes
excelſos et ſuper omẽs colles eleuatos: & ſuper
omnẽ turrẽ excelſã et ſup̄ omnẽ murꝫ munitũ:
et ſuper omnes naues tharſis: & ſuper omẽ qḋ
viſu pulcrũ eſt. Et incuruabit̃ omĩs ſublimitas
hominũ: et humiliabit̃ altitudo virorũ. Et ele
uabit̃ dñs ſolus ĩ die illa: et ydola penitus con
terent̃. Et introibũt in ſpeluncas petrarũ· & in
voragines t̃re a facie formidinis dñi et a gloria
maieſtatis eius: cũ ſurrexerit ꝑcutere terrã. In
die illa ꝓiciet homo ydola argẽti ſui et ſimulac̃
auri ſui que fecerat ſibi: ut adoraret talpas &
veſptiliones. Et ingredient̃ ſciſſuras petrarũ· &
in cauernas ſaxorꝫ a facie formidinis dñi & a
gloria maieſtatis eius: cum ſurrexerit percutere
terrã. Quieſcite ergo ab hoĩe cuius ſpiritus in
narib; eius eſt: quia excelſus reputatus eſt ipe.

Ecce enĩ dñator dñs exercituũ III
auferet ab iheruſalẽ et ab iuda validũ et
fortẽ: omẽ robur panis et omẽ robur aque: &
fortẽ et virũ bellatorẽ: et iudicẽ et p̄phetã et ario
lum et ſenem· principem ſuper quinquaginta· et
honorabilẽ vultu· et conſiliariũ· & ſapientẽ de
architectis: et prudentẽ eloquij miſtici. Et dabo
pueros prĩcipes eorꝫ: et effeminati dñabunt̃ eis.
Et corruet p̄p̄lus vir ad virũ: & vnuſquiſq; ad
p̄ximũ ſuũ. Tumultuabit̃ puer cõtra ſenem:
et ignobilis cõtra nobilẽ. Apprehendet enĩ vir
fratrẽ ſuũ domeſticũ patris ſui: et dicet. Veſti
mentũ tibi eſt: princeps eſto noſter: ruina autẽ
hec ſub manu tua. Reſpondebitq; ĩ die illa di
cens. Nõ ſum medicus: et ĩ domo mea nõ eſt
panis neq; veſtimentũ. Nolite conſtituere me
principem p̄p̄li. Ruit enĩ iheruſalẽ & iudas
cõcidit: quia lingua eorꝫ et adinuencões eorũ cõtra

dñm : ut ꝓuocarēt oc̄los maieſtatis eius. Ag-
nitio vultus eoꝝ reſpondebit eis : et peccatū ſuū
q̄ſi ſodoma ꝑdicauerūt : nec abſcōderūt. Ve aīe
eoꝝ : qm̄ reddita ſūt eis mala. Dicite iuſto qm̄
bene : qm̄ fructū adinuentionū ſuaꝝ comedet.
Ve impio ī malū. Retributio enī manuum
eius fiet ei. Populū meū exactores ſui ſpolia-
uerūt : et mlīeres dñate ſūt eis. Popule meus
qui te beatū dicūt ipi te decipiūt : et viā greſſuū
tuoꝝ diſſipant. Stat ad iudicandū dñs : et ſtat
ad iudicādos populos. Dñs ad iudiciū veniet :
cū ſenib; ꝑplī ſui et principib; eius. Vos enī de-
paſti eſtis vineā meā : et rapina pauꝑis ī domo
veſtra. Quare attentis ꝑplm meū : et facies
pauperū cōmolitis dicit dñs deus exercituū ? Et
dixit dñs deus. Pro eo ꝙ eleuate ſūt filie ſyon
et ambulauerūt extento collo · et nutib; oculoꝝ
ibāt et plaudebāt · et ambulabāt · et pedib; ſuis
compoſito gradu incedebant : decaluabit dñs
verticem filiaꝝ ſyon : et dñs crinē eaꝝ nudabit.
In die illa auferet dñs ornamentū calciamēto-
rū et lunulas et torques et monilia et armillas
et mitras et diſcriminalia et periſcelidas et mu-
renulas et olfactoriola et inaures et anulos et
gemmas ī fronte pēdētes : et mutatoria · et pal-
liola · et linthe amina et acus et ſpecula · et ſindo-
nes et vittas et theriſtra. Et erit ꝓ ſuaui odore
fetor : et pro zona funiculus : et ꝓ criſpanti crine
caluiciū. Pulcerrimi quoq; viri tui gladio ca
dent : et fortes tui ī prelio. Et merebūt atq; luge
būt porte eius : et deſolata ī terra ſedebit. IIII

Et apprehēdent ſeptem mulieres virū vnū
in die illa dicentes. Panem noſtrum
comedemus · et veſtimentis noſtris operiemur :
tantūmodo inuocet nomē tuū ſuper nos : aufer
opprobriū noſtrū. In die illa erit germen dñi
ī magnificētia et glā : et fructus terre ſublimis :
et exultatio hijs qui ſaluati fuerint de iſrl'. Et
erit omīs qui relictus fuerit ī ſyon et reſiduus ī
iheruſalē : ſanctus vocabit omīs qui ſcriptus eſt
in vita ī iheruſalē. Si abluerit dñs ſordē filiarū
ſyon et ſāguinem iheruſalem lauerit de medio
eius : ī ſpiritu iudicij et ſpiritu ardoris. Et crea-
bit dominus ſuper omnem locum mōtis ſyon ·
et vbi inuocatus eſt nubem per diem : et fumū
et ſplendorē ignis flammantis in nocte. Super
omnē enī gloriam protectio : et tabernaculū erit
in vmbraculū diei ab eſtu : et in ſecuritatem et
abſconſionē a turbine et a pluuia. V

Cantabo dilecto meo canticum patruelis
mei · vinee ſue. Vinea facta eſt dilecto
meo : ī cornu filio olei. Et ſepiuit eā : et lapides
elegit ex illa : et plātauit vineā electā. Et edifi-
cauit turrē in medio eius : et torcular extruxit
in ea. Et expectauit ut faceret vuas : et fecit lab-
ruſcas. Nūc ergo habitatores iheruſalē et viri
iuda iudicate inter me et inter vineam meā.
Quid eſt ꝙ vltra facere debui vinee mee et nō
feci ei ? An ꝙ expectaui ut faceret vuas : et fecit
labruſcas ? Et nūc oſtendā vobis qͥd ego faciam
vinee mee. Auferā ſepē eius et erit in direptio-
nē : diruā maceriā et erit in conculcationē : et
ponā eā deſertā. Non putabit et nō fodiet : et
aſcendent ſuper eā vepres et ſpine : et nubib; mā-
dabo ne pluant ſuper eā ymbrem. Vinea autē
dñi exercituū domus iſrl' eſt : et vir iuda germē
eius delectabile. Et expectaui ut faceret iudiciū
et ecce iniquitas : et iuſticiā : et ecce clamor. Ve
qui cōiungitis domū ad domū : et agrū agro co-
pulatis uſq; ad terminū loci. Nūquid habita-
bitis vos ſoli ī medio terre ? In aurib; meis ſūt
hec : dicit dñs exercituū. Niſi domus mlte de-
ſerte fuerint grādes et pulcre : et abſq; habitato-
re. Decem enī iugera vinearū faciēt lagunculā
vnā : et triginta modij ſementis facient modios
tres. Ve qui cōſurgitis mane ad ebrietatē ſectā-
dā : et potandū uſq; ad veſperā ut vino eſtuetis.
Cythara et lira et tympanū et tybia et vinū in
cōuiuijs veſtris : et opus dñi nō reſpicitis : nec
opa manuū eius cōſideratis. Propterea cap-
tiuus ductus ē ꝑplus meus quia nō habuit ſciē-
tiā : et nobiles eius interierūt fame : multitudo
eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit īfernus
aīaꝫ ſuā : et aperuit os ſuū abſq; vllo termino.
Et deſcēdent fortes eius : et populus eius et ſub-
limes glorioſiq; eius ad eū. Et incuruabit homo
et humiliabit vir : et oculi ſublimiū deprimentꝛ.
Et exaltabit dñs exercituū in iudicio : et deus
ſāctus ſanctificabit in iuſticia. Et paſcentꝛ agni
iuxta ordinem ſuū : et deſerta in vbertatē verſa
aduene comedēt ea. Ve qui trahitis iniquitatē
in funiculis vanitatis : et quaſi vinculū plauſtri
pcc̄m. Qui dicitis feſtinet et cito veniat opus
eius ut videamus : et appropiet et veniat cōſiliū
ſācti iſrl' : et ſciemus illud. Ve qui dicitis malū
bonū et bonū malū : ponētes tenebras lucē et
lucē tenebras : ponētes amarū in dulce et dulce
in amarū. Ve qui ſapientes eſtis in oculis vr̄is :

et corā vobiſmetipis prudētes. Ve qui potentes
eſtis ad bibendū vinū: et viri fortes ad miſcendā
ebrietatē. Qui iuſtificatis impiū pro muneri-
bꝫ: et iuſticiā iuſti aufertis ab eo. Propter hoc
ſicut devorat ſtipulā lingua ignis. et calor flāme
exurit: ſic radix eorū q̄ſi favilla erit: et germen
eorū ut pulvis aſcēdet. Abiecerūt enī legē dnī
exercituū: et eloquiū ſācti iſrl̄ blaſphemauerūt.
Ideo iratus ē furor dnī in pplm ſuū: et extendit
manū ſuā ſuper eū: et pcuſſit eū. Et cōturbati
ſūt mōtes: et facta ſūt morticina eoꝝ q̄ſi ſtercus
in medio plateaꝝ. In hijs oībꝫ nō eſt auerſus
furor eius: ſed adhuc manus eius extēta. Et ele-
uabit ſignū in nacōibꝫ pcul: et ſibilabit ad eū
de finibus terre et ecce feſtinus velociter veniet.
Non ē deficiens neqꝫ laborās in eo: nō dormita
bit neqꝫ dormiet. neqꝫ ſoluet̄ cingulū renū eius:
nec rumpetur corrigia calciamēti eius. Sagitte
eius acute: et oēs arcus eius extenti. Ungule
equoꝝ eius ut ſilex: et rote eius quaſi impetus
tempeſtatis. Rugitus eius ut leonis: rugiet
ut catuli leonū. Et frendet et tenebit predā: et
amplexabit̄: et nō erit q̄ eruat: et ſonabit ſuper
eū in die illa ſicut ſonitus maris. Aſpiciemus
in terrā et ecce tenebre tribulationis: et lux ob
tenebrata eſt in caligine eius. VI
In anno quo mortuus eſt rex ozyas vidi dnm ſe-
dentē ſuper ſoliū excelſū et elevatū: et plena erat
domus a maieſtate eius: et ea que ſub ipſo erant
implebāt templū. Seraphin ſtabāt ſuper illud:
ſex ale vni: et ſex ale alteri. Duabus velabant
faciē eius: et duabꝫ velabāt pedes eius: et duabꝫ
volabāt. Et clamabāt alt̄ ad alteꝝ: et dicebāt.
Sanctus ſanctus ſanctus dns deus exercituū:
plena eſt oīs terra gloria eius. Et cōmota ſunt
ſuper li minaria cardinū a voce clamantis: et
domus repleta ē fumo. Et dixi. Ve michi q̄a
tacui: quia vir pollutus labijs ego ſū et ī medio
populi polluta labia habētis ego habito: et regē
dnm exercituū vidi oculis meis. Et volavit ad
me unus de ſeraphim et ī manu eius calculus
quē forcipe tulerat de altari: et tetigit os meū et
dixit. Ecce tetigi hoc labia tua: et auferet̄ ini-
quitas tua: et peccatū tuū mūdabit̄. Et audivi
vocem dnī dicentis. Quē mittā: et quis ibit
nobis? Et dixi. Ecce ego: mitte me. Et dixit.
Vade: et dices pplo huic. Audite audientes et
nolite intelligere: et videte viſionē et nolite cog-
noſcere. Exceca cor populi huius et aures eius
aggrava. et oculos eius claude: ne forte videat
oculis ſuis et auribꝫ ſuis audiat et corde ſuo intel
ligat: et convertat̄ et ſanem eū. Et dixi. Uſque-
quo domine? Et dixit. Donec deſolent̄ civitates
abſqꝫ habitatore: et domus ſine homīe. Et terra
relinquet̄ deſerta: et longe faciet dns hoīes. Et
multiplicabit̄ que derelicta fuerat ī medio t̄re:
et adhuc in ea decimacō. Et convertet̄ et erit in
oſtenſionem ſicut therebintus: et ſicut quercus
q̄ expandit ramos ſuos. Semen ſanctū erit id q̄d
ſteterit in ea.
Et factū eſt. VII
in diebꝫ achaz filij ioathan filij ozie regis
iuda. aſcēdit raſin rex ſyrie et facee filius romelie.
rex iſrl̄ in ihrlm̄ ad prelianduū cont̄ eā: et nō
potuerūt debellare eam. Et nūciaverūt domui
david dicētes. Requievit ſyria ſup effraim: et
cōmotū eſt cor eius et cor ppli eius ſicut moven̄t
ligna ſilvaꝝ a facie venti. Et dixit dns ad yſai-
am. Egredere ī occurſū achaz. tu et qui derelic-
tus eſt iaſub filius tuus ad extremū aqueductus
piſcine ſuperioris ī via agri fullonis: et dices ad
eū. Vide ut ſileas. Noli timere: et cor tuū ne
formidet a duabꝫ caudis tiōnū fumigantium
iſtoꝝ ī ira furoris raſin regis ſyrie et filij rome-
lie: eo q̄ conſiliū inierit cōtra te ſyria ī malum:
effraim et filius romelie dicētes. Aſcendamus
ad iudam et ſuſcitemus eū: et avellamus eū ad
nos: et ponamus regē ī medio eius filiū tabeel.
Hec dicit dns deus. Nō ſtabit et nō erit iſtud.
ſꝫ caput ſyrie damaſcus: et caput damaſci raſin.
Et adhuc ſexaginta et quinqꝫ anni. et deſinet
effraim eſſe pplus: et caput effraim ſamaria: et
caput ſamarie filius romelie. Si nō credideri-
tis: non permanebitis. Et adiecit dns loqui ad
achaz dicens. Pete tibi ſignū a dno deo tuo in
pfundū inferni: ſive ī excelſū ſupra. Et dixit
achaz. Non petam: et nō temptabo dnm. Et
dixit. Audite ergo domus david. Nūq̄d parū
vobis ē moleſtos eſſe homībꝫ: quia moleſti eſtis
et deo meo? Propter hoc dabit dns ipſe vobis
ſignū. Ecce virgo concipiet et pariet filiū: et
nis et ĩ manu inimicoꝝ eoꝝ et ĩ manu querẽtiũ
animã eoꝝ: et ꝑcutiet eos ĩ ore gladij: et nõ mo-
uebit̃ neqꝫ parcet nec miſerebit̃. Et ad pplm hũc
dices. Hec dicit dñs. Ecce ego do corã vobis viã
vite et viã mortis. Qui habitauerit ĩ vrbe hac
morieẗ gladio et fame et peſte: qui autẽ egreſſus
fuerit et tranſfugerit ad caldeos qui obſidẽt vos
viuet: et erit ei aĩa ſua q̃ſi ſpoliũ. Poſui enĩ fa-
ciẽ meã ſuꝑ ciuitatẽ hãc in malũ et nõ in bonũ
ait dñs. In manu regis babilonis dabit̃: et ex-
uret eã igni et domũ regis iuda. Audite ver-
bũ dñi domus dauid. Hec dicit dñs. Iudicate
mane iudiciũ et eruite vi oppreſſũ de manu ca-
lũniantis: ne forte egrediat̃ ut ignis indignacõ
mea et ſuccẽdatur et nõ ſit qui extinguat: ꝓpter
maliciã ſtudioꝝ veſtroꝝ. Ecce ego ad te habita-
tricẽ vallis ſolide atqꝫ campeſtris ait dñs: qui di-
citis quis percutiet nos et quis ingredieẗ domus
noſtras: et viſitabo ſuꝑ vos iuxta fructũ ſtudioꝝ
veſtroꝝ dicit dñs: et ſuccẽdam ignẽ in ſaltu eius
et deuorabit oĩa ĩ circuitu eius. XXII

Hec dicit dñs. Deſcẽde ĩ domũ regis iuda:
et loqueris ibi verbũ hoc et dices. Audi
verbũ dñi rex iuda qui ſedes ſuꝑ ſoliũ dauid: tu
et ſerui tui et pplus tuus qui ingredimini ꝑ por-
tas iſtas. Hec dicit dñs. Facite iudiciũ et iuſti-
ciã et liberate vi oppreſſũ de manu calũniatoris:
et aduenã et pupillũ et viduã nolite cõtriſtare
neqꝫ opprimatis inique: et ſanguinẽ innocentẽ
ne effundatis ĩ loco iſto. Si enĩ faciẽtes fecentis

verbum iſtud· ingredientur per portas domus
huius regis ſedẽtes de genere david ſuper thronũ
eius: et aſcendentes currus et equos: ipſi et ſervi
et ppl'us eoꝝ. Quod ſi nõ audieritis verbũ hoc:
in memetipſo iuravi dicit dñs: quia ĩ ſolitudinẽ
erit domus hec. Quia hec dicit dñs ſup domũ
regis iuda. Galaad tu michi caput libani. Si
nõ poſuero te ſolitudinẽ: vrbes inhabitabiles.
Et ſãctificabo ſup te interficientẽ virũ et arma
eius: et ſuccidẽt electas cedros tuas et p̃cipitabũt
in ignẽ: et ptranſibũt gẽtes ml'te p civitatẽ hanc
et dicet vnuſquiſq; p̃ximo ſuo. Quare ſic fecit
dñs civitati huic grãdi? Et reſpondebũt. Eo q
reliquerint pactũ dñi dei ſui: et adoraverĩt deos
alienos: et ſervierint illis. Nolite flere mortu:
um: neq; lugeatis ſuper eũ fletu. Plãgite eũ
qui egredit̃: quia nõ revertet̃ vltra: nec videbit
terrã nativitatis ſue. Quia hec dicit dñs ad ſel
lũ filiũ ioſie regẽ iuda qui regnavit p ioſia p̃re
ſuo qui egreſſus ẽ de loco iſto. Nõ revertet̃ huc
amplius: ſed ĩ loco ad quẽ trãſtuli eũ ibi morie:
tur: et terrã iſtã non videbit amplius. Ve qui
edificat domũ ſuã in iniuſticia: et cenacula ſua
nõ in iudicio. Amicũ ſuũ opprimet fruſtra: et
mercedẽ nõ reddet ei. Qui dicit edificabo michi
domũ latã & cenacula ſpacioſa: qui aperit ſibi
feneſtras et facit laq̃aria cedrina: pingitq; ſino:
pide. Nũquid regnabis: qm̃ cõfers te cedro?
Pater tuus nũquid nõ comedit et bibit et fecit
iudiciũ et iuſticiã: tũc cũ bene erat ei? Iudica:
uit cauſã paup̃is et egeni ĩ bonũ ſuũ. Nũquid
nõ ideo: quia cognovit me dicit dñs? Tui vero
oculi et cor ad avariciã et ad ſanguinẽ innocentẽ
fũdendũ et ad calumniã: et ad curſũ mali op̃is.
Propterea hec dicit dñs ad ioachim filiũ ioſie
regẽ iuda. Nõ plãgẽt eũ ve frater et ve ſoror:
nõ cõcrepabũt ei ve dñe et ve inclite. Sepultura
aſini ſepeliet̃: putrefactus et p̃iectus extra portas
ihrl'm. Aſcende libanũ et clama: et ĩ baſan da
vocẽ tuã et clama ad tranſeũtes: quia cõtriti ſũt
oĩes amatores tui. Locutus ſũ ad te ĩ abundã:
tia tua: dixiſti nõ audiã. Hec ẽ via mea ab ado:
leſcẽtia tua: quia nõ audiſti vocẽ meã. Omnes
paſtores tuos paſcet ventus: et amatores tui ĩ cap
tivitatẽ ibunt. Et tũc confũderis et erubeſces ab
omni malicia tua: que ſedes ĩ libano et nidificas
in cedris. Quomodo cõgemuiſti cũ veniſſẽt tibi
dolores q̃ſi dolores parturiẽtis? Vivo ego dicit
dñs: quia ſi fuerit iechonias filius ioakim regis
iuda anulus in manu dextera mea inde evellã
eũ. Et dabo te ĩ manu querentiũ animã tuã et
ĩ manu quoꝝ tu formidas faciẽ: et ĩ manu na:
buchodonoſor regis babilonis: et ĩ manus cal:
deoꝝ. Et mittã te et matrẽ tuã que genuit te in
terrã alienã ĩ qua nati nõ eſtis: ibiq; moriemi:
ni. Et in terrã ad quã ipſi levãt animã ſuã ut
revertant̃ illuc: non revertent̃. Nũquid vas
fictile atq; contritũ vir iſte iechonias? Nũquid
vas abſq; omi voluptate? Quare abiecti ſũt ipſi
et ſemẽ eius: et p̃iecti ĩ terrã quã ignoraverũt?
Terra terra terra audi ſermonẽ dñi. Hec dicit
dñs. Scribe virũ iſtũ ſterilẽ: virũ qui ĩ diebꝰ ſuis
non p̃ſperabit̃. Nec enĩ erit de ſemine eius vir
qui ſedeat ſuper ſolium david: & poteſtatem
habeat vltra in iuda. XXIII.

Ve paſtoribꝰ: qui diſp̃dũt et dilacerãt gregẽ
paſcue mee dicit dñs. Ideo hec dicit dñs
deus iſrahel ad paſtores qui paſcũt ppl'm meũ.
Vos diſp̃ſiſtis gregẽ meũ et eiecistis eos: et nõ
viſitaſtis eos. Ecce ego viſitabo ſup vos malici:
am ſtudioꝝ veſtroꝝ ait dñs. Et ego congregabo
reliquias gregis mei de oĩibꝰ terris ad quas ei:
ecero eos illuc: et cõvertã eos ad rura ſua et creſ
cẽt et mltiplicabunt̃: et ſuſcitabo ſup eos paſto:
res et paſcẽt eos. Nõ formidabũt vltra et nõ pa
vebũt: et nullus queret̃ ex numero dicit dñs.
Ecce dies veniũt dicit dñs: et ſuſcitabo david ger
men iuſtũ et regnabit rex et ſapiẽs erit: et faciet
iudiciũ et iuſticiã ĩ terra. In diebꝰ illis ſalva:
bit̃ iuda: et iſrl' habitabit confidẽter. Et hoc eſt
nomen quod vocabũt eum: dñs iuſtus noſter.
Propter hoc ecce dies veniũt dicit dñs: et nõ di
cẽt vltra vivit dñs qui eduxit filios iſrl' de terra
egipti. Sed vivit dñs qui eduxit et adduxit ſemẽ
domus iſrl' de terra aquilonis et de cunctis terris
ad quas eieceram eos illuc: et habitabũt ĩ terra
ſua. Ad p̃phetas. Cõtritũ eſt cor meũ ĩ medio
mei: cõtremuerũt oĩa oſſa mea. Factus ſũ
q̃ſi vir ebrius: & q̃ſi homo madidus a vino a
facie dñi et a facie verboꝝ ſãctoꝝ eius: quia adul
teriis repleta ẽ terra: quia a facie malediccõnis
luxit terra: arefacta ſũt arva deſerti. Factus ẽ
curſus eoꝝ malus: & fortitudo eorũ diſſimilis.
Propheta nãq; et ſacerdos polluti ſũt: et ĩ do:
mo mea inveni malũ eoꝝ ait dñs. Idcirco via
eoꝝ erit q̃ſi lubricũ in tenebris: impellent̃ enĩ et
corruent in ea. Afferã enĩ ſup eos mala: annũ
viſitationis eoꝝ ait dominus. Et in prophetis

ſamarie vidi fatuitatē: et ꝓphetabant in baal:
et decipiebāt pplm meū iſrl'. Et ī ꝓphetis ihrlm
vidi ſimilitudinē adulterantiū et iter mēdacij:
et cōfortauerūt manus peſſimoꝝ: ut nō cōuer-
terēt vnuſquiſq; a malicia ſua. Facti ſūt michi
oēs ut zodoma: et habitatores eius q̄ſi gomor-
ra. Propterea hec dicit dn̄s exercituū ad ꝓphe-
tas. Ecce ego cibabo eos abſinthio: et potabo
eos felle. A ꝓphetis enī ihrlm egreſſa ē pollutio
ſup omnē terrā. Hec dicit dn̄s exercituū. Noli-
te audire verba ꝓphetarū qui ꝓphetant vobis et
decipiūt vos. Viſionē cordis ſui locunt̄: nō de
ore dn̄i. Dicūt hijs qui blaſphemant me locu-
tus ē dn̄s. pax erit vobis: et oī qui ambulat in
prauitate cordis ſui dixerūt: nō veniet ſuper vos
malū. Quis enī affuit ī cōſilio dn̄i: et vidit et
audiuit ſermonē eius? Quis cōſiderauit verbū
illius et audiuit? Ecce turbo dominice indigna-
tionis egredietur: et tēpeſtas erūpens ſup caput
impioꝝ veniet. Nō reuertet̄ furor dn̄i uſq; dū
faciat: et uſq; dū cōpleat cogitationē cordis ſui.
In nouiſſimis dieb; intelligetis conſiliū eius.
Nō mittebā ꝓphetas et ipi currebāt: nō loque-
bar ad eos. et ipi ꝓphetabāt. Si ſtetiſſēt ī cōſilio
meo et nota feciſſēt verba mea pplo meo: auer-
tiſſē vtiq; eos a via ſua mala et cogitacōib; ſuis
peſſimis. Putaſne deus e vicino ego ſum dicit
dn̄s: et nō deus de lōge? Si occultabit̄ vir ī abſcō-
ditis? Et ego nō videbo eū dicit dn̄s? Nūquid
nō celū et terrā ego impleo ait dn̄s? Audiui
que dixerūt ꝓphete: ꝓphetātes ī noīe meo mēda-
ciū atq; dicentes. Sompniaui: ſompniaui. Vſq;-
quo iſtud ē in corde ꝓphetaꝝ vaticinantiū mēda-
ciū: et ꝓphetantiū ſeductiones cordis ſui? Qui
volūt facere ut obliuiſcat̄ pplus meus nominis
mei. ꝓpter ſompnia eoꝝ que narrant vnuſquiſq;
ad ꝓximū ſuū: ſicut obliti ſunt patres eoꝝ noīs
mei ꝓpter baal. Propheta qui habet ſompniū
narret ſompniū: et q̄ habet ſermonē meū loquat̄
ſermonē meū vere. Quid paleis ad triticū dicit
dn̄s? Nūquid nō verba mea ſūt q̄ſi ignis ait
dn̄s: et q̄ſi malleus conterēs petrā? Propterea
ecce ego ad prophetas ait dn̄s: qui furant̄ verba
mea vnuſquiſq; a ꝓximo ſuo. Ecce ego ad ꝓphe-
tas ait dn̄s qui aſſumūt līguas ſuas: et aiūt di-
cit dn̄s. Ecce ego ad ꝓphetas ſompniātes mēdaci-
um dicit dn̄s: qui narrauerūt ea et ſeduxerūt
pplm meū in mēdacio ſuo et ī miraculis ſuis cū
ego non miſiſſem eos. nec mandaſſem eis: qui
nichil ꝓfuerunt populo huic dicit dn̄s. Si igi-
tur interrogauerit te pplus iſte uel ꝓpheta aut
ſacerdos dicēs. quod eſt onus dn̄i: dices ad eos.
Vt quid vobis onus? Proiciā quippe vos di-
cit dn̄s: et propheta et ſacerdos et pplus qui dicit
onus dn̄i: viſitabo ſuper virū illū et ſuper domū
eius. Hec dicetis vnuſquiſq; ad ꝓximū et ad fra-
trē ſuū. Quid reſpōdit dn̄s? Et quid locutus ē
dn̄s? Et onus dn̄i vltra nō memorabitur: quia
onus erit vnicuiq; ſermo ſuus. Et ꝑuertiſtis v̄ba
dei viuētis: dn̄i exercituū dei noſtri. Hec dices ad
ꝓphetā. Quid reſpōdit tibi dn̄s: et quid locutus
eſt dn̄s? Si aūt onus dn̄i dixentis: ꝓpter hoc hec
dicit dn̄s. Quia dixiſtis ſermonem iſtū onus
dn̄i: et miſi ad vos dicēs. nolite dicere onus dn̄i:
ꝓpterea ecce ego tollā vos portās. et derelinquā
vos et ciuitatē quā dedi vobis et prīb; veſtris a
facie mea: et dabo vos ī opprobriū ſempiternū:
et ī ignominiā eternā q̄ nūq̄ obliuione delebit̄.

Oſtendit michi dn̄s: XXIIII.
et ecce duo calathi pleni ficis poſiti ante
templū dn̄i: poſtq̄ trāſtulit nabuchodonoſor rex
babilonis iechoniam filiū ioakim regē iuda et
principes eius et fabrū et incluſorē de ihrlm et
adduxit eos ī babilonē. Calatus vnus ficus bo-
nas habeb.t nimis: ut ſolēt ficus eſſe primi tē-
poris. Et calathus vnus ficus habebat malas ni-
mis: que comedi nō poterāt eo q ̄eſſēt male. Et
dixit dn̄s ad me. Quid tu vides iheremia? Et
dixi. Ficus bonas. bonas valde: et malas. ma-
las valde: que comedi nō poſſūt eo q ſint male.
Et factū ē verbū dn̄i ad me dicēs. Hec dicit dn̄s
deus iſrl'. Sicut ficus hee bone ſic cognoſcā trāſ-
migrationē iuda quā emiſi de loco iſto in terrā
caldeoꝝ in bonū: et ponā oc'los meos ſup eos ad
placādū. Et reducā eos ī terrā hāc: et edificabo
eos et nō deſtruā: et plātabo eos et nō euellā: et
dabo eis cor ut ſciāt me quia ego ſū dn̄s. Et erūt
michi ī pplm: et ego ero eis ī deū: quia reuertēt̄
ad me ī toto corde ſuo. Et ſicut ficus peſſime que
comedi nō poſſunt eo q ſint male: hec dicit dn̄s
ſic dabo ſedechiam regē iuda et principes eius et
reliquos de iheruſalē qui remāſerūt ī vrbe hac:
et qui habitāt ī terra egipti. Et dabo eos ī vexa-
tionē afflictionēq; oīb; regnis terre: in oppro-
briū et ī parabolā et ī ꝓuerbiū et ī maledictōez
in vniuerſis locis ad quas eieci eos: et mittā ī eis
gladiū et famē et peſtē donec conſumant̄ de ter-
ra quā dedi eis et patrib; eoꝝ. XXV.

Uerbū quod factū eſt ad iheremiā de omni
ꝑplo iude ī anno quarto ioakim filij io-
ſie regis iuda: ipē eſt annus primus nabuchodo
noſor regis babilonis. Et locutus ē ieremias
ꝓpheta ad omnē ꝑplm iuda et ad vniuerſos habi
tatores ihrlm dicēs. A tercíodecimo anno ioſie
filij ammon regis iuda uſqꝫ ad diē hāc iſte ē ter-
cius et viceſimus annus: factū eſt verbū dn̄i ad
me: et locutus ſū ad vos de nocte conſurgēs et lo
quens et nō audiſtis. Et miſit dn̄s ad vos omēs
ſeruos ſuos ꝓphetas cōſurgēs diluclo mittenſqꝫ
et nō audiſtis: neqꝫ inclinaſtis aures veſtras ut
audiretis cū diceret. Reuertimini vnuſquiſqꝫ
a via ſua mala· et a peſſimis cogitacōībꝫ vr̄is:
et habitabitis ī terra quā dedit dn̄s vobis et prī-
bꝫ veſtris a ſeclo et uſqꝫ ī celū. Et nolite ire poſt
deos alienos ut ſeruiatis eis adoretiſqꝫ eos: neqꝫ
me ad iracūdiā ꝓuocetis ī operibꝫ manuū veſ-
traꝝ: et nō affligā vos. Et nō audiſtis me dicit
dn̄s: ut me ad iracundiā ꝓuocaretis in operibꝫ
manuū veſtraꝝ ī malū veſtrū. Propterea hec
dicit dn̄s exercituū. Pro eo ꝙ nō audiſtis v̄ba
mea: ecce ego mittā et aſſumā vniuerſas cogna
cōnes aquilonis ait dn̄s et nabuchodonoſor regē
babilonis ſeruū meū et adducā eos ſuꝑ terrā iſ-
tā et ſuper habitatores eius et ſuꝑ omēs nacōnes
que in circuitu eius ſūt: et interficiā eos et ponā
eos ī ſtuporē et in ſibilū et in ſolitudines ſempi-
ternas. Perdāqꝫ ex eis vocē gaudij et vocē leti-
cie: vocē ſpōſi et vocē ſponſe: vocē mole et lumē
lucerne. Et erit vniuerſa terra eius ī ſolitudinē
et ī ſtuporē: et ſeruiēt omēs gētes iſte regi babi-
lonis ſeptuaginta annis. Cūqꝫ impleti fuerint
anni ſeptuaginta viſitabo ſuꝑ regē babilonis et
ſuper gētem illā dicit dn̄s iniquitatē eoꝝ: et ſuꝑ
terrā caldeoꝝ: et ponā illā in ſolitudines ſempi-
ternas. Et adducā ſuꝑ terrā illā oīa verba mea
que locutus ſū cōtra eā: omē quod ſcriptū eſt in
libro iſto· quecūqꝫ ꝓphetauit iheremias aduerſū
omēs gētes: quia ſeruierūt eis cū eſſēt gētes mlte
et reges magni. Et reddā eis ſcdm opera eoꝝ: et
ſecūdū facta manuū ſuaꝝ. Quia ſic dicit dn̄s
exercituū deus iſrahel. Sume calicē vini furoris
huius de manu mea: et ꝓpinabis de illo cūctis
gētibꝫ ad quas ego mittā te et bibēt: et turbabū
tur et inſaniēt a facie gladij quē ego mittā inter
eos. Et accepi calicem de manu dn̄i· et ꝓpinaui
cūctis gētibꝫ ad quas miſit me dn̄s: ihrlm et ci-
uitatibꝫ iude et regibꝫ eius et principibꝫ eius ut
darem eos in ſolitudinem et in ſtuporem et ī ſi-
bilū et ī maledictōnē ſicut ē dies iſta: et phara-
oni regi egipti et ſeruis eius et principibus eius
et omī ꝑplo eius: et vniuerſis generaliter cūctis
regibꝫ terre auſitidis· et cūctis regibꝫ terre phi-
liſtijm et aſcalonis et gaze et accaroni et reliquis
azoti: ydumee et moab et filijs ammon et cūctis
regibꝫ tyri et vniuerſis regibꝫ ſydonis et regibꝫ
terre inſulaꝝ qui ſūt trās mare: et dedan et the-
man et buz et vniuerſis qui attōſi ſūt ī comam
et cūctis regibꝫ arabie et cūctis regibꝫ occidentis
qui habitāt in deſerto: et cūctis regibꝫ zambri et
cūctis regibꝫ elam et cūctis regibꝫ medoꝝ et cūc-
tis q̊qꝫ regibꝫ aquilonis de prope et de longe: vni-
cuiqꝫ contⁱ fratrē ſuū: et omībꝫ regnis terre q̄ ſuꝑ
faciē eius ſūt. Et rex ſeſach bibet poſt eos. Et di
ces ad eos. Hec dicit dn̄s exercituū deus iſrl'. Bi
bite et inebriamini: et vomite et cadite: neqꝫ
ſurgatis a facie gladij quē ego mittā inter vos.
Cūqꝫ noluerint accipere calicē de manu tua ut
bibāt: dices ad eos. Hec dicit dn̄s exercituū. Bi
bētes bibetis. Quia ecce ī ciuitate ī qua inuo-
catū eſt nomē meū ego incipio affligere: et vos
q̄ſi innocētes et immunes eritis? Nō eritis im-
munes. Gladiū enī ego voco ſuꝑ omēs habitato
res terre: dicit dn̄s exercituū. Et tu ꝓphetabis ad
eos omīa verba hec: et dices ad illos. Dn̄s de ex-
celſo rugiet: et de habitaculo ſācto ſuo dabit vocē
ſuā. Rugiēs rugiet ſuꝑ decorē ſuū. Celeuma
q̄ſi calcantiū cōcinetᷣ aduerſus omēs habitatores
terre. Peruenit ſonitus uſqꝫ ad extrema terre:
quia iudiciū dn̄o cū gētibꝫ. Judicatᷣ ipē cū omī
carne. Impios tradidi gladio dicit dn̄s. Hec di
cit dn̄s exercituū. Ecce afflictio egredietᷣ de gēte
in gentē: et turbo magnus egredietᷣ de ſūmitati
bus terre: et erūt interfecti dn̄i ī die illa a ſūmo
terre uſqꝫ ad ſummū eius. Nō plangentᷣ: et nō
colligentᷣ neqꝫ ſepelientᷣ: in ſterquilinio ſuꝑ faciē
terre iacebunt. Vlulate paſtores et clamate· et
aſꝑgite vos cinere optimates gregis: quia cōple-
ti ſūt dies veſtri ut interficiamini: et diſſipacōes
veſtre· et cadetis q̄ſi vaſa ꝓcioſa. Et peribit fuga
a paſtoribꝫ: et ſalutatio ab optimatibꝫ gregis.
Vox clamoris paſtoꝝ et vlulatus optimatū gre
gis: quia vaſtauit dn̄s paſcua eoꝝ: et cōticuerūt
arua pacis a facie ire furoris dn̄i. Dereliquit q̄ſi
leo vmbraculum ſuum: facta eſt terra eorum in
deſolationem a facie ire columbe: et a facie ire
furoris domini. XXVI.

In principio regni ioakim filii ioſie regis iuda
factū eſt verbū iſtud a dño dicēs. Hec dicit dñs.
Sta ī atrio domus dñi: et loqueris ad oēs ciui-
tates iuda de quibꝫ veniūt ut adorēt ī domo dñi
vniuerſos ſermones: quos ego mandaui tibi ut
loquaris ad eos. Noli ſubtrahere verbū: ſi forte
audiāt et cōuertātᷣ vnuſquiſqꝫ a via ſua mala:
et peniteat me mali quod cogito facere eis ꝓpter
maliciā ſtudioꝝ eorū. Et dices ad eos. Hec dicit
dñs. Si nō audieritis me ut ambuletis in lege
mea quā dedi vobis ut audiatis ſermonē ſeruoꝝ
meoꝝ ꝓphetaꝝ quos ego miſi ad vos de nocte cō-
ſurgēs et dirigēs et nō audiſtis: dabo domū iſtā
ſicut ſylo: et vrbē hāc dabo ī maledictionē cūctis
gentibꝫ terre. Et audierūt ſacerdotes et ꝓphete et
omīs ꝑplus iheremiā loquentē verba hec ī domo
dñi. Cūqꝫ cōpleſſet iheremias loquēs oīa que
preceperat ei dñs ut loqueretᷣ ad vniuerſū ꝑplm:
apprehēderūt eū ſacerdotes et ꝓphete et oīs ꝑplus
dicens. Morte moriatur. Quare ꝓphetauit ī
noīe dñi dicens: ſicut ſylo erit domus hec. et vr-
bs iſta deſolabitᷣ eo ꝙ nō ſit habitator? Et cōgre-
gatus ē omīs ꝑplus aduerſus iheremiā in domo
dñi. Et audierūt pricipes iuda verba hec: et aſ-
cēderūt de domo regis ī domū dñi: et ſederūt in
introitu porte domus dñi noue. Et locuti ſūt ſa
cerdotes et ꝓphete ad principes et ad omnē ꝑplm
dicētes. Iudiciū mortis ē viro huic: quia ꝓphe-
tauit aduerſus ciuitatē iſtā ſicut audiſtis auri-
bus vrīs. Et ait iheremias ad oēs principes et
ad vniuerſū ꝑplm dicēs. Dñs miſit me ut ꝓphe
tarē ad domū iſtā et ad ciuitatē hāc oīa v̄ba que
audiſtis. Nunc ergo bonas facite vias vrās et
ſtudia vrā: et audite vocē dñi dei vrī: et penite-
bit dñm mali quod locutus ē aduerſū vos. Ego
autē ecce ī manibꝫ veſtris ſū: facite michi quod
bonū et rectū eſt ī oculis vrīs. Verūtamē ſcitote
& cognoſcite: ſi occideritis me ſāguinē innocētē
tradetis cōtra voſmetipos: et contra ciuitatē iſtā
& habitatores eius. In veritate enī miſit me
dñs ad vos: ut loquerer ī auribꝫ veſtris oīa verba
hec. Et dixerūt principes et omīs ꝑplus ad ſacer-
dotes et ad prophetas. Nō eſt viro huic iudiciū
mortis: quia in noīe dñi dei noſtri locutus ē ad
nos. Surrexerūt ergo viri de ſenioribus terre: et
dixerūt ad omnē cetū ꝑpli loquētes. Micheas de
moraſthin fuit ꝓpheta ī diebꝫ ezechie regis iuda:
et ait ad omnē ꝑplm iude dicēs. Hec dicit dñs ex
ercituū. Syon quaſi ager arabitᷣ: et iheruſalem
in aceruum lapidū erit: et mons domus in ex-
celſa ſiluaꝝ. Nūquid morte cōdemnauit eum
ezechias rex iuda et oīs iuda? Nūquid nō timu-
erūt dñm et depcati ſūt faciē dñi: et penituit do-
minū mali quod locutus fuerat aduerſū eos?
Itaqꝫ nō faciamus malū grāde cōtra aīas noſ-
tras. Fuit qꝫ vir ꝓphetās ī noīe dñi vrias filius
ſemei de cariathiarim: et ꝓphetauit aduerſus ci-
uitatē iſtā. et aduerſus terrā hāc iuxta oīa ver-
ba iheremie. Et audiuit rex ioakim et oēs po
tentes et principes eius verba hec: et queſiuit rex
interficere eū. Et audiuit vrias et timuit: fugit
qꝫ et ingreſſus ē egiptū. Et miſit rex ioakim vi-
ros ī egiptū helnathan filiū achobor et viros cū eo
in egiptū. Et eduxerūt vriā de egipto: et addu-
xerūt eū ad regē ioakim et ꝑcuſſit eū gladio: et
ꝓiecit cadauer eius ī ſepulcris vulgi ignobilis.
Igitᷣ manus ahycham filij ſaphan fuit cū ihere-
mia ut non traderetur in manus populi &
interficerent eum. XXVII.

In principio regni ioakim filij ioſie regis iuda
factū eſt verbū iſtud ad iheremiā a dño dicens.
Hec dicit dñs ad me. Fac tibi vincula et cathe-
nas et pones eos ī collo tuo: et mittes eas ad re-
gē edom et ad regē moab et ad regē filioꝝ āmon
et ad regē tyri et ad regē ſydonis ī manu nūcioꝝ
qui venerūt iheruſalē ad ſedechiā regē iuda: et
p̄cipies eis ut ad dños ſuos loquātᷣ. Hec dicit dñs
exercituū deus iſrl'. Hec dicetis ad dños veſtros.
Ego feci terrā et hoīem et iumēta q̄ ſūt ſup faciē
terre ī fortitudine mea magna. & in brachio
meo extēto: et dedi eā ei qui placuit ī oc'lis meis.
Et nūc itaqꝫ ego dedi oēs terras iſtas ī manu
nabuchodonoſor regis babilonis ſerui mei: in-
ſup et beſtias agri dedi ei ut ſeruiāt illi: et ſerui-
ent ei oēs gētes et filio eius et filio filij eius do-
nec veniat tēpus terre eius et ipius. Et ſeruient
ei gētes mlte et reges magni: gēs aūt et regnū
quod nō ſeruierit nabuchodonoſor regi babilo-
nis et quecūqꝫ nō curuauerit collū ſuū ſub iugo
regis babilonis ī gladio et ī fame et ī peſte viſi-
tabo ſup gentē illā ait dñs: donec cōſumā eos in
manu eius. Vos ergo nolite audire prophetas
veſtros et diuinos et ſomniatores et augures et
maleficos qui dicūt vobis nō ſeruietis regi ba-
bilonis: quia mēdacium ꝓphetāt vobis ut lōge
faciāt vos de terra vrā: et eiciāt vos et pereatis.
Porro gēs que ſubiecerit ceruicē ſuā ſub iugo
regis babilonis et ſeruierit ei & dimittam eam

in terra ſua dicit dñs: et colet eam et habitabit in ea. Et ad ſedechiã regẽ iuda locutus ſũ ſcdm oĩa verba hec dicens. Subdicite colla veſtra ſub iugo regis babilonis: et ſeruite ei et ꝑplo eius: et viuetis. Quare moriemini tu et ꝑplus tuus gladio fame et peſte: ſicut locutus ẽ dñs ad gentẽ que ſeruire noluerit regi babilonis? Nolite audire verba ꝓphetarũ dicẽtiũ vobis nõ ſeruietis regi babilonis: quia mẽdaciũ ipſi loquunt̃ vobis. Quia nõ miſi eos ait dñs: et ipſi ꝓphetãt ĩ noĩe meo mẽdaciter: ut eiciãt vos et pereatis tã vos q̃ ꝓphete qui vaticinant̃ vobis. Et ad ſacerdotes et ad ꝑpl'm iſtũ locutus ſũ dicẽs. Hec dicit dñs. Nolite audire verba ꝓphetarũ vr̃orũ qui ꝓphetãt vobis dicẽtes: ecce vaſa dñi reuertent̃ de babilone nũc cito. Mẽdaciũ enĩ ꝓphetãt vobis. Nolite ergo audire eos: ſed ſeruite regi babilonis ut viuatis. Quare dat̃ hec ciuitas in ſolitudinẽ? Et ſi ꝓphete ſũt· et ẽ verbũ dñi ĩ eis occurrãt dño exercituũ: ut nõ veniãt vaſa que derelicta fuerãt in domo dñi et ĩ domo regis iuda et ĩ ihrl'm in babilonẽ. Quia hec dicit dñs exercituũ ad colũnas et ad mare et ad baſes et ad reliqua vaſorũ q̃ mãſerũt ĩ ciuitate hac: que nõ tulit nabuchodonoſor rex babilonis cũ tranſferret iechoniã filiũ ioachim regẽ iuda de ihrl'm ĩ babilonẽ et oĩes optimates iuda & ihrl'm. Quia hec dicit dñs exercituũ deus iſrl' ad vaſa q̃ derelicta ſũt ĩ domo dñi et ĩ domo regis iuda et iheruſalẽ. In babilonẽ trãſferent̃: et ibi erũt uſq; ad diem viſitationis ſue dicit dominus. Et afferri faciam ea et reſtitui ĩ loco iſto. XXVIII.

Et factũ eſt ĩ anno illo in principio regni ſedechie regis iuda ĩ anno quarto ĩ mẽſe quinto: dixit ad me ananias filius azur ꝓpheta de gabaon ĩ domo dñi coram ſacerdotib; et oĩi ꝑplo dicẽs. Hec dicit dñs exercituũ deus iſrl'. Cõtriui iugum regis babilonis. Adhuc duo anni dierũ: et ego referri faciã ad locũ iſtũ oĩa vaſa dñi que tulit nabuchodonoſor rex babilonis de loco iſto: et trãſtulit ea ĩ babilonẽ. Et iheconiã filiũ ioakim regẽ iuda et omnẽ trãſmigrationẽ iude qui ingreſſi ſũt in babilonẽ ego cõuertã ad locũ iſtũ ait dñs. Cõterã enĩ iugũ regis babilonis. Et dixit iheremias ꝓpheta ad ananiã ꝓphetã in oc̃lis ſacerdotũ et ĩ oculis oĩs ꝑpli qui ſtabat ĩ domo dñi: et ait iheremias ꝓpheta. Amẽ. Si faciat dñs. Suſcitet dñs verba tua que ꝓphetaſti: ut referãtur vaſa in domũ dñi: et omnis tranſmigracõ de babilone ad locum iſtum. Verũtamẽ audi verbũ hoc quod ego loquor ĩ auribus tuis: et ĩ auribus vniuſi ꝑpli. Prophete qui fuerũt ante me et te ab inicio et ꝓphetauerũt ſup terras multas et ſup regna de ꝓlio et de afflictiõe et de fame: ꝓpheta qui vaticinatus ẽ pacẽ cũ venerit verbũ eius: ſciet̃ ꝓpheta quẽ miſit dñs ĩ veritate. Et tulit ananias ꝓpheta cathenã de collo iheremie ꝓphete: et cõfregit eã. Et ait ananias in cõſpectu oĩs ꝑpli dicẽs. Hec dicit dñs. Sic cõfringã iugum nabuchodonoſor regis babilonis poſt duos ãnos dierũ de collo oĩm gẽtiũ. Et abijt iheremias ꝓpheta ĩ viã ſuã. Et factũ eſt verbũ dñi ad iheremiã poſtq̃ cõfregit ananias ꝓpheta cathenã de collo iheremie ꝓphete dicẽs. Vade: et dices ananie. Hec dicit dñs. Cathenas ligneas cõtriuiſti et facies ꝓ eis cathenas ferreas: quia hec dicit dñs exercituũ deus iſrl'. Iugũ ferreũ poſui ſup collũ cũctarũ gentiũ iſtarũ ut ſeruiãt nabuchodonoſor regi babilonis: et ſeruiẽt ei: inſup et beſtias terre dedi ei. Et dixit iheremias ꝓpheta ad ananiã ꝓphetã. Audi anania. Nõ miſit te dñs: et tu cõfidere feciſti ꝑpl'm iſtũ ĩ mẽdacio. Idcirco hec dicit dñs. Ecce ego mittam te a facie terre. Hoc anno morieris. Aduerſum enĩ dñm locutus es. Et mortuus ẽ ananias ꝓpheta in anno illo mẽſe ſeptimo. XXIX.

Et hec ſũt verba libri quẽ miſit iheremias de iheruſalẽ ad reliquias ſeniorũ trãſmigracõis et ad ſacerdotes et ad ꝓphetas et ad omnẽ ꝑpl'm quẽ traduxerat nabuchodonoſor de ihrl'm ĩ babilonẽ: poſtq̃ egreſſus ẽ iechonias rex et dña et eunuchi et principes iuda et ihrl'm et faber et incluſor de iheruſalẽ in manu elaſa filij ſaphan et gamalie filij helchie quos miſit ſedechias rex iuda ad nabuchodonoſor regẽ babilonis ĩ babilonẽ: dicẽs. Hec dicit dñs exercituũ deus iſrl' oĩi trãſmigracõni quã trãſtuli de iheruſalẽ in babilonem. Edificate domos et habitate: et plãtate ortos & comedite fructũ eorũ. Accipite vxores et generate filios et filias: et date filijs vr̃is vxores et filias vr̃as viris date: et pariãt filios et filias: et multiplicamini ibi et nolite eſſe pauci numero: et querite pacẽ ciuitatis ad quã trãſmigrare vos feci et orate ꝓ ea ad dñm: quia ĩ pace illius erit pax vobis. Hec dicit dñs exercituũ deus iſrl'. Nõ vos seducãt ꝓphete veſtri qui ſũt ĩ medio veſtrũ et diuini veſtri: et ne attẽdatis ad ſomnia veſtra que vos ſomniatis quia falſo ipſi

ꝓphetant vobis in nomine meo: et nõ miſi eos
dicit dñs. Quia hec dicit dñs. Cũ ceperint im-
pleri in babilone ſeptuaginta anni viſitabo vos:
et ſuſcitabo ſup vos verbũ meũ bonũ: ut redu-
cã vos ad locũ iſtũ. Ego enĩ ſcio cogitacões quas
cogito ſuper vos ait dñs· cogitacões pacis et nõ
afflicciõis ut dem vobis finẽ et patientiã: et inuo-
cabitis me et ibitis· et orabitis me et ego exau-
diã vos: queretis me et inuenietis. Cũ queſie-
ritis me ĩ toto corde veſtro: inueniar a vobis ait
dñs. Et reducã captiuitatẽ veſtrã: et cõgregabo
vos de vniuerſis gentibꝫ et de cunctis locis ad que
expuli vos dicit dñs. Et reuerti vos faciã de loco
ad quẽ trãſmigrare vos feci: quia dixiſtis. Suſ-
citauit nobis dñs ꝓphetas in babilone. Quia
hec dicit dñs ad regẽ qui ſedet ſup ſoliũ dauid et
ad omnẽ pplm habitatorẽ vrbis huius: ad fr̃es
veſtros qui nõ ſũt egreſſi vobiſcũ in trãſmigra-
tionẽ. Hec dicit dñs exercituũ. Ecce mittã ĩ eos
gladiũ et famẽ et peſtẽ: et ponã eos quaſi ficus
malas que comedi nõ poſſũt eo ꝙ peſſime ſint:
et ꝑſequar eos ĩ gladio et ĩ fame et in peſtilẽtia.
Et dabo eos in vexationẽ vniuerſis regnis terre
in maledictionẽ et ĩ ſtuporẽ et ĩ ſibilũ et ĩ oppro-
briũ cũctis gẽtibꝫ ad quas ego eieci eos: eo ꝙ nõ
audierint verba mea dicit dñs que miſi ad eos
per ſeruos meos ꝓphetas de nocte conſurgens et
mittẽs: et nõ audiſtis dicit dñs. Vos ergo au-
dite verbũ dñi omñs trãſmigratio quã emiſi de
iheruſalem in babilonẽ. Hec dicit dñs exercituũ
deus iſrl' ad achab filiũ chulie et ad ſedechiã filiũ
maaſie qui ꝓphetãt vobis in noĩe meo mẽdaci-
ter. Ecce ego tradã eos ĩ manus nabuchodono-
ſor regis babilonis: et ꝑcutiet eos ĩ oclis veſtris.
Et aſſumet̃ ex eis maledictio omñi trãſmigracõi
iude que ẽ in babilone dicentiũ. Ponat te dñs
ſicut ſedechiã et ſicut achab quos frixit rex babi-
lonis in igne: ꝓ eo ꝙ fecerint ſtulticiã in iſrl' et
mechati ſũt in vxores amicoꝝ ſuoꝝ: et locuti ſũt
verbũ in noĩe meo mẽdaciter quod nõ mãdaui
eis. Ego ſũ iudex et teſtis dicit dñs. Et ad ſeme-
iam neelamiten dices. Hec dicit dñs exercituum
deus iſrl'. Pro eo ꝙ miſiſti in noĩe meo libros
ad omnẽ pplm qui ẽ in ihrlm et ad ſophoniam
filiũ maaſie ſacerdotẽ et ad vniuerſos ſacerdotes
dicẽs: dñs dedit te ſacerdotẽ pro ioiade ſacerdote
ut ſis dux ĩ domo dñi ſup omnẽ virũ arrepticiũ
et ꝓphetantẽ ut mittas eũ in neruũ et ĩ carcerẽ.
Et nũc quare nõ increpaſti iheremiã anathotitẽ
qui ꝓphetat vobis? Quia ſup hoc miſit ĩ babi-
lonẽ ad nos dicẽs. Longũ eſt: edificate domos
et habitate: et plãtate ortos et comedite fructus
eoꝝ. Legit ergo ſophonias ſacerdos librũ iſtum
in auribꝫ iheremie ꝓphete. Et factũ ẽ verbũ dñi
ad iheremiã dicẽs. Mitte ad omnẽ trãſmigracõ-
nẽ dicens. Hec dicit dñs ad ſemeiã neelamiten.
Pro eo ꝙ ꝓphetauit vobis ſemeias et ego non
miſi eũ: et fecit vos cõfidere ĩ mẽdacio: idcirco hec
dicit dñs. Ecce ego viſitabo ſuper ſemeiã neela-
miten et ſuper ſemẽ eius. Nõ erit ei vir ſedẽs in
medio ppli huius: et nõ videbit bonũ quod ego
faciã pplo meo ait dñs: quia ꝑuaricationẽ locu-
tus eſt aduerſus dñm. ·XXX·

Hoc verbũ quod factũ ẽ ad iheremiã a dño
dicẽs. Hec dicit dñs deus iſrl' dicẽs. Scri-
be tibi oĩa v̓ba que locutus ſũ ad te ĩ libro. Ecce
enĩ dies veniũt dicit dñs: et cõuertã cõuerſionẽ
ppli mei iſrl' et iuda ait dñs: et cõuertã eos ad
terrã quã dedi patribꝫ eoꝝ et poſſidebũt eã. Et
hec verba que locutus ẽ dñs ad iſrl' et iudã: quĩ
hec dicit dñs. Vocẽ terroris audiuimus: formi-
do: et nõ ẽ pax. Interrogate et videte ſi generat
maſculus. Quare ergo vidi omñs viri manus
ſupra lumbũ ſuũ q̃ſi parturiẽtis? Et cõuerſe ſũt
vniuerſe facies ĩ auruginem. Ve quia magna
dies illa nec ẽ ſimilis eius: tẽpuſqꝫ tribulacõis eſt
iacob: et ex ipſo ſaluabit̃. Et erit: ĩ die illa ait
dñs exercituũ cõteram iugũ eius de collo tuo: et
vincula eius dirumpã. Et nõ dñabunt̃ ei am-
plius alieni: ſed ſeruiẽt dño deo ſuo: et dauid re-
gi ſuo quẽ ſuſcitabo. Tu ergo ne timeas ſerue
meus iacob ait dñs: neqꝫ paueas iſrl': quia ecce
ego ſaluabo te de terra lõginqua et ſemen tuũ de
terra captiuitatis eoꝝ. Et reuertet̃ iacob et qui-
eſcet: et cũctis affluet bonis· et nõ erit quẽ formi-
det: quĩ tecũ ego ſũ ait dñs ut saluẽ te. Faciã
enĩ cõſumationẽ in cũctis gẽtibꝫ ĩ quibꝫ diſperſi
te: te autẽ nõ faciã in cõſumationẽ: ſed caſtiga-
bo te ĩ iudicõ ut nõ tibi videaris innoxius: quia
hec dicit dñs. Inſanabilis fractura tua: peſſi-
ma plaga tua. Nõ eſt qui iudicet iudiciũ tu-
um: ad alligandã curationẽ tuã vtilitas nõ eſt
tibi. Omñes amatores tui obliti ſũt tui: teqꝫ nõ
querẽt. Plaga enĩ inimici ꝑcuſſi te: caſtigati-
one crudeli. Propter multitudinẽ iniquitatis
tue dura facta ſũt peccata tua. Quid clamas
ſuper cõtritione tua? Inſanabilis ẽ dolor tuus.
Propter multitudinẽ iniquitatis tue et dura

peccata tua feci hec tibi. Propterea om̄es qui
comedūt te deuorabunt̄: et vniuerſi hoſtes tui in
ī captiuitatē ducent̄. Et om̄es qui te vaſtāt vaſ:
tabunt̄: cūctoſq; p̄datores tuos dabo ī predam.
Obducā enī cicatricē tibi: et a vulneribꝰ tuis ſa:
nabo te dicit dn̄s. Quia eiectam vocauerūt te
ſyon: hec ē que nō habebat requirentē. Hec dicit
dn̄s. Ecce ego cōuertā cōuerſionē tabernaculoꝝ
iacob: et tectis eius miſerebor. Et edificabit̄ ci:
uitas in excelſo ſuo: et templū iuxta ordinē ſuū
fūdabit̄. Et egrediet̄ de eis laus voxq; ludentiū:
et multiplicabo eos et nō minuent̄: et glīficabo
eos et nō attenuabunt̄: et erūt filij eius ſicut a
principio: et cetus eius corā me p̄manebit. Et
viſitabo aduerſum om̄es qui tribulāt eū: et erit
dux eius ex eo et princeps de medio eius p̄ducet̄.
Et applicabo eū: et accedet ad me. Quis enī iſte
eſt qui applicet cor ſuū: ut appropinquet michi
ait dn̄s? Et eritis michi ī p̄p̄l'm: et ego ero vobis
in deū. Ecce turbo dn̄i furor egrediēs: p̄cella ru:
ens ī capite impioꝝ cōquieſcet. Nō auertet irā
indignacōis dn̄s: donec faciat et cōpleat cogita:
tionē cordis ſui. In nouiſſimo dieꝝ intelligetis

In tēpore illo dicit dn̄s XXXI Ca.
ero deus vniuerſis cognationibꝰ iſrl': et ipi erūt
michi ī p̄p̄l'm. Hec dicit dn̄s. Inuenit gratiā in
deſerto p̄p̄l's qui remāſerat gladio. Vadet ad
requiē ſuā iſrl'. Lōge dn̄s apparuit michi. Et ī
caritate p̄petua dilexi te: ideo attraxi te miſerās.
Rurſūq; edificabo te: et edificaberis virgo iſ:
rahel. Adhuc ornaberis tympanis tuis: et egre
dieris ī choro ludētiū. Adhuc plātabis vineas
in mōtibꝰ ſamarie. Plantabūt plātantes: et
donec tēpus veniat nō vindemiabūt: quia erit
dies ī qua clamabūt cuſtodes ī mōte ephraim.
Surgite et aſcēdamus in ſyon ad dn̄m deū noſ:
trū: quia hec dicit dn̄s. Exultate ī leticia iacob:
et hinnite cōtra caput gentiū: p̄ſonate et canite:
& dicite. Salua dn̄e p̄p̄lm tuū reliquias iſrl'.
Ecce ego adducā eos de terra aquilonis: et cōgre
gabo eos ab extremis terre: inter quos erūt cecus
et claudus et p̄gnās et pariēs ſimul cetus mag:
nus reuertentiū huc. In fletu veniēt: et ī p̄cibꝰ
reducā eos. Et adducā eos per torrētes aquaꝝ ī
via recta et nō impingēt ī ea: quia factus ſū iſ:
raheli pater: et ephraim primogenitus meus ē.
Audite verbū dn̄i gētes: et annūciate ī inſulis
que p̄cul ſūt: et dicite. Qui diſperſit iſrl' cōgre
gabit eū: et cuſtodiet eū ſicut paſtor gregē ſuū.
Redimet enī dn̄s iacob: et liberabit eū de ma:
nu potētioris. Et veniēt et laudabūt ī mōte ſy:
on: et cōfluēt ad bona dn̄i ſup frumēto et vino
et oleo et fetu pecoꝝ et armētoꝝ: eritq; aīa eoꝝ q̄ſi
ortus irriguus: et vltra nō eſuriēt. Tūc letabit̄
virgo ī choro: iuuenes et ſenes ſimul. Et cōuer
tā luctū eoꝝ ī gaudiū: et cōſolabor eos: et letifi:
cabo a dolore ſuo. Et inebriabo animā ſacerdo:
tū pinguedine: et p̄p̄l's meus bonis meis ad:
implebit̄ ait dn̄s. Hec dicit dn̄s. Vox in excelſo
audita ē lamētacōis luctus et fletus: rachel plorā
tis filios ſuos. et nolētis cōſolari ſup eis: quia nō
ſūt. Hec dicit dn̄s. Quieſcat vox tua a ploratu
et oculi tui a lacrimis: quia ē merces opi tuo ait
dn̄s. Et reuertent̄ de terra inimici: et ē ſpes no:
uiſſimis tuis ait dn̄s: et reuertent̄ filij tui ad ter
minos ſuos. Audiēs audiui ephraim trāſmi:
grantē. Caſtigaſti me dn̄e: & eruditus ſū q̄ſi
iuuēc'us indomitus. Cōuerte me et reuertar:
quia tu dn̄s deus meus. Poſtq; enī cōuertiſti
me egi penitentiā: et poſtq; oſtēdiſti michi per:
cuſſi femū meū. Cōfuſus ſū et erubui: qm̄ ſuſti:
nui opprobriū adoleſcētie mee. Si filius hono:
rabilis michi ephraim: ſi puer delicatus: quia
ex quo locutus ſū de eo adhuc recordabor eius.
Idcirco cōturbata ſūt viſcera mea ſup eū: miſe:
rās miſerebor eius ait dn̄s. Statue tibi ſpeculā:
pone tibi amaritudines. Dirige cor tuū in viā
rectā ī qua ambulaſti. Reuertere virgo iſrl':
reuertere ad ciuitates tuas iſtas. Vſq; quo deli:
cijs diſſolueris filia vaga? Quia creauit dn̄s
nouū ſup terrā: femina circūdabit virū. Hec di
cit dn̄s exercituū deus iſrl'. Adhuc dicēt verbū
iſtud ī terra iuda et ī vrbibꝰ eius: cū conuertero
captiuitatē eoꝝ. Benedicat tibi dn̄s pulcritudo
iuſticie mōs ſāctus. Et habitabūt ī eo iudas et
om̄es ciuitates eius ſimul agricole et minantes
greges: quia inebriaui animā laſſam: et omnē
animā eſuriētem ſaturaui. Ideo q̄ſi de ſompno
ſuſcitatus ſum et vidi: et ſompnus meus dulcis
michi. Ecce dies veniunt dicit dn̄s: et ſeminabo
domū iuda et domū iſrl' ſemine hoīs & ſemine
iumentoꝝ. Et ſicut vigilaui ſup eos ut euellerē
et demolirer et diſſiparē et diſperderē et affligerē:
ſic vigilabo ſup eos ut edificē et plantē ait dn̄s.
In diebꝰ illis nō dicēt vltra. patres comederūt
vuā acerbā et dētes filioꝝ obſtupuerūt: ſ; vnuſ:
quiſq; ī iniquitate ſua morietur. Om̄is homo qui
comederit vuam acerbam: obſtupeſcent dentes

eius. Ecce dies veniet dicit dñs· & feriam do-
mui iſrl' et domui iuda fedus nouũ. Nõ ſcdm
pactũ quod pepigi cũ patrib; eoꝝ ĩ die qua ap-
ꝓhẽdi manũ eoꝝ ut educerẽ eos de terra egipti:
pactũ quod irritũ fecerũt et ego dñatus ſum eoꝝ
dicit dñs: ſed hoc erit pactũ quod feriã cũ domo
iſrl'. Poſt dies illos dicit dñs dabo legẽ meã in
viſceribꝫ eoꝝ: et ĩ corde eoꝝ ſcribã eã: et ero eis in
deũ· et ipi erũt michi ĩ ꝑplm. Et nõ docebit vl-
tra vir ꝑximũ ſuũ· et vir fratrẽ ſuũ dicens: cog-
noſce dñm. Oñes eñ cognoſcẽt me a minimo
eoꝝ uſqꝫ ad maximũ ait dñs: quia ꝑpitiabor in-
iquitati eoꝝ et peccati eoꝝ nõ ero memor ampli-
us. Hec dicit dñs qui dat ſolẽ in lumine diei· or-
dinẽ lune et ſtellaꝝ ĩ lumine noctis: qui turbat
mare et ſonãt fluctus eius: dñs exercituũ nomẽ
illi. Si defecerĩt leges iſte corã me dicit dñs: tũc et
ſemen iſrl' deficiet ut nõ ſit gens corã me cũctis
diebꝫ. Hec dicit dñs. Si menſurari poterint celi
ſurſũ et inueſtigari fundamẽta terre deorſũ: et
ego abiciã vniuerſũ ſemẽ iſrl' ꝑpter oñia que fe-
cerũt dicit dñs. Ecce dies veniẽt dicit dñs: et edi-
ficabitᷣ ciuitas dño a turre ananehel uſqꝫ ad por-
tam anguli. Et exibit vltra norma mẽſure ĩ cõ-
ſpectu eius ſuꝑ collẽ gareb: et circuibit goatha et
omnẽ vallẽ cadaueꝝ et cineres et vniuerſã regi-
onẽ mortis· uſqꝫ ad torrentẽ cedron et uſqꝫ ad an-
gulũ porte equoꝝ oriẽtalis. Sanctũ dñi nõ euel-
letᷣ: et nõ deſtrueᷣ vltra ĩ ꝑpetuũ. XXXII.

Verbũ quod factũ eſt ad iheremiã a dño in
anno decimo ſedechie regis iuda: ipſe eſt
annus octauus decimus nabuchodonoſor. Tũc
exercitus regis babilonis obſidebat ihrlm: &
iheremias propheta erat clauſus ĩ atrio carceris
qui erat ĩ domo regis iuda. Clauſerat eñ eũ ſe-
dechias rex iuda dicẽs. Quare vaticinaris dicẽs
hec dicit dñs· ecce ego dabo ciuitatẽ iſtam ĩ ma-
nus regis babilonis et capiet eã· et ſedechias rex
iuda nõ effugiet de manu caldeoꝝ ſed tradeᷣ in
manus regis babilonis· et loqueᷣ os eius cũ ore
illius et oculi eius oclos illius videbũt· et ĩ babi-
lonẽ ducet ſedechiã et ibi erit donec viſitẽ eũ ait
dñs: ſi aũt dimicaueritis aduerſũ caldeos nichil
ꝓſpeꝝ habebitis? Et dixit iheremias. Factũ eſt
verbũ dñi ad me dicẽs. Ecce ananehel filius ſel-
lum patruelis tuus veniet ad te dicẽs. Eme tibi
agrũ meũ qui eſt ĩ anathot. Tibi eñ competit
ex ꝑpinquitate ut emas. Et venit ad me ana-
nehel filius patrui mei ſecundum verbum dñi
ad veſtibulum carceris: & ait ad me. Poſſide
agrũ meũ qui ẽ in anathot in terra beniamin:
quia tibi competit hereditas & tu ꝑpinquus es
ut poſſideas. Intellexi autẽ ꝙ verbũ dñi eſſet.
Et emi agrũ ab ananehel filio patrui mei qui
eſt ĩ anathot. Et appẽdi ei argentũ ſeptẽ ſtateres.
et decem argẽteos: et ſcripſi ĩ libro et ſignaui: et
adhibui teſtes. Et appẽdi argentũ in ſtatera: et
accepi librũ poſſeſſionis ſignatũ et ſtipulacões
et rata et ſigna foriſecus. Et dedi librũ poſſeſſi-
onis baruch filio neri filij maaſie ĩ oculis ana-
nehel patruelis mei et in oculis teſtũ qui ſcripti
erãt ĩ libro empcõnis: et ĩ oculis oĩm iudeoꝝ qui
ſedebãt ĩ atrio carceris. Et ꝓcepi baruch corã eis
dicens. Hec dicit dñs exercituũ deus iſrl'. Sume
libros iſtos: librũ empcõnis hũc ſignatũ· et libꝝ
hũc qui apertus ẽ: et pones illos ĩ vaſe fictili ut
ꝑmanere poſſĩt diebꝫ multis. Hec eñ dicit dñs
exercituũ deus iſrl'. Adhuc poſſidebunᷣ domus
et agri & vinee in terra iſta. Et oraui ad dñm
poſtqꝫ tradidi libꝝ poſſeſſionis baruch filio neri
dicẽs. Heu heu heu dñe deus. Ecce tu feciſti celũ
et terrã in fortitudine tua magna: et ĩ brachio
tuo extẽto. Nõ erit tibi difficile oñe verbũ qui
facis miſericordiã ĩ milibꝫ: et reddis iniquitatẽ
patrũ in ſinũ filioꝝ eoꝝ poſt eos fortiſſime mag-
ne et potẽs· dñs exercituũ nomẽ tibi: magnus ĩ
cõſilio et incõprehenſibilis ĩ cogitatu: cuius ocli
aperti ſũt ſuꝑ oñes vias filioꝝ adam· ut reddas
vnicuiqꝫ ſcdm vias ſuas· et ſecundũ fructũ adin-
uentionũ eius: qui poſuiſti ſigna et portẽta in
terra egipti uſqꝫ ad diẽ hãc et ĩ iſrl' et in hoĩbꝫ: et
tibi feciſti nomẽ ſicut ẽ dies hec. Et eduxiſti po-
pulũ tuũ iſrl' de terra egipti ĩ ſignis et ĩ portẽtis
et ĩ manu robuſta et ĩ brachio extẽto et ĩ terrore
magno: et dediſti eis terrã hãc quã iuraſti pr̃ibꝫ
eoꝝ ut dares eis terrã fluentẽ lacte et melle: et in-
greſſi ſũt et poſſederũt eã. Et nõ obedierũt voci
tue et ĩ lege tua nõ ambulauerũt: oĩa que mã-
daſti eis ut facerẽt nõ fecerũt: et euenerũt eis oĩa
mala hec. Ecce municões extructe ſũt aduerſũ
ciuitatẽ ut capiaᷣ: et vrbs data ẽ in manus cal-
deoꝝ qui ꝑliantᷣ aduerſus eã a facie gladij et fa-
mis et peſtilẽtie: et quecũqꝫ locutus es acciderũt
ut tu ipe cernis. Et tu dicis michi dñe deus· eme
agrũ argẽto et adhibe teſtes: cũ vrbs data ſit in
manus caldeoꝝ? Et factũ eſt verbũ dñi ad ihere-
miã dicẽs. Ecce ego dñs deus vniuerſe carnis.
Nunquid michi difficile erit omne verbum?

Propterea hec dicit dñs. Ecce ego tradam ciuitatē iſtā in manus caldeoꝝ et ī manus regis babilonis et capiēt eā: et veniēt caldei ꝑliātes adūerſū vrbē hāc· et ſuccendēt eā igni et combure̅t eā: et domus ī quaꝝ domatibꝫ ſacrificabāt baal et libabāt diis alienis libamina ad irritādū me. Erāt enī filii iſrahel et filii iuda iugiter faciētes malū in oculis meis ab adoleſcētia ſua: filii iſrl' qui uſqꝫ nūc exacerbabāt me ī ope manuū ſuaꝝ dicit dñs: quia ī furore et in indignacōne mea facta ē michi ciuitas hec a die qua edificauerūt eā uſqꝫ ad diē iſtā qua auferet̄ de conſpectu meo ꝑpter maliciā filioꝝ iſrl' et filioꝝ iuda quā fecerūt ad iracūdiā me ꝓuocātes · ipi et reges eoꝝ et principes eoꝝ et ſacerdotes et prophete eoꝝ viri iuda et habitatores ihrl'm. Et verterunt ad me terga et nō facies: cū docerē eos et erudirē diluculo: et nollēt audire ut acciperent diſciplinā. Et poſuerūt ydola ſua ī domo in qua inuocatū eſt nomē meū ut pollueret̄ eā: et edificauerūt excelſa baal que ſūt in valle filii ennon ut iniciarēt filios ſuos et filias ſuas moloch quod nō mādaui eis nec aſcēdit ī coꝛ meū ut facerēt abominationē hāc: et in peccatū deducerēt iudā. Et nūc ꝑpter iſta hec dicit dñs deus iſrl' ad ciuitatē hāc: de qua vos dicitis ꝙ tradat̄ in manus regis babilonis ī gladio et ī fame et ī peſte. Ecce ego cōgregabo eos de vniuerſis terris ad quas eieci eos in furore meo et ī ira mea et in indignatione grādi: et reducā eos ad locū iſtū et habitare eos faciā confidēter: et erūt michi ī pplm et ego ero eis ī deū. Et dabo eis coꝛ vnū et viā vnā ut timeant me vniuerſis diebꝫ: et bene ſit eis et filiis eoꝝ poſt eos. Et feriā eis pactū ſempiternū et nō deſinā eis benefacere: et timorē meū dabo in corde eoꝝ ut nō recedāt a me: et letaboꝛ ſup eis cū bene eis fecero. Et plātabo eos ī terra iſta ī veritate in toto corde meo et ī tota aīa mea: quia hec dicit dñs. Sicut adduxi ſup pplm iſtū oīne malū hoc grande: ſic adducā ſup eos oīne bonū qđ ego loquoꝛ ad eos. Et poſſidebunt̄ agri in terra iſta de qua vos dicitis ꝙ deſerta ſit eo ꝙ nō remāſerit homo et iumentū: et data ſit ī manus caldeoꝝ. Agri ement̄ pecunia et ſcribent̄ in libro et imprimet̄ ſignū: et teſtis adhibebit̄ ī terra beniamin et ī circuitu iheruſalē in ciuitatibꝫ iuda et ī ciuitatibꝫ mōtanis et in ciuitatibꝫ campeſtribꝫ et in ciuitatibus que ad auſtrum ſūt: quia cōuertam captiuitatē eoꝝ ait dñs. XXXIII.

Et factum eſt verbum dñi ad iheremiam ſcđo: cū adhuc clauſus eſſet ī atrio carceris dicēs. Hec dicit dñs qui facturus ē et formaturus illud et paraturus: dñs nomē eius. Clama ad me et exaudiā te: et annūciabo tibi grādia et firma q̄ neſcis. Quia hec dicit dñs deus iſrl' ad domos vrbis huius et ad domos regis iuda que deſtructe ſūt et ad municōes et gladiū venientiū ut dimicēt cū caldeis et impleāt eas cadaueribꝫ hoīm quas pcuſſi ī furore meo et in indignacōne mea: abſcōdens faciē meā a ciuitate hac ꝑpter omnē maliciā eoꝝ. Ecce ego obducā eis cicatricē et ſanitatē: et curabo eos: et reuelabo eis depcationē pacis et veritatis. Et conuertā cōuerſionē iuda et conuerſionē ihrl'm· et edificabo eos ſicut a principio: et emūdabo eos ab omī iniquitate ſua ī qua peccauerūt michi: et ꝓpicius ero cūctis iniquitatibꝫ eoꝝ ī quibꝫ deliquerūt michi et ſpreuerūt me. Et erūt michi ī nomē et ī gaudiū et ī laudē et ī exultationē cūctis gētibꝫ terre que audierit omīa bona que ego facturus ſū eis: et pauebūt et turbabunt̄ in vniuerſis bonis et ī omī pace quā ego faciā eis. Hec dicit dñs. Adhuc audiet̄ ī loco iſto quē vos dicitis eſſe deſertū eo ꝙ nō ſit homo et iumentū in ciuitatibꝫ iuda et foris ihrl'm q̄ deſolate ſūt abſqꝫ hoīe et abſqꝫ habitatoꝛe et abſqꝫ pecoꝛe· vox gaudii et vox leticie vox ſpōſi et vox ſpōſe: vox dicentiū cōfitemini dño exercituū qm̄ bonus dñs· qm̄ ī eternū miſericordia eius: et portantiū vota in domo dñi. Reducā enī cōuerſionē terre ſicut a principio dicit dñs. Hec dicit dñs exercituū. Adhuc erit ī loco iſto deſerto abſqꝫ hoīe et abſqꝫ iumēto· et ī cūctis ciuitatibꝫ eius habitaculū paſtoꝝ accubantiū gregū in ciuitatibꝫ mōtuoſis et ī ciuitatibꝫ cāpeſtribꝫ: et ī ciuitatibꝫ que ad auſtꝝ ſūt et ī terra beniamin et in circuitu ihrl'm et in ciuitatibꝫ iuda: adhuc trāſibūt greges ad manū numerātis ait dñs. Ecce dies veniēt dicit dñs: et ſuſcitabo vbū bonū quod locutus ſū ad domū iſrl' et ad domū iuda. In diebꝫ illis et ī tempoꝛe illo germinare faciā dauid germē iuſticie: et faciet iudiciū et iuſticiā in terra. In diebus illis ſaluabit̄ iuda: et iſrl' habitabit cōfidēter. Et hoc eſt nomen quod vocabūt eū: dñs iuſtus noſter. Quia hec dicit dñs. Nō interibit de dauid vir qui ſedeat ſup thronū domus iſrl': et de ſacerdotibꝫ et de leuitis nō interibit vir a facie mea qui offerat olocauſtomata et incendat ſacrificium

& cedat victimas omnibꝫ diebꝫ. Et factum eſt
verbū dn̄i ad iheremiā dicens. Hec dicit dn̄s. Si
irritū poteſt fieri pactū meū cū die pactū meū
cū nocte ut nō ſit dies et nox ī tēpore ſuo: et pac-
tū meū irritū eſſe poterit cū dauid ſeruo meo ut
nō ſit ex eo filius qui regnet ī throno eius: et le-
uite et ſacerdotes miniſtri mei. Sicuti enume-
rari nō poſſūt ſtelle celi et metiri arene maris:
ſic multiplicabo ſemē dauid ſerui mei: et leuitas
miniſtros meos. Et factū eſt verbū dn̄i ad ihe-
remiā dicēs. Nūquid nō vidiſti quid pplus hic
locutus ſit dicēs· due cognacōnes quas elegerat
dn̄s abiecte ſūt: Et pplm meū deſpexerūt: eo ꝙ
nō ſit vltra gēs corā eis. Hec dicit dn̄s. Si pactū
meū inter diem et noctē et leges celo et terre nō
poſui· equidem et ſemē iacob et dauid ſerui mei
ꝓiciam: ut nō aſſumā de ſemine eius principes
ſeminis abraham et yſaac & iacob. Reducā
enim conuerſionem eorum: & miſerebor eis.

Verbū quod factū ·XXXIIII·
eſt ad iheremiā a dn̄o: quādo nabucho-
donoſor rex babilonis et oīnis exercitus eius vni-
uerſaq̄ꝫ regna terre que erāt ſub poteſtate ma-
nus eius et oīnes ppli bellabāt cōtra ihrl'm et cō-
tra oīnes vrbes eius dicēs. Hec dicit dn̄s deus iſra-
hel. Vade et loquere ad ſedechiam regē iuda: et
dices ad eū. Hec dicit dn̄s. Ecce ego tradā ciuita-
tē hanc in manus regis babilonis: et ſuccēdet eā
igni. Et tu nō effugies de manu eius ſed cōpre-
henſione capieris et ī manu eius traderis: et ocl'i
tui oculos regis babilonis videbūt· et os eius cū
ore tuo loquet̄: et babilonē introibis. Attamē
audi verbū dn̄i ſedechia rex iuda. Hec dicit dn̄s
ad te. Nō morieris ī gladio ſꝫ ī pace morieris:
et ſcd̄m cōbuſtiones patrū tuoꝝ regū prioꝝ qui
fuerūt ante te ſic cōburēt te· et ve dn̄e plāgēt te:
quia verbū hoc ego locutus ſū dicit dn̄s. Et locu-
tus ē iheremias ꝓpheta ad ſedechiam regē iuda
vniuerſa verba hec in ihrl'm: et exercitus regis
babilonis pugnabat cōtra ihrl'm et cōtra oīnes
ciuitates iuda que reliquie erāt cōtra lachis et cō-
tra azecha. Hee enī ſuperāt de ciuitatibꝫ iuda vr-
bes munite. Verbū quod factū eſt ad iheremiā
a dn̄o: poſtq̄ꝫ pcuſſit rex ſedechias fedus cū oīni
pplo ī iheruſalē p̄dicās ut dimitteret vnuſquiſꝫ
ſeruū ſuū et vnuſquiſꝫ ancillā ſuā hebreū et he-
breā liberos: et nequaq̄ꝫ dn̄arent̄ eis id ē in iudeo
et ī fratre ſuo. Audierūt ergo oīnes principes
et vniuerſus populus qui inierant pactum ut
dimitteret vnuſquiſꝫ ſeruū ſuū & vnuſquiſꝫ
ancillā ſuā liberos: et vltra non dn̄arentur eis.
Audierūt igit̄: et dimiſerūt. Et conuerſi ſūt
deinceps et retraxerūt ſeruos ſuos et ancillas ſuas
quos dimiſerūt liberos: et ſubiugauerūt in fa-
mulos et famulas. Et factū eſt verbū ad ihere-
miā a dn̄o dicens. Hec dicit dn̄s deus iſrl'. Ego
pcuſſi fedus cū patribꝫ veſtris: ī die qua eduxi
eos de terra egipti de domo ſeruitutis dicēs. Cū
completi fuerint ſeptē anni dimittat vnuſquiſꝫ
fratrē ſuū hebreū qui vēditus ē ei: et ſeruiet tibi
ſex annis: et dimittes eū a te liberū. Et nō audie-
rūt patres vr̄i me: nec inclinauerūt aurē ſuā.
Et cōuerſi eſtis vos hodie et feciſtis quod rectū ē
in oculis meis ut p̄dicaretis libertatē vnuſquiſꝫ
ad amicū ſuū: et iniſtis pactū in cōſpectu meo ī
domo ī qua inuocatū eſt nomē meū ſup eā. Et
reuerſi eſtis et cōmaculaſtis nomen meū: et re-
duxiſtis vnuſquiſꝫ ſeruū ſuū et vnuſquiſꝫ an-
cillā ſuā quos dimiſeratis ut eſſēt liberi et ſue po-
teſtatis: et ſubiugaſtis eos ut ſint vobis ſerui et
ancille. Propterea hec dicit dn̄s. Vos nō audiſ-
tis me: ut p̄dicaretis libertatē vnuſquiſꝫ fratri
ſuo et vnuſquiſꝫ amico ſuo. Ecce ego p̄dico li-
bertatē ait dn̄s ad gladiū ad peſtē et ad famem:
et dabo vos ī cōmotionē cūctis regnis terre. Et
dabo viros qui p̄uaricant̄ fedus meū et nō ob-
ſeruauerūt verba federis quibꝫ aſſenſi ſūt in cō-
ſpectu meo· vitulū quē cōciderūt in duas partes
et trāſierūt inter diuiſiones eius· principes iuda
et principes ihrl'm· eunuchi et ſacerdotes et oīnis
pplus terre qui trāſierūt inter diuiſiones vituli:
et dabo eos ī manus inimicoꝝ ſuoꝝ et ī manus
querentiū animā eoꝝ: et erit morticinū eoꝝ ī eſcā
volatilibꝫ celi et beſtijs terre. Et ſedechiā regē iu-
da et prīcipes eius dabo ī manus inimicoꝝ ſuoꝝ
et ī manus querentiū aīas eoꝝ: et ī manus ex-
ercituū regis babilonis qui receſſerunt a vobis.
Ecce ego p̄cipio dicit dn̄s: et reducā eos ī ciuita-
tē hāc et p̄liabunt̄ adūſū eā: et capiēt eā et incē-
dēt igni. Et ciuitates iuda dabo in ſolitudinē:
eo ꝙ non ſit habitator. ·XXXV·

Verbū quod factū eſt ad iheremiā a dn̄o ī
diebꝫ ioakim filij ioſie regis iuda dicēs.
Vade ad domū rechabitaꝝ et loquere eis: et in-
troduces eos ī domū dn̄i ī vnā exedrā theſauroꝝ:
et dabis eis bibere vinū. Et aſſūpſi iechoniam
filiū iheremie filij abſame et fratres eius et oīnes
filios eius & vniuerſā domum rechabitarum:

et introduxi eos in domum dñi ad gazophilaci:
um filioꝝ anan filij iezedelie hoīs dei quod erat
iuxta gazophilaciū principū ſup theſaurū ma:
aſie filij ſellū: qui erat cuſtos veſtibuli. Et poſui
corā filijs domus rechabitaꝝ ciphos plenos vino
et calices: et dixi ad eos. Bibite vinū. Qui re:
ſponderūt. Nō bibemus vinū: quia ionadab
filius rechab pater noſter precepit nobis dicēs.
Nō bibetis vinū vos et filij veſtri uſq; ī ſempi:
ternū. Et domū nō edificabitis et ſementem nō
ſeretis et vineas nō plātabitis nec habebitis: ſed
in tabernaculis habitabitis cūctis dieb; veſtris:
ut viuatis dieb; multis ſup faciē terre ī qua vos
ꝑegrinamini. Obediuimus ergo voci ionadab
filij rechab pr̄is noſtri in oīb; que p̄cepit nobis:
ita ut nō biberemus vinū cunctis dieb; noſtris
nos et mulieres noſtre filij et filie noſtre et non
edificaremus domos ad habitandū: et vineā et
agꝝ et ſementē nō habuimus: ſed habitauimus
in tabernaclis: et obediētes fuimus iuxta oīa
que p̄cepit nobis ionadab pater noſter. Cū aūt
aſcēdiſſet nabuchodonoſoꝛ rex babilonis ad ter:
rā noſtrā diximus. Venite et ingrediamur in
ihr̄lm a facie exercitus caldeoꝝ et a facie exerci:
tus ſyrie: et māſimus ī ihr̄lm. Et factū eſt ver
bū dñi ad iheremiā dicēs. Hec dicit dñs exercitu
exercituū nomē eius. Iudicio defēdet cauſā eo-
rū: ut exterreat terrā et cōmoueat habitatores
babilonis. Gladius ad caldeos ait dn̄s: et ad ha-
bitatores babilonis et ad principes et ad ſapiētes
eius. Gladius ad diuinos eius: qui ſtulti erūt.
Gladius ad fortes illius: qui timebūt. Gladius
ad equos eius· et ad currus eius· et ad omē vul-
gus eius qđ ē ī medio eius: et erūt q̄ſi mulieres.
Gladius ad theſauros eius: qui diripient̄. Sic-
citas ſup aquas eius erit et areſcēt: q̄a terra ſculp-
tilū ē: et ī portētis gl'ant̄. Propterea habita-
būt dracones cū fatuis ficarijs: et habitabūt in
ea ſtrucōnes. Et nō inhabitabit̄ vltra uſq; ī ſem-
piternū: nec extruet̄ uſq; ad generationē et ge-
nerationē. Sicut ſubuertit dn̄s zodomā & go-
morrā et vicinos eius· ait dn̄s. Nō habitabit
ibi vir: et non incolet eā filius hoīs. Ecce ꝑplus

veniet ab aquilone & gens magna: & reges
magni cōſurgēt a finibꝫ terre. Arcū & ſcutū
apprehēdēt: crudeles ſūt et inmiſericordes. Vox
eoꝝ q̄ſi mare ſonabit: et ſuꝑ equos aſcēdēt ſicut
vir paratus ad preliū contra te filia babilonis.
Audiuit rex babilonis famā eoꝝ: et diſſolute
ſūt manus eius. Anguſtia apprehēdit eū: dolor
quaſi parturientē. Ecce q̄ſi leo aſcēdet de ſupbia
iordanis ad pulcritudinē robuſtā: quia ſubito
currere faciā eū ad illā. Et quis erit electus quē
ꝑponā ei? Quis enī ſimilis mei: & quis ſuſti:
nebit me? Et quis ē iſte paſtor: q̄ reſiſtat vultui
meo? Propterea audite cōſiliū dn̄i quod mēte
cōcepit aduerſū babilonē: et cogitacōnes eius q̄s
cogitauit ſuꝑ terrā caldeoꝝ. Niſi detraxerit eos
paruuli gregū: niſi diſſipatū fuerit cū ipſis habi
taculū eoꝝ. A voce captiuitatis babilonis cōmo
ta ē t̄ra: et clamor inter gētes auditus ē. ·LI·

Hec dicit dn̄s. Ecce ego ſuſcitabo ſuꝑ babi:
lonē· et ſuper habitatores eius qui cor ſuū
leuauerūt cōtra me q̄ſi ventū peſtilentē: et mittā
in babilonē vētilatores et vētilabūt eā. Et demo
lient̄ terrā eius quī venerūt ſuꝑ eā vndiq̧ in die
afflictōis eius. Nō tēdat qui tēdit arcū ſuū: et
nō aſcēdet loricatus. Nolite parcere iuuenibꝫ
eius: interficite omnē miliciā eius. Et cadēt in:
terfecti in terra caldeoꝝ: vulnerati in regionibꝫ
eius. Quoniā nō fuit viduatus iſrl' et iuda a
dn̄o deo ſuo: dn̄o exercituū. Terra autē eoꝝ re:
pleta ē delicto a ſācto iſrl'. Fugite de medio ba:
bilonis: ut ſaluet vnuſquiſq̧ aīaʒ ſuā. Nolite
tacere ſuꝑ iniquitatē eius: quī tēpus vlcōis eius
eſt dn̄o: viciſſitudinē ipſe retribuet ei. Calix au:
reus babilō ī manu dn̄i: inebriās omnē terrā.
De vino eius biberūt gētes: et ideo cōmote ſūt.
Subito cecidit babilō: et cōtrita ē. Vlulate ſuꝑ
eam: tollite reſinā ad dolorē eius ſi forte ſanet̄.
Curauimus babilonē: et nō eſt ſanata. Dere:
linquamus eā: et eamus vnuſquiſq̧ ī terrā ſuā.
Quī ꝑuenit uſq̧ ad celos iudiciū eius: et eleua
tū ē uſq̧ ad nubes. Protulit dn̄s iuſticias noſ:
tras: venite et narremus ī ſyō opus dn̄i dei nr̄i.
Acuite ſagittas: et implete pharetras. Suſcita
uit dn̄s ſpiritū regū medoꝝ: et cōtra babilonem
mens eius ē: ut ꝑdat eā. Quī vltio dn̄i ē: vltio
tēpli ſui. Suꝑ muros babilonis leuate ſignū:
augete cuſtodiā. Leuate cuſtodes: ꝑparate inſi:
dias: quia cogitauit dn̄s et fecit quecūq̧ locutus
eſt contra habitatores babilonis. Que habitas
ſuꝑ aquas multas locuples in theſauris: venit
finis tuus: pedalis ꝑſcīonis tue. Iurauit dn̄s
exercituū ꝑ aīam ſuā: quī replebo te hoīībꝫ q̄ſi
brucho: et ſuꝑ te celeuma cātabit̄. Qui fecit ter
rā in fortitudine ſua: ꝑparauit orbē in ſapiētia
ſua: et prudētia ſua extendit celos. Dāte eo vo:
ces: multiplicant̄ aque ī celo. Qui leuat nubes
ab extremo terre: fulgura in pluuiā fecit: et ꝑ:
duxit vētos de theſauris ſuis. Stultus factus eſt
oīs homo a ſciētia: cōfuſus ē oīs cōflator ī ſculp:
tili. Quia mēdax ē cōflatio eius: nec ē ſpiritus
in eis. Vana ſūt opa et riſu digna: ī tēpore vi:
ſitacōis ſue peribūt. Nō ſicut hec pars iacob.
Quia qui fecit oīa ipſe eſt: et iſrl' ſceptrū heredi
tatis eius: dn̄s exercituū nomē eius. Collidis tu
michi vaſa belli: et ego collidā in te gētes: et diſ:
perdā in te regna. Collidā in te equū et equitē
eius: et collidā in te currū et aſcēſorē eius. Et col
lidā in te virū et mulierē. Et collidā in te ſenem
et pueꝝ: et collidā ī te iuuenē et virginē. Et col
lidā in te paſtorē et gregem eius: et collidā in te
agricolā et iugales eius. Et collidā ī te duces et
magiſtratus: et reddā babiloni et cūctis habita:
toribꝫ caldeoꝝ omne malū ſuū· qđ fecerūt in ſyon
in oculis veſtris· ait dn̄s. Ecce ego ad te mons
peſtifer ait dn̄s: qui corrūpis vniuerſā terrā. Et
extēdā manū meā ſuꝑ te et euoluā te de petris:
et dabo te ī montē cōbuſtionis. Et nō tollā de te
lapidē in angulū et lapidē in fundamēta: ſed ꝑ:
ditus ī eternū eris ait dn̄s. Leuate ſignū in ter:
ra: clāgite bucina ī mōtibꝫ. Sanctificate ſuꝑ eā
gētes: annūciate cōtra illā regibꝫ ararath mēni
et aſcenez: numerate cōtra eā taphar. Adducite
equū q̄ſi bruchū aculeatū. Sāctificate cōtra eā
gētes: reges medie· duces eius· et vniuerſos ma
giſtratus eius: cunctamq̧ terrā poteſtatis eius.
Et cōmouebit̄ terra et cōturbabit̄: quia euigila
uit cōtra babilonē cogitatio dn̄i: ut ponat terrā
babilonis deſertā et inhabitabilem. Ceſſauerūt
fortes babilonis a ꝑlio: habitauerūt in ꝑſidijs.
Deuoratū ē robur eoꝝ: et facti ſūt q̄ſi mulieres.
Incenſa ſūt tabernacula eius: cōtriti ſūt vectes
eius. Currēs obuiā currēti veniet et nūcius ob:
uius nūcianti: ut annūciet regi babilonis quia
capta eſt ciuitas eius a ſūmo uſq̧ ad ſummū: et
vada ꝑoccupata ſūt. Et paludes incēſe ſūt igni:
et viri bellatores cōturbati ſūt: quia hec dicit dn̄s
exercituū deus iſrl'. Filia babilonis q̄ſi area:
tēpus triture eius. Adhuc modicū: & veniet

tēpus meſſionis eius. Comedit me: deuorauit
me nabuchodonoſor rex babilonis. Reddidit
me q̄ſi vas inane. Abſorbuit me q̄ſi draco: re-
plenit ventrem ſuū teneritudine mea: et eiecit
me. Iniquitas aduerſū me· et caro mea ſuper
babilonē dicit habitatio ſyon: et ſanguis meus
ſup habitatores caldee dicit ihrl'm. Propterea
hec dicit dn̄s. Ecce ego iudicabo cauſā tuā: &
vlciſcar vltōez tuā. Et deſertū faciā mare eius:
et ſiccabo venā eius. Et erit babilon ī tumulos:
habitatio draconū ſtupor et ſibulus: eo q̄ nō ſit
habitator. Simul ut leones rugiēt: excutiēt co-
mas veluti catuli leonū. In calore eorū ponā
potus eoꝝ: et inebriabo eos ut ſopiant̄ et dormi-
ant ſomnū ſēpiternū: et nō conſurgāt dicit dn̄s.
Deducā eos q̄ſi agnos ad victimā: et q̄ſi arietes
cū hedis. Quomō capta ē ſeſach· et comp̄henſa
ē inclita vniuerſe terre? Quomō facta ē in ſtu-
porē babilon inter gētes? Et aſcēdit ſup babilo-
nē mare: multitudine fluctuū eius operta eſt.
Facte ſūt ciuitates eius ī ſtuporē: terra inhabi-
tabilis et deſerta: terra ī qua nullus habitet nec
trāſiet p eā filius hoīs. Et viſitabo ſup bel ī babi-
lone: et eiciā quod abſorbuerat de ore eius: et nō
cōfluēt ad eā vltra gētes. Siquidē et murus ba-
bilonis corruet. Egredimini de medio eius pp'ls
meus: ut ſaluet vnuſquiſq; animā ſuā ab ira
furoris dn̄i. Et ne forte molleſcat cor veſtrū: et
timeatis auditū qui audiet̄ ī terra. Et veniet ī
anno auditio· et poſt hunc annū auditio et ini-
quitas ī terra: et dn̄ator ſup dn̄atorē. Propte-
rea ecce dies veniūt· et viſitabo ſup ſculptilia ba-
bilonis: et om̄is terra eius cōfundet̄: et vniuerſi
interfecti eius cadēt ī medio eius. Et laudabūt
ſup babilonē celi et t̄re et oīa q̄ ī eis ſūt: q̄a ab aq̄
lone veniēt ei predones ait dn̄s. Et quomō fecit
babilon ut caderēt occiſi ī iſrl': ſic de babilone ca-
dēt occiſi ī vniuſa t̄ra. Qui fugitis gladiū veni-
te: nolite ſtare. Recordamini p̄cul dn̄i: et ihrl'z
aſcēdat ſup cor veſtrū. Cōfuſi ſumus: q̄m audi-
uimus obprobriū. Operuit ignominia facies
noſtras: q̄m venerūt alieni ſup ſācificacōnē do-
mus dn̄i. Propterea ecce dies veniūt ait dn̄s·
et viſitabo ſup ſculptilia eius: et ī om̄i terra eius
mugiet vulneratus. Si aſcēderit babilon ī celū
et firmauerit ī excelſo robur ſuū: a me venient
vaſtatores eius ait dn̄s. Vox clamoris de babi-
lone· et cōtritio magna de terra caldeoꝝ: q̄m vaſ-
tauit dn̄s babilonē et p̄didit ex ea vocē magnā:
et ſonabunt fluctus eoꝝ q̄ſi aque multe. Dedit
ſonitū vox eoꝝ: quia venit ſup eā id ē ſup babi-
lonē predo. Et app̄rehēſi ſūt fortes eius: et emar-
cuit arcus eoꝝ: quia fortis vltor dn̄s reddēs retri-
buet. Et inebriabo principes eius & ſapientes
eius: duces eius & magiſtratus eius & fortes
eius. Et dormiēt ſomnū ſempiternū: et nō exp-
giſcent̄ ait rex: dn̄s exercituū nomē eius. Hec di-
cit dn̄s exercituū. Murus babilonis ille altiſſi-
mus ſuffoſſione ſuffodiet̄: et porte eius excelſe ig-
ne cōburent̄: et labores p̄p̄loꝝ ad nichilū et gen-
tiū· ī ignē erūt et diſp̄ibūt. Verbū quod p̄cepit
ihieremias p̄pheta ſaraye filio nerie filij maaſie·
cū pergeret cū ſedechia rege in babilonē: ī anno
quarto regni eius. Saraias autē erat princeps
p̄phetie. Et ſcripſit ihieremias om̄e malū quod
venturū erat ſup babilonem ī libro vno: om̄ia
verba hec que ſcripta ſūt cōtra babilonē. Et dixit
ihieremias ad ſarayam. Cū veneris in babilonē
et videris & legeris om̄ia verba hec dices. Dn̄e
tu locutus es cōtra locū iſtū ut diſpderes eū: ne
ſit qui ī eo habitet ab hoīe uſq; ad pecus: et ſit p-
petua ſolitudo. Cūq; cōpleueris legere librū iſ-
tū: ligabis ad eū lapidē et p̄icies illū in mediū
eufraten: et dices. Sic ſubmerget̄ babilon: et nō
cōſurget a facie afflictōis quā ego adduco ſuper
eā: et diſſoluet̄. Hucuſq; v̄ba ihieremie. LII.

Filius viginti et vnius anni erat ſedechias
cum regnare cepiſſet: et vndecim annis
regnauit ī ihrl'm. Et nomē matris eius ami-
thal: filia ihieremie de lobna. Et fecit malū in
oculis dn̄i iuxta om̄ia que fecerat ioachim: q̄m
furor dn̄i erat ī ihrl'm: et ī iuda uſq;quo p̄iceret
eos a facie ſua. Et receſſit ſedechias a rege babi-
lonis. Factū eſt autē in anno nono regni eius
in mēſe decimo· decima die mēſis venit nabuch-
odonoſor rex babilonis ipē et om̄is exercitus eius
aduerſus iheruſalē et obſederūt eā: et edificaue-
rūt cōtra eā municōes ī circuitu: et fuit ciuitas
obſeſſa uſq; ad vndecimū annū regni ſedechie.
Menſe autē quarto nona die menſis obtinuit
fames ciuitatē: et nō erāt alimēta p̄p̄lo terre. Et
dirupta ē ciuitas· et om̄es viri bellatores eius fu-
gerūt: exierūtq; de ciuitate nocte p viā porte q̄ ē
inter duos muros et ducit ad ortū regis· caldeis
obſidētibꝫ vrbē in giro: et abierūt p viā que du-
cit ī heremū. Perſecutus ē autē caldeoꝝ exerci-
tus regē: et app̄rehenderūt ſedechiā in deſerto q̄d
ē iuxta ihericho: et om̄is comitatus eius diffugit

ab eo. Cũq3 comprehẽdiſſent regem adduxerũt
eũ ad regem babilonis ĩ reblatha que ẽ in terra
emath: et locutus ẽ ad eũ iudicia. Et iugulauit
rex babilonis filios ſedechie in oculis eius: ſed et
oẽs principes iuda occidit ĩ reblatha. Et oclos
ſedechie eruit: et vinxit eũ ĩ compedib. Et ad=
duxit eũ rex babilonis ĩ babilonẽ: et poſuit eũ ĩ
domo carceris uſq3 ad diẽ mortis eius. In mẽſe
aũt quĩto · decima mẽſis · ipſe eſt annus decimuſ=
nonus nabuchodonoſor regis babilonis: venit
nabuzardan princeps militie q̃ ſtabat corã rege
babilonis ĩ ihrl'm: et incẽdit domũ dñi et domũ
regis et omnes domus iheruſalẽ et omnẽ domũ
magnã igne cõbuſſit: Et totũ murũ iheruſalẽ
p circuitũ deſtruxit cũctus exercitus caldeoꝝ qui
erat cũ magiſtro militie. De pauperib aũt ppl'i
et de reliquo vulgo quod remãſerat ĩ ciuitate et
de perfugis qui trãſfugerãt ad regẽ babilonis et
ceteros de mł'titudine · trãſtulit nabuzardan prĩ
ceps militie: de pauperib vero terre reliquit na=
buzardan prĩceps militie vinitores et agricolas.
Colũnas q3 ereas que erãt ĩ domo dñi et baſes et
mare eneũ qđ erat ĩ domo dñi cõfregerũt caldei:
et tulerũt oẽs es eoꝝ ĩ babilonem. Et lebetes et
creagras et pſalteria et fialas et mortariola et oĩa
vaſa erea q̃ ĩ miniſterio fuerãt tulerũt: et ydrias
et thimiamateria et vrceos et pelues et cãdelabra
et mortaria et cyatos. Quotq̃t aurea aurea: et
quotq̃t argẽtea argẽtea. Tulit magiſter militie
colũnas duas et mare vnũ · et vitulos duodecim
ereos q̃ erãt ſub baſib: quas fecerat rex ſalomon
in domo dñi. Non erat põdus eris oĩm vaſoꝝ
hoꝝ. De colũnis autẽ: decẽ et octo cubiti altitu=
dinis erãt ĩ colũna vna: et funiculus duodecim
cubitoꝝ circuibat eam. Porro groſſitudo eius
quatuor digitoꝝ: et intrinſecus caua erat: et ca=
pitella ſup vtrãq3 erea. Altitudo capitelli vnius
quĩq3 cubitoꝝ: et retiacula et malagranata ſup
coronã in circuitũ: oĩa enea. Et fuerũt ma=
lagranata nonagintaſex dependentia: et oĩa
malagranata centũ retiaculis circũdabant. Et
tulit magiſter militie ſaraiã ſacerdotẽ primũ:
et ſophoniã ſacerdotẽ ſcđm: et tres cuſtodes veſti
buli. Et de ciuitate tulit eunuchũ vnũ qui erat
p̃poſitus ſup viros bellatores: et ſeptẽ viros de hijs
qui videbãt faciẽ regis qui inuẽti ſũt ĩ ciuitate:
et ſcribã principẽ militũ qui pbabat tyrones: et
ſexaginta viros de ppl'o terre q̃ inuẽti ſũt ĩ medio
ciuitatis. Tulit aũt eos nabuzardan magiſter
militie: et duxit eos ad regem babilonis in rebl=
latha. Et percuſſit eos rex babilonis: et interfecit
eos ĩ reblatha ĩ terra emath. Et trãſlatus ẽ iuda
de terra ſua. Iſte ẽ ppl'us quẽ trãſtulit nabucho
donoſor ĩ anno ſeptimo: iudeos tria milia · et vi=
gintitres. In anno octauodecimo nabuchodo=
noſor trãſtulit de ihrl'm aĩas octingẽtaſtriginta=
duas. In anno viceſimotercio nabuchodonoſor
trãſtulit nabuzardan magiſter militie aĩas iu=
deoꝝ ſeptingẽtas quadragĩta quĩq3. Oẽs ergo
aĩe: quatuor milia ſexcẽte. Et factũ eſt ĩ triceſi=
moſeptimo anno trãſmigracõis ioachin regis
iuda duodecimo mẽſe viceſima quĩta mẽſis ele=
uauit euilmerodach rex babilonis ipo anno reg
ni ſui caput ioachin regis iude · Et eduxit eũ de
domo carceris: et locutus ẽ cũ eo bona. Et poſuit
thronũ eius ſup thronos regũ qui erãt poſt ſe in
babilonẽ: et mutauit veſtimẽta carceris eius: et
comedebat panẽ corã eo ſẽp cũctis dieb vite ſue.
Et cibaria eius cibaria ppetua dabant ei a rege
babilonis ſtatuta per ſingulos dies: uſq3 ad diẽ
mortis ſue cũctis dieb vite eius.

Incipiunt lamentacões iheremie pphete.

ET factũ eſt poſtq3 ĩ captiui=
tatẽ redactus ẽ iſrl' et ihrl'm
deſerta ẽ: ſedit iheremias p=
pheta flens et plãxit lamẽta=
tione hac ĩ ihrl'm: et amaro
aĩo ſuſpirãs et eiulãs dixit.
Aleph · Quomodo
ſedet ſola ciuitas plena pplo: Facta ẽ q̃ſi vidua
dña gẽtiũ: prĩceps puĩciaꝝ facta ẽ ſub tributo.
Beth · Plorãs plorauit ĩ nocte: et lacrime
eius in maxillis eius. Nõ eſt qui cõſolet eã: ex
oĩb caris eius. Oẽs amici eius ſpreuerũt eã:
et facti ſũt ei inimici. Gymel · Migrauit iu=
das pter afflictionẽ et multitudinẽ ſeruitutis.
Habitauit inter gẽtes: nec inuenit requiẽ. Om
nes pſecutores eius apprehẽderũt eã inter anguſ=
tias. Delech · Vie ſyon lugẽt: eo quod nõ
ſint qui veniãt ad ſolẽnitatẽ. Oẽs porte eius
deſtructe: ſacdotes eius gemẽtes. Virgines eius
ſqualide: et ipa oppreſſa amaritudine. He ·
Facti ſũt hoſtes eius ĩ capite: et inimici eius lo
cupletati ſũt: q̃a dñs locutus ẽ ſup eã pter mlti=
tudinẽ iniquitatum eius. Paruuli eius ducti
ſũt ĩ captiuitatẽ: ante faciẽ tribulãtis. Vau ·
Et egreſſus eſt a filia ſyon omnis decor eius.

Facti ſunt principes eius velut arietes non in-
uenientes paſcua: et abierũt abſq; fortitudine
ante faciem ſubſequentis. **Zay.** Recordata eſt
ihrl'm dierũ afflictõis ſue. et p̄uaricatõis oĩm de-
ſiderabiliũ ſuorũ que habuerat a diebꝰ antiquis:
cũ caderet pp̄lus eius ĩ manu hoſtili: et nõ eſſet
auxiliator. Viderũt eã hoſtes: et deriſerũt ſab-
bata eius. **Heth.** Peccatũ peccauit ihrl'm:
propterea inſtabilis facta ẽ. Oĩnes qui glorifica-
bãt eã ſpreuerũt illã: quia viderũt ignominiã
eius. Ipſa aũt gemẽs: et cõuerſa retrorſũ. **Teth.**
Sordes eius ĩ pedibꝰ eius: nec recordata eſt finis
ſui. Depoſita ẽ vehemẽter: nõ habẽs cõſolatorẽ.
Vide dñe afflictionẽ meã: qm̃ erectus ẽ inimi-
cus. **Ioth.** Manũ ſuã miſit hoſtis ad oĩnia
deſiderabilia eius: quia vidit gẽtes ingreſſas ſãc-
tuariũ ſuũ: de quibꝰ p̄ceperas ne intrarẽt ĩ eccle-
ſiam tuã. **Caph.** Oĩnis pp̄lus eius gemẽs: et
querẽs panẽ. Dederũt precioſa queq; p̄ cibo: ad
refocillandã animã. Vide dñe et cõſidera: qm̃
facta ſũ vilis. **Lamech.** O vos oĩnes q̃ trãſitis
p̄ viã attẽdite et videte: ſi ẽ dolor ſicut dolor me-
us. Qm̃ vindemiauit me ut locutus ẽ dñs: in
die ire furoris ſui. **Mem.** De excelſo miſit ig-
nẽ ĩ oſſibꝰ meis: et erudiuit me. Expãdit rethe
pedibꝰ meis: cõuertit me retrorſũ. Poſuit me
deſolatã: tota die merore cõfectã. **Num.** Vigila-
uit iugũ iniquitatũ mearũ ĩ manu eius: cõuo-
lute ſunt et impoſite collo meo. Infirmata eſt
virtus mea: dedit me dñs ĩ manũ de qua nõ po-
tero ſurgere. **Samech.** Abſtulit oĩnes mag-
nificos meos dñs de medio mei: vocauit aduer-
ſũ me tẽpus: ut cõtereret electos meos. Torcu-
lar calcauit dñs virgini filie iuda. **Ayn.** Ideir-
co ego plorãs et oculus meus deducẽs aquas: quia
lõge factus ẽ a me cõſolator: cõuertẽs aĩaʒ meã.
Facti ſũt filij mei p̄diti: qm̃ inualuit inimi-
cus. **Phe.** Expãdit ſyon manus ſuas: nõ eſt
qui cõſoletᷣ eã. Mandauit dñs aduerſũ iacob:
in circuitu eius hoſtes eius. Facta ẽ ihrl'm q̃ſi
polluta mẽſtruis inter eas. **Sade.** Iuſtus eſt
dñs: q̃a os eius ad iracũdiã p̄uocaui. Audite
obſecro vniuerſi pp̄li: et videte dolorẽ meũ. Vir-
gines mee et iuuenes mei abierũt ĩ captiuitatẽ.
Coph. Vocaui amicos meos: et ipſi deceperũt
me. Sacerdotes mei et ſenes mei ĩ vrbe conſũpti
ſũt: quia queſierũt cibũ ſibi ut refocillarẽt aĩas
ſuas. **Res.** Vide dñe qm̃ tribulor: tribulatus
ẽ vẽter meus. Subuerſũ ẽ cor meũ ĩ memetipſo:
quoniam amaritudine plena ſũ. Foris inter-
ficit gladius: et domi mors ſimilis eſt. **Sen.**
Audierũt q̃a ingemiſco ego: et nõ eſt q̃ cõſoletᷣ
me. Oĩnes inimici mei audierũt malũ meũ:
letati ſũt qm̃ tu feciſti. Adduxiſti diẽ cõſolatõ-
nis: et fient ſilẽs mei. **Tau.** Ingrediatᷣ oĩne
malũ eorũ corã te: et deuindemia eos ſicut vinde-
miaſti me p̄pter oĩnes iniquitates meas. Mul-
ti enĩ gemitus mei: et cor meũ merẽs. **Aleph.**

Quomõ obtexit caligine ĩ furore **II.** [illegible]
ſuo dñs filiã ſyon. Proiecit de celo in
terrã inclitã iſrl': et nõ eſt recordatus ſcabelli pe-
dũ ſuorũ ĩ die furoris ſui. **Beth.** Precipitauit
dñs nec pepercit oĩa ſpecioſa iacob: deſtruxit
in furore ſuo munitiões virginis iuda et deiecit
ĩ terrã: polluit regnũ et principes eius. **Gymel.**
Cõfregit ĩ ira furoris ſui oĩne cornu iſrl': auertit
retrorſũ dexterã ſuã a facie inimici: et ſuccẽdit ĩ
iacob q̃ſi ignẽ flãme deuorãtis ĩ giro. **Delech.**
Tetẽdit arcũ ſuũ q̃ſi inimicus: firmauit dexte-
rã ſuã q̃ſi hoſtis: et occidit omne q̃d pulcrũ erat
viſu. In tabernaculo filie ſyon effudit q̃ſi ignẽ
indignationẽ ſuã. **He.** Factus ẽ dñs velut in-
imicus. precipitauit iſrl'. Precipitauit oĩa
menia eius: diſſipauit munitões eius: et reple-
uit ĩ filia iuda humiliatũ et humiliatã. **Vau.**
Et diſſipauit q̃ſi ortũ tẽtoriũ ſuũ: demolitus eſt
tabernacl'm ſuũ. Obliuioni tradidit dñs ĩ ſyon
feſtiuitatẽ et ſabbatũ: et ĩ obprobriũ et ĩ indig-
nationẽ furoris ſui regẽ & ſacerdotem. **Zay.**
Repulit dñs altare ſuũ: maledixit ſãctificatõi
ſue: tradidit ĩ manus inimici muros turrium
eius. Vocẽ dederũt ĩ domo dñi: ſicut ĩ die ſolẽni.
Heth. Cogitauit dñs diſſipare murũ filie ſyon:
tetendit funiculũ ſuũ et nõ auertit manũ ſuã a
p̄ditõe. Luxitq; ante murale: et murus pariter
diſſipatus eſt. **Theth.** Defixe ſũt in terra porte
eius: perdidit et cõtriuit vectes eius: regẽ eius et
principes eius ĩ gẽtibꝰ. Nõ ẽ lex: et p̄phete eius
nõ inuenerũt viſionẽ a dño. **Ioth.** Sederũt in
terra: cõticuerũt ſenes filie ſyon: cõſperſerũt ci-
nere capita ſua. Accincti ſũt cilicijs. abiecerũt
in terra capita ſua virgines ihr'ſalẽ. **Coph.**
Defecerũt pre lacrimis oculi mei: cõturbata ſũt
viſcera mea. Effuſũ eſt ĩ terra iecor meũ ſup cõ-
tritionẽ filie pp̄li mei: cũ deficeret paruulus &
lactẽs ĩ plateis oppidi. **Lamech.** Matribꝰ ſuis
dixerũt vbi ẽ triticũ et vinũ: cũ deficerẽt q̃ſi vul-
nerati in plateis ciuitatis: cũ exalarẽt aĩas ſuas

in ſinu matrum ſuaꝝ. Mem. Cui comparabo
te. uel cui aſſimilabo te filia ihrl'm: Cui exequa-
bo te. et cõſolabor te virgo filia ſyon: Magna
enim velut mare cõtritio tua. Quis medebit̃ tui:
Nun. Prophete tui viderũt tibi falſa et ſtul-
ta: nec aperiebãt iniquitatẽ tuã: ut te ad penitẽ-
tiã ꝓuocarẽt. Viderũt autẽ tibi aſſumptiones
falſas et eieccões. Samech. Plauſerũt ſup te
manibꝫ oĩes trãſeũtes ꝑ viã: ſibilauerũt et mo-
uerũt capita ſua ſup filiã ihrl'm: heccine ẽ vrbs
dicẽtes ꝑfecti decoris: gaudiũ vniuerſe terre. Ain.
Aperuerũt ſup te os ſuũ omnes inimici tui: ſi-
bilauerũt et fremuerũt dẽtibꝫ ſuis: et dixerũt de-
uorabimus. Iſta ẽ dies quẽ expectabamus:
inuenimus. vidimus. Fe. Fecit deus q̃ cogi-
tauit: cõpleuit ſermonẽ ſuũ quẽ p̃ceperat a diebꝫ
antiquis. Deſtruxit et nõ pepcit: letificauit ſup
te inimicũ: et exaltauit cornu hoſtiũ tuoꝝ. Sadech.
Clamauit cor eoꝝ ad dñm: ſup muros filie ſy-
on. Deduc q̃ſi torrentẽ lacrimas ꝑ diẽ et noctẽ:
nõ des requiẽ tibi: neqꝫ taceat pupilla ocl'i tui.
Coph. Cõſurge: lauda ĩ nocte ĩ principio vigi-
liaꝝ: effũde ſicut aquã cor tuũ ãte cõſpectũ dñi.
Leua ad eũ manus tuas ꝓ aĩa paruuloꝝ tuoꝝ:
qui fame pereũt ĩ capite oĩm compitoꝝ. Res.
Vide dñe et conſidera: quẽ vindemiaueris ita.
Ergo ne comedẽt mulieres fructũ ſuũ: paruu-
los ad menſurã palme: Si occidit̃ in ſãctuario
dñi: ſacerdos et ꝓpheta: Sin. Iacuerũt in terra
foris puer et ſenex: virgines mee et iuuenes mei
ceciderũt ĩ gladio interfeciſti ĩ die furoris tui: ꝑ-
cuſſiſti: nec miſertus es. Thau. Vocaſti q̃ſi diẽ
ſolemnẽ qui terrerẽt me de circuitu: et nõ fuit in
die furoris dñi q̃ effugeret et relinqueret̃. Quos
educaui et enutriui: inimicus meus conſũpſit

Ego vir vidẽs pau-. III. Aleph. Ceos.
pertatẽ meã: ĩ virga indignacõis eius.
Aleph. Me minauit et adduxit ĩ tenebris: et nõ
in lucẽ. Aleph. Tantũ in me vertit: et cõuertit
manũ ſuã tota die. Beth. Vetuſtã fecit pellem
meã et carnẽ meã: contriuit oſſa mea. Beth.
Edificauit in giro meo: et circũdedit me felle et
labore. Beth. In tenebroſis collocauit me: q̃ſi
mortuos ſempiternos. Gimel. Circũedificauit
aduerſũ me ut nõ egrediar: aggrauauit com-
pedẽ meũ. Gimel. Sed et clamauero et cũ roga-
uero: excluſit orationẽ meã. Gimel. Concluſit
vias meas lapidibꝫ quadris: ſemitas meas ſub-
uertit. Deleth. Vrſus inſidiãs factus ẽ michi:
leo ĩ abſcõdito. Daleth. Semitas meas ſubuertit
et confregit me: poſuit me deſolatam. Daleth.
Tetẽdit arcũ ſuũ: et poſuit me q̃ſi ſignũ ad ſa-
gittã. Miſit in renibꝫ meis filias pharetre
ſue. He. Factus ſũ in deriſũ oĩm ꝓpl'o meo:
cãticũ eoꝝ tota die. He. Repleuit me amaritu-
dinibꝫ: inebriauit me abſinthio. Vau. Et fre-
git ad numeꝝ dẽtes meos: cibauit me cinere. Vau.
Et repulſa eſt aĩa mea: oblitus ſũ bonoꝝ. Vau.
Et dixi ꝑijt finis meus et ſpes mea a dño. Zai.
Recordare paupertatis et trãſgreſſionis mee: ab-
ſinthij et fellis. Zai. Memoria memor ero: et
tabeſcet in me anima mea. Zai. Hoc recolẽs in
corde meo: ideo ſperabo. Heeth. Miſericordie do-
mini quia non ſumus conſumpti: quia non
defecerũt miſericõnes eius. Heeth. Noui dilu-
culo: multa eſt fides tua. Heeth. Pars mea dñs
dixit aĩa mea: ꝓpterea expectabo eum. Theth.
Bonus eſt dñs ſperãtibꝫ in eũ: aĩe quereti illũ.
Bonũ ẽ p̃ſtolari cũ ſilentio ſalutare dñi.
Theth. Bonũ eſt viro: cum portauerit iugũ ab
adoleſcẽtia ſua. Ioth. Sedebit ſolitarius et tace-
bit: q̃a leuauit ſe ſup ſe. Ioth. Ponet ĩ puluere
os ſuũ: ſi forte ſit ſpes. Ioth. Dabit percutiẽti ſe
maxillã: ſaturabit̃ opprobrijs. Caph. Quia
nõ repellet in ſempiternũ dñs. Caph. Quia ſi
abiecit et miſerebit̃: ſcðm multitudinẽ miſericor-
diaꝝ ſuaꝝ. Caph. Non enĩ humiliauit ex corde
ſuo: et abiecit filios hoĩm. Lamech. Vt cõtereret
ſub pedibꝫ ſuis omnes vinctos terre. Lamech. Vt
declinaret iudiciũ viri: in cõſpectu vultus altiſ-
ſimi. Lamech. Vt ꝑuerteret hoĩem ĩ iudicio ſuo:
dñs ignorauit. Mem. Quis ẽ iſte qui dixit ut
fieret: dño nõ iubẽte: Mem. Ex ore altiſſimi nõ
egredient̃: nec mala nec bona: Mem. Quid
murmurauit homo viuẽs: vir ꝓ peccatis ſuis:
Nun. Scrutemur vias noſtras: et q̃ramus et
reuertamur ad dñm. Nun. Leuemus corda nr̃a
cũ manibꝫ: ad dñm ĩ celos. Nun. Nos iniq̃
egimus et ad iracũdiã ꝓuocauimus: idcirco tu
inexorabilis es. Samech. Operuiſti ĩ furore et per-
cuſſiſti: occidiſti nec pepaſti. Samech. Oppoſuiſti
nubẽ tibi: ne trãſeat oracõ. Samech. Eradicationẽ
et abiectionẽ poſuiſti me: ĩ medio ꝓpl'oꝝ. Fe.
Aperuerũt ſup nos os ſuũ oĩes inimici. Fe.
Formido et laqueus facta ẽ nobis vaticinatio
et cõtritio. Fe. Diuiſiones aq̃ꝝ deduxit oculus
meus: ĩ contricõne filie ꝓpli mei. Ain. Oculus
meus afflictus ẽ nec tacuit: eo q̃ nõ eſſet requies.

Am. Myn. Donec reſpiceret & videret deus de celis.
Am. Myn Oculus meus depredatus eſt aīam meā: in cūctis filiab; vrbis mee. Sadech. Venacōne ce
perūt me q̄ſi auem inimici mei gratis. Sadech.
Lapſa ē ī lacū vita mea: et poſuerūt lapidē ſup
me. Sadech Inundauerūt aque ſup caput meū:
dixi perij. Coph. Inuocaui nomen tuū dn̄e: de
lacu nouiſſimo. Coph. Vocem meā audiſti: ne
auertas aurē tuā a ſingultu meo et clamorib;.
Coph. Appropinquaſti in die quādo inuocaui
te: dixiſti ne timeas. Res. Iudicaſti dn̄e cauſā
aīe mee: redēptor vite mee. Res. Vidiſti dn̄e
iniquitatē illoꝝ aduerſum me: iudica iudiciū
meū. Res Vidiſti omnē furorē: vniuerſas co-
gitacōnes eoꝝ aduerſū me. Sin. Audiſti op-
probriū eoꝝ dn̄e: oīes cogitacōnes aduerſū me.
Sin. Labia inſurgentiū michi et meditacōnes
Sin eoꝝ: aduerſū me tota die. Seſſionē eoꝝ et reſur-
reccōēʒ vide: ego ſū pſalmus eoꝝ. Thau Red-
des eis vicē dn̄e: iuxta opa manuū ſuaꝝ. Thau
Dabis eis ſcutū cordis: laborē tuū. Thau. Per-
ſequeris in furore: et conteres eos ſub celis dn̄e.

Quomō obſcuratū. IIII. Aleph.
eſt aurū: mutatus ē color optimus: diſ-
perſi ſūt lapides ſāctuarij ī capite oīm plateaꝝ.
Beth. Filij ſyon incliti et amicti auro primo:
quomō reputati ſūt ī vaſa teſtea: opus manuū
figuli. Gimel Sed et lamie nudauerūt mammā
lactauerūt catulos ſuos. Filia ppl̄i mei crude-
lis: q̄ſi ſtrucio ī deſerto. Delech Adheſit lingua
lactētis ad palatū eius in ſiti: paruuli petierūt
panē: et nō erat qui frāgeret eis. He Qui veſ-
cebant̄ voluptuoſe interierūt ī vijs: qui nutrie-
bant̄ ī croceis amplexati ſūt ſtercora. Vau. Et
maior effecta ē iniquitas filie ppl̄i mei peccato
ſodomoꝝ: q̄ ſubuerſa ē ī momēto: et nō ceperūt
in ea manus. Zay. Candidiores nazarei eius
niue: nitidiores lacte: rubicūdiores ebore anti-
quo: ſaphiro pulcriores. Heth. Denigrata ē ſup
carbones facies eoꝝ: et nō ſūt cogniti ī plateis.
Adheſit cutis eoꝝ oſſib;: aruit et facta ē q̄ſi lig-
nū. Tech. Melius fuit occiſis gladio q̄ȝ interfec-
tis fame: quī iſti extabuerūt conſūpti a ſterilita-
te terre. Ioth. Manus mlīeꝝ miſericordiū coxe-
rūt filios ſuos: facti ſūt cib; eaꝝ ī cōtricōne filie
ppl̄i mei. Caph. Cōpleuit dn̄s furorē ſuū: effu-
dit irā indignacōis ſue. Et ſuccēdit ignē ī ſyō:
et deuorauit fūdamēta eius. Lamech Nō credide-
runt reges terre et vniuerſi habitatores orbis:
quoniam ingrederet̄ hoſtis et inimicus p portas
ihrl'm. Mem. Propter peccata pphetaꝝ eius et
iniquitas ſacerdotū eius: qui effuderūt ī medio
eius ſāguinē iuſtoꝝ. Nun. Errauerūt ceci ī pla-
teis: polluti ſūt ſāguine. Cūq̄ȝ nō poſſēt: tenue-
rūt lacinias ſuas. Samech Recedite polluti cla-
mauerūt eis: recedite abite: nolite tāgere. Iur-
gati quippe ſūt et cōmoti dixerūt: inter gētes nō
addet vltra ut inhabitet ī eis. Fe. Facies dn̄i
diuiſit eos: non addet ut reſpiciat eos. Facies
ſacerdotū nō erubuerūt: neq̄ȝ ſenū miſerti ſūt.
Hay Cū adhuc ſubſiſteremus defecerūt ocl'i nr̄i
ad auxiliū noſtrū vanū: cū reſpiceremus attēti
ad gentē que ſaluare nō poterat. Sade. Lubri-
cauerūt veſtigia noſtra ī itinere plateaꝝ nr̄aꝝ:
appropinq̄uit finis noſter: cōpleti ſūt dies nr̄i:
q̄a venit finis noſter. Coph. Velociores fuerūt
pſecutores nr̄i aquilis celi: ſup mōtes pſecuti ſūt
nos: ī deſerto inſidiati ſūt nobis. Res. Spiritus
oris nr̄i criſtus dn̄s captus ē in peccatis nr̄is: cui
diximus: ī vmbra tua viuemus ī gētib;. Syn.
Gaude et letare filia edom que habitas in terra
hus. Ad te q̄ȝ perueniet calix: inebriaberis atq̄ȝ
nudaberis. Tau. Cōpleta ē iniquitas tua filia
ſyon: nō addet vltra ut trāſmigret te. Viſita-
bit iniq̄tatē tuā filia edom: diſcooperiet pccā tua.

Incipit oratio Iheremie pphete. C. V. a

Recordare dn̄e q̄d acciderit nobis: intue-
re et reſpice obpprobriū noſtrū. b Heredi-
tas nr̄a verſa ē ad alienos: domus nr̄e
ad extraneos. Pupilli facti ſumus abſq̄ȝ pr̄e:
matres nr̄e q̄ſi vidue. Aquam noſtrā pecunia
bibimus: ligna nr̄a precio cōparauimus. Cer-
uicib; minabam̄: laſſis nō dabat̄ reqes. Egipto
dedimus manū et aſſirijs: ut ſaturem̄ pane.
Patres nr̄i peccauerūt et nō ſūt: et nos iniq̄-
tatē eoꝝ portauimus. Serui dn̄ati ſunt nr̄i: nō
fuit qui redimeret de manu eoꝝ. In manibus
nr̄is afferebamus panē: nobis a facie gladij in
deſerto. Pellis nr̄a q̄ſi clibanus exuſta ē: a fa-
cie tēpeſtatū famis. Mulieres ī ſyon humiliaue-
rūt: et virgines in ciuitatib; iuda. Principes
manu ſuſpenſi ſūt: facies ſenū nō erubuerunt.
Adoleſcētib; impudice abuſi ſūt: et pueri ī lig-
no corruerūt. Senes defecerūt de portis: iuuenes XIII Senes
de choro pſallentiū. Defecit gaudiū cordis nr̄i:
verſus ē in luctū chorus noſter. Cecidit corona
capitis nr̄i: ve nobis quia peccauimus. Prop-
terea meſtū factum eſt in dolore cor noſtrum:

peo cōtenebrati ſūt oculi nr̄i. Propter montē
ſyō q̄a diſperijt: vulpes ambulauerūt ī eo. Tu
autē dn̄e ineternū pmanebis: ſoliū tuū in ge-
neratione et generacōez. Quare inppetuū ob-
liuiſceris nr̄i: derelinques nos ī lōgitudinē dieꝝ?
A Cōuerte nos dn̄e ad te et cōuertemur: innoua
dies noſtros ſicut a principio. B Sed proiciēs re-
puliſti nos: iratus es contra nos vehementer.

Explicit Iheremias propheta.

Incipit prologus in libro Baruch pphe.

Liber iſte qui baruch noīe ṗnotatr̄
ī hebreo canone nō habetr̄ ſʒ tātum
in vulgata editione: ſimiliter &
epiſtola iheremie. Propter noticiā autē legen-
tiū hic ſcripta ſūt: q̄a multa de criſto nouiſſimiſqʒ
tēporibꝫ indicāt.

Incipit liber Baruch pphe. I

Et hec v̄ba libri que ſcripſit
baruch filius nerie filij maa-
ſie filij ſedechie filij ſedei filij
helchie ī babilonia in anno
quīto ī ſeptima die menſis:
in tēpore quo ceperūt caldei
ihrl'm et ſuccēderūt eā igni.
Et legit baruch v̄ba libri huius ad aures iech-
onie filij ioakim regis iuda et ad aures vniuerſi
ppl'i venīētis ad librū: et ad aures potentiū filioꝝ
regū. et ad aures preſbiteroꝝ et ad aures ppl'i a
minimo uſqʒ ad maximū eoꝝ: oīm habitantiū
in babilonia ad flumē ſedi. Qui audiētes plo
rabāt et ieiunabāt: et orabāt ī cōſpectu dn̄i. Et
collegerūt pecuniā ī cōſpectu dn̄i: ſcdm q̄ potuit
vniuſcuiuſqʒ manus. Et miſerūt in ihrl'm ad
ioakim filiū helchie filij ſalon ſacerdotem: et ad
ſacerdotes et ad omnē ppl'm qui inuēti ſūt cū eo
in iheruſalē: cū acciperēt vaſa tēpli dn̄i que ab-
lata fuerāt de tēplo reuocare ī terrā iuda. decima
die mēſis ſyban. vaſa argētea que fecit ſedechias
filius ioſie rex iuda poſtea q̄ʒ accepiſſet nabuch-
odonoſor rex babilonis iheconiā et principes &
et vīctos et potētes et ppl'm terre ab ihrl'm: et dux-
it eos vinctos ī babilonē. Et dixerūt. Ecce mi-
ſimus ad vos pecunias: de quibꝫ emite olocauſ-
tomata et thus et facite manna: et offerte ꝓ pec
cato ad aram dn̄i dei nr̄i. Et orate pro vita na-
buchodonoſor regis babilonie et ꝓ vita baltha-
ſar filij eius: ut ſint dies eoꝝ ſicut dies celi ſuper
terrā: ut det dn̄s virtutē nobis et illuminet ocu
los nr̄os: ut viuamus ſub vmbra nabuchodono
ſor regis babilonis & ſub vmbra balthaſar filij
eius: et ſeruiamus eis multis diebꝫ. et inueniā-
mus gratiam in cōſpectu eoꝝ. Et ꝓ nobis ipſis
orate ad dn̄m deū noſtrū quia peccauimus dn̄o
deo nr̄o: et nō eſt auerſus furor eius a nobis uſqʒ
in hūc diē. Et legite librū iſtū quē miſimus ad
vos recitari ī templo dn̄i in die ſolemni: et ī die
oportuno. Et dicetis. Dn̄o iuſticia: nobis aūt
cōfuſio faciei noſtre ſicut ē dies hec: oīni iuda et
habitātibꝫ ihrl'm regibꝫ nr̄is et principibꝫ nr̄is
ſacerdotibꝫ et ꝓphetis nr̄is. et pr̄ibꝫ nr̄is. Pecca
uimus ante dn̄m deū nr̄m et nō credimus diffi-
dētes in eū: et nō ſumus ſubiectibiles illi: et nō
obaudiuimus vocē dn̄i dei nr̄i ut āmbularemus
ī mādatis eius q̄ dedit nobis. A die qua eduxit
pr̄es nr̄os de terra egipti uſqʒ ad diē hāc eramus
incredibiles ad dn̄m deū nr̄m: et diſſipati receſ-
ſimus ne audiremus vocē ipſius. Et adheſerūt
nobis multa mala et maledicōes que cōſtituit
dn̄s moyſi ſeruo ſuo: qui eduxit pr̄es nr̄os de ter
ra egipti dare nobis terrā fluentē lac et mel: ſi-
cut hodierna die. Et nō audiuimus vocem dn̄i
dei nr̄i ſcdm oīa verba ꝓphetaꝝ quos miſit ad
nos et ad iudices nr̄os: et abiuimus vnuſquiſqʒ
in ſenſū cordis nr̄i maligni opari dijs alienis:
faciētes mala ante oculos dn̄i dei nr̄i. II

Propter qḋ ſtatuit dn̄s deus noſter verbū
ſuū quod locutus ē ad nos: et ad iudices
nr̄os q̄ iudicauerūt ī iheruſalē et ad reges nr̄os
et ad principes nr̄os et ad omnē iſrl' et iuda: ut
adduceret dn̄s ſup nos mala magna que nō ſūt
facta ſub celo queādmodū facta ſūt in iheruſalē
ſcdm que ſcripta ſūt ī lege moyſi ut māducaret
homo carnes filij ſui et carnes filie ſue. Et dedit
eos ī manu regū oīm qui ſūt in circuitu nr̄o in
impperiū et ī deſolacōez: et ī oībꝫ ppl'is ī quibꝫ
nos diſpſit dn̄s. Et facti ſumus ſubtus et nō ſu-
pra: quia peccauimus dn̄o deo noſtro. nō obau-
diēdo voci ipſius. Dn̄o deo nr̄o iuſticia: nobis
autē et patribꝫ noſtris cōfuſio faciei ſicut ē dies
hec. Quia locutus ē deus ſup nos oīa mala
hec q̄ venerūt ſup nos: et nō ſumus depcati faciē
dn̄i dei nr̄i ut reuerteremur vnuſquiſqʒ noſtrū
a vijs nr̄is peſſimis. Et vigilauit dn̄s ī malis:
et adduxit ea ſup nos: q̄a iuſtus ē dn̄s ī oībꝫ
opibꝫ ſuis q̄ mādauit nobis: et nō audiuimus
vocē ipſius: ut iremus in ṗceptis dn̄i que edidit
ante faciē noſtrā. Et nūc dn̄e deus iſrl' q̄ eduxiſ
ti ppl'm tuū de terra egipti in manu valida et in
ſignis et in prodigijs et in virtute tua magna

et in brachio excelſo: et feciſti tibi nomē ſicut eſt
dies iſta: peccauimus · impie geſſimus inique
egimus dñe deus noſter: ī oībꝫ iuſticijs tuis.
Auertat̾ ira tua a nobis: quia derelicti ſumus
pauci inter gētes vbi diſpſiſti nos. Exaudi dñe
preces noſtras et oracōnes noſtras: et educ nos
ꝓpter te: & da nobis inuenire gratiā ante faciē
eoꝝ qui nos abduxerūt: ut ſciat oīs terra q̄a
tu es dñs deus noſter: et q̄a nomē tuū inuocatū
eſt ſup iſrl' et ſup genus ipſius. Reſpice dñe de
domo ſācta tua ī nos: et inclina aurē tuā et ex-
audi nos. Aperi oculos tuos et vide: quia nō
mortui qui ſūt ī inferno · quoꝝ ſpiritus acceptus
eſt a viſceribꝫ ſuis dabūt honorē et iuſtificationē
dño: ſed aīa que triſtis ē ſup magnitudinē mali
et incedit curua et ī infirmis et cuius oculi defici-
entes: et aīa eſuriēs dat tibi gl'aꝫ et iuſticiā dño:
q̄a nō ſcdm iuſticias patrū nr̄oꝝ nos fūdimus
p̄ces et petimus miſericordiā ante cōſpectū tuū
dñe deus noſter: ſꝫ quia miſiſti irā tuā et furorē
tuū ſuper nos: ſicut locutus es ī manu pueroꝝ
tuoꝝ ꝓphetaꝝ dicens. Sic dicit dñs. Inclinate
humeꝝ veſtrū et ceruicem veſtrā: et operā facite
regi babilonis: et ſedebitis ī terra quā dedi patri
bus veſtris. Quod ſi nō feceritis nec audieritis
vocē dñi dei vr̄i operari regi babilonie defeccōes
veſtrā faciā de ciuitatibꝫ iuda et a foris ihr'lm:
et auferā a vobis vocē iocūditatis et vocē gaudij
et vocē ſpōſi et vocē ſpōſe: et erit oīs terra ſine veſ
tigio ab inhabitantibꝫ eā. Et nō audierūt vocē
tuā ut operarent̾ regi babilonis: et ſtatuiſti v̾ba
tua q̄ locutus es ī manibꝫ pueroꝝ tuoꝝ ꝓphetaꝝ:
ut trāſferent̾ oſſa regū noſtroꝝ et oſſa patrum
nr̄oꝝ de loco ſuo. Et ecce ſūt ꝓiecta ī calore ſolis
et ī gelu noctis: et mortui ſūt ī doloribꝫ peſſimis
ī fame et ī gladio et emiſſione. Et poſuiſti tēplū
in quo inuocatū eſt nomē tuū in ipſo ſicut hec
dies: ꝓpter iniq̄tatē domus iſrl' et domus iuda.
Et feciſti ī nobis dñe deus noſter ſcdm omnem
bonitatē tuā et ſcdm omnē miſerationē tuā illā
magnā ſicut locutus es ī manu pueri tui moy-
ſi: ī die qua p̄cepiſti ei ſcribere legē tuā corā filijs
iſrl' dicēs. Si nō obaudieritis vocē meā · multi-
tudo hec magna cōuertet̾ in minimā gentē qū
eos diſpgam: quia ſcio q' me nō audiet ꝓplus.
Populus eſt enī dura ceruice. Et cōuertet̾ ad
cor ſuū ī terra captiuitatis ſue: et ſciēt quia ego
ſū dñs deus eoꝝ. Et dabo eis cor et intelligent: et
aures & audient. Et laudabunt me in terra
captiuitatis ſue: et memores erunt noīs mei.
Et auertēt ſe a dorſo ſuo duro et a malignitati-
bꝫ ſuis: quia reminiſcent̾ viam patrū ſuoꝝ qui
peccauerūt ī me. Et reuocabo illos ī terrā quā
iuraui patribꝫ illoꝝ abraham yſaac et iacob: et
dn̄abunt̾ eius. Et multiplicabo eos: et nō mino-
rabunt̾. Et ſtatuā illis teſtamentū alteꝝ ſempi-
ternū: ut ſim illis ī deū: et ipſi erūt michi ī ꝓplm.
Et nō mouebo amplius populum meū filios
iſrahel a terra quam dedi eis. III.

Et nūc dñe deus iſrl': aīa ī anguſtijs et ſpi-
ritus anxius clamat ad te. Audi dñe
et miſerere q̄a deus es miſericors: et miſerere nr̄i
quia peccauimus ante te. Quia tu ſedes ī ſem-
piternū: et nō peribimus ī euū? Dñe deus oīi-
potēs deus iſrl' audi nūc orationē mortuoꝝ iſrl'
et filioꝝ ipſoꝝ: q̄a peccauerūt ante te et nō audie-
runt vocē dñi dei ſui: et agglutinata ſūt nobis
mala. Noli meminiſſe iniquitatis patrū noſ-
troꝝ: ſed memēto manus tue et noīs tui ī tem-
pore iſto: quia tu es deus deus noſter et laudabi-
mus te dñe: quia ꝓpter hoc dediſti timorē tuū in
cordibꝫ noſtris · et ut inuocemus nomen tuū et
laudemus te ī captiuitate nr̄a: q̄a cōuertim̾ ab
iniquitate patrū noſtroꝝ q̄ peccauerūt ante te.
Et ecce nos ī captiuitate nr̄a ſumus hodie quo
nos diſperſiſti ī imꝓperiū et ī maledictōes et ī pccm
ſcdm oēs iniquitates patrū noſtroꝝ: qui diſ-
ceſſerūt a te dñe deus noſter. Audi iſrl' mādā-
ta vite: auribꝫ ꝑcipe ut ſcias prudentiā. Quid
ē iſrl' q' ī terra inimicoꝝ es? Inueteraſti ī terra
aliena: coīquinatus es cū mortuis. Deputatus
es cū deſcēdentibꝫ ī infernū: dereliquiſti fontē ſa-
piētie. Nam ſi ī via dei ambulaſſes: habitaſſes
vtiq̄ ī pace ſup terrā. Diſce vbi ſit prudētia vbi
ſit v̾tus vbi ſit intellectus: ut ſcias ſimul vbi ſit
lōgiturnitas vite et virtus: vbi ſit lumē ocl'oꝝ et
pax. Quis inuenit locū eius? Et quis intrauit
ī theſauros eius? Vbi ſūt principes gentiū: et q̄
dn̄ant̾ ſup beſtias q̄ ſūt ſup terrā? Qui ī auibꝫ
celi ludūt: qui argentū theſaurizāt et auꝝ ī quo
cōfidūt hoīes: et nō eſt finis acq̄ſicōis eoꝝ. Qui
argentū fabricāt: et ſolliciti ſūt: nec ē inuentio
opeꝝ ſuoꝝ. Exterminati ſūt et ad inferos deſcē-
derūt: et alij loco eoꝝ exſurrexerūt. Iuuenes vi-
derūt lumē: et habitauerūt ſup terrā. Viā autē
diſcipline ignorauerūt: neq̄ intellexerūt ſemi-
tas eius: neq̄ filij eoꝝ ſuſceperūt eā. A facie ip-
ſoꝝ lōge facta ē. Nō ē audita ī terra chanaan:

neq3 visa est in theman. Filij q3 agar q̄ exqui-
sierūt prudentiā que de terra ē: negociatores tre
et theman: et fabricatores et exq̄sitores prudētie
et intelligētie: viā autē sapiētie nescierūt: neq3
cōmemorati sūt semitas eius. O isrl' q3 magna
est domus dei: et ingēs locus possessionis eius.
Magnus et nō habēs finē: excelsus et immen-
sus. Ibi fuerūt gigātes noīati: illi qui ab ini-
cio fuerūt statura magna sciētes bellū. Nō hos
elegit dñs: neq3 viā disciplīe inuenerūt: ꝓpterea
perierūt. Et quā nō habuerūt sapientiā: perie-
rūt ꝓpter suā insipiētiā. Quis ascēdit ī celū et
accepit eā: et eduxit eā de nubib9? Quis trāſ-
fretauit mare et inuenit illā: et attulit illā sup
aurū electū? Nō est qui possit scire vias eius:
neq3 qui exquirat semitas eius. Sed q̄ scit vniūsa
nouit eā: et inuenit eā prudētia sua. Qui ꝑpa-
rauit terrā in eterno tēpore: et repleuit eā pecu-
dib9 et quadrupedib9. Qui emittit lumē et va
dit et vocauit illud: et obedit illi ī tremore. Stelle
autē dederūt lumē ī custodijs suis: et letate sūt.
Vocate sūt: et dixerūt. Adsumus. Et luxerūt
ei cū iocūditate: q̄ fecit illas. Hic ē deus noster:
nō estimabit' alius aduersus eū. Hic adinuenit
omnē viā discipline: et tradidit illā iacob pue-
ro suo: et isrl' dilecto suo. Post hec ī terris visus
est: et cū hoīb9 conuersatus est. IIII

Hic liber mādatoꝝ dei: et lex q̄ est ī eternū.
Omēs qui tenēt eā ꝑuenient ad vitā: qui
autē dereliquerūt eā in mortē. Cōuertere iacob
et apprehende eā: ambula ꝑ viā ad splēdorē eius
cōtra lumē eius. Ne tradas alteri gloriā tuā: et
dignitatē tuā genti aliene. Beati sumus isrl':
quā que deo placēt manifesta sūt nobis. Ani-
mequior esto ꝑplus dei: memorabilis isrl'. Ve-
nūdati estis gētib9 nō in ꝑdicōe3: sed ꝓpter quod
in ira ad iracūdiā ꝓuocastis dñm: traditi estis
aduersarijs. Exacerbastis enī eū q̄ fecit vos deū
eternū: immolātes demonijs et nō deo. Obliti
enī estis eū q̄ nutriuit vos: et cōtristastis nutricē
vestrā ihrl'm. Vidit enī iracūdiā a deo venien-
tē vobis: et dixit. Audite ciuitates syon. Ad-
duxit enī michi deus luctū magnū. Vidi enim
captiuitatē ꝑpli mei filioꝝ meoꝝ et filiaꝝ: quā
supduxit illis eternus. Nutriui enī illos cū io-
cūditate: dimisi aūt illos cū fletu et luctu. Ne-
mo gaudeat sup me viduā et desolatā: a multis
derelicta sū ꝓpter peccata filioꝝ meoꝝ: quia decli
nauerunt a lege dei. Iusticias autem ipsius
nescierunt: nec ambulauerūt ꝑ vias mādatoꝝ
dei: neq3 ꝑ semitas veritatis eius cū iusticia in-
gressi sūt. Veniāt cōfines syon: et memorent
captiuitatē filioꝝ et filiaꝝ meaꝝ: quā supduxit
illis eternus. Adduxit enī sup illos gentē de lō-
ginquo: gentē impbā et alterius lingue q̄ nō sūt
reuerita senē: neq3 pueroꝝ miserti sūt. Et abdu-
xerūt dilectos vidue: et a filijs vnicam desolaue-
rūt. Ego autē quid possū adiuuare vos? Qui
enī adduxit sup vos mala: ipse vos eripiet de ma
nib9 inimicoꝝ vestroꝝ. Ambulate filij ambu-
late: ego enī derelicta sū sola. Exui me stola pa
cis: indui autē me sacco obsecratiōis: et clamabo
ad altissimum ī dieb9 meis. Animequiores estote
filij: clamate ad dñm et eripiet vos de manu prī-
cipū inimicoꝝ. Ego enī speraui ī eternū salutē
vestrā: et venit michi gaudiū a sācto sup mise-
ricordia: q̄ veniet vobis ab eterno saluatore vr̄o.
Emisi enī vos cū luctu et ploratu: reducet aūt
vos michi deus cū gaudio et iocūditate in eter-
nū. Sicut enī viderūt vicine syon captiuitatem
vestrā a deo: sic videbūt et ī celeritate salutē vr̄a3
ī deo: q̄ superueniet vobis cū honore magno et
splēdore eterno. Filij patiēter sustinete irā que
superuenit vobis. Persecutus ē enī te inimi-
cus tuus: sed cito videbis ꝑditionē ipsius: et sup
ceruices ipius ascēdes. Delicati mei ābulauerūt
vias asperas: ducti sūt enī ut grex direptus ab ī-
imicis. Animequiores estote filij: et ꝓclamate
ad dñm. Erit enī memoria vestra ab eo q̄ ducit
vos. Sicut enī fuit sensus vester ut erraretis a
deo: decies tantū iterꝝ cōuertentes requiretis eū.
Qui enī induxit vobis mala: ipse rursū addu
cet vobis sempiternā iocūditatē cū salute vr̄a.
Animequior esto ihrl'm. Exhortatur enī te: qui te
noīauit. Nocētes parebūt qui te vexauerūt: et
q̄ gratulati sūt ī tua ruina puniēt'. Ciuitates
quib9 seruierūt filij tui puniēt': et q̄ accepit fi-
lios tuos. Sicut enī gauisa ē in tua ruina et le-
tata est ī casu tuo: sic cōtristabit' ī sua desolacōe.
Et amputabit' exultatio multitudinis eius: et
gaudiū eius erit ī luctū. Ignis enī super-
ueniet ei ab eterno ī lōginturnis dieb9: et habita-
bit' a demonijs ī multitudine tēporis. Circūspice
ihrl'm ad orientē: et vide iocūditatē a deo tibi ve-
nientē. V

Ecce enī veniūt filij tui:
quos dimisisti dispsos veniūt collecti ab
oriente usq3 ad occidentē: ī verbo sancti gaudētes
ī honorē dei. Exue te ihrusalem stola luctus et

vexationis tue: et indue te decore et honore que
a deo tibi ē in gloria ſempiterna. Circūdabit te
deus dyployde iuſticie: et imponet mitrā capiti
tuo honoris eterni. Deus enī oſtēdet ſplēdorem
ſuū in te: omī qui ſub celo ē. Nominabit̄ enī
tibi nomē tuū a deo in ſempiternū: pax iuſticie
et honor pietatis. Exſurge ihrl'm et ſta ī excelſo:
et circūſpice ad orientē et vide collectos filios tuos
ab oriēte ſole uſq; ad occidentē: ī verbo ſācti gau
dētes dei memoria. Exierūt enī abs te pedibus
ducti ab inimicis: adducet autē illos dn̄s ad te
portatos ī honorem ſicut filios regni. Cōſtituit
enī deus humiliare omnē montē excelſū et rupes
ꝑhēnes: et cōualles replere ī equalitatē terre: ut
ambulet iſrl' diligēter ī honorē dei. Obumbra-
uerūt aūt ſilue: et omē lignū ſuauitatis iſrahel
mādato dei. Adducet enī deus iſrl' cū iocūdita
te ī lumine maieſtatis ſue: cū miſcdia et iuſticia
que ē ex ipo. Incipit exemplū epiſtole eiuſdem
quā miſit iheremias ad abductos captiuos ī ba-
bilonā a rege babiloniorꝫ: ut annunciaret illis
ſcdm quod preceptū eſt illi a deo. VI

Propter peccata q̄ peccaſtis ante deū:
abducemini ī babiloniam captiui a
nabuchodonoſor rege babiloniorū.
Ingreſſi itaq; ī babilonē eritis ibi annis pluri-
mis et tēpus lōgū uſq; ad generacōes ſeptē: poſt
hoc autē educā vos inde cū pace. Nūc autē vi-
debitis ī babilonia deos aureos et argēteos et la-
pideos et ligneos in humeris portari: oſtentātes
metū gētibꝫ. Videte ergo ne et vos ſimiles effi
ciamini factis alienis et metuatis; et metus vos
capiat in ipis. Viſa itaq; turba de retro & ab
ante: orātes dicite in cordibꝫ veſtris. Te oportet
adorari dn̄e. Angelus autē meus vobiſcū eſt.
Ipe autē exquirā aīas veſtras. Nā ligna ipoꝝ
polita a fabro ipſa etiā inaurata et inargētata
falſa ſūt: et nō poſſunt loqui. Et ſicut virgini
amanti ornamenta: ita accepto auro fabricata
ſūt. Coronas certe aureas habēt ſup capita ſua
dij illoꝝ: unde ſubtrahūt ſacerdotes ab eis auꝝ et
argentū: et erogāt illud ī ſemetipis. Dant autē
et ex ipo ꝓſtitutis et meretrices ornāt: et iteꝝ re-
ceperint illud a meretricibꝫ ornāt deos ſuos. Hij
autē nō liberant̄ ab erugine et tynea. Opertis aūt
illis veſte purpurea extergēt faciē ipoꝝ ꝓpter pul
uerē domus: qui ē plurimus inter eos. Sceptrū
autē habet ut homo ſicut iudex regionis: qui ī
ſe peccantē nō interficit. Habet etiam in manu
gladiū et ſecurim: ſe autē de bello et a latronibꝫ
nō liberat. Unde vobis notū ſit: q̄a nō ſūt dij.
Nō ergo reuerenimini eos. Sicut enī vas homīs
cōfractū inutile efficit̄: tales ſūt et dij illoꝝ. Cō-
ſtitutis illis ī domo: oculi eoꝝ pleni ſūt puluere
a pedibꝫ ītroeūtiū. Et ſicut alicui q̄ regē offēdit
circūſepte ſūt ianue: aut ſicut ad ſepulcrū adduc
tū mortuū ita tutāt ſacerdotes oſtia clauſuris et
ſeris: ne a latronibꝫ exſpolient̄. Lucernas accē-
dūt illis: et quidē multas: ex quibꝫ nullā videre
poſſūt. Sūt aūt ſicut trabes ī domo. Corda vero
eoꝝ dicūt elingere ſerpētes q̄ de terra ſūt dū come
dūt eos et veſtimētū ipoꝝ: et nō ſentiūt. Nigre
ſūt facies eoꝝ a fumo: qui in domo fit. Supra
corpus eoꝝ et ſupra caput eoꝝ volāt noctue et hy-
rundines: et aues etiā ſimiliter et catte. Unde
ſciatis quia nō ſūt dij. Ne ergo timueritis eos.
Auꝝ etiā quod habet ad ſpeciē eſt: niſi aliquis
exterſerit erugimē nō fulgebūt. Neq; enī dū cō
flarent̄ ſentiebāt: ex omī ꝓcio empta ſūt ī quibꝫ
ſpiritus nō eſt in ipſis. Sine pedibꝫ ī humeris
portant̄: oſtentātes ignobilitatē ſuā hoībꝫ. Cō-
fūdant̄ etiā qui colūt ea. Propterea ſi ceciderit
in terrā a ſemetipis nō conſurgūt: neq; ſi quis
eū ſtatuerit rectū per ſemetipm ſtabit: ſed ſicut
mortuis humeri illis apponētur. Hoſtias illoꝝ
vendūt ſacerdotes ipſoꝝ et abutunt̄: ſimiliter et
mulieres eoꝝ decerpētes neq; infirmo neq; mēdi-
cāti aliquid impartiūt de ſacrificijs eoꝝ: fete et mē
ſtruate eos cōtingūt. Sciētes itaq; ex hijs q̄a nō
ſūt dij: ne timeatis eos. Unde enī vocant̄ dij?
Quia mulieres apponūt dijs argēteis et aureis
et ligneis: et ī domibꝫ eoꝝ ſacerdotes ſedēt habētes
tunicas ſciſſas et capita & barbā raſam: quoꝝ
capita nuda ſūt. Rugiūt autē clamātes cōtra
deos ſuos: ſicut in cena mortui. Veſtimēta eoꝝ
auferūt ſacerdotes: et veſtiūt vxores ſuas et filios
ſuos. Neq; ſi quid mali patiunt̄ ab aliquo ne-
q; ſi quid boni poterūt retribuere: neq; regē con-
ſtituere poſſūt neq; auferre. Similiter neq; dare
diuitias poſſūt: neq; malū retribuere. Si quis
illis votū vouerit et nō reddiderit: neq; hoc req̄-
rūt. Hoīem a morte nō liberāt: neq; infirmū a
potētiore eripiūt. Hoīem cecū ad viſū nō reſtitu-
unt: de neceſſitate hoīem nō liberabūt. Vidue
nō miſerebunt̄: neq; orphanis bene faciēt. La-
pidibꝫ de mōte ſimiles ſūt dij illoꝝ lignei et lapi
dei et aurei et argētei: q̄ autē colūt ea cōfūdent̄.
Quomō ergo eſtimandū eſt aut dicendū illos

eſſe deos? Adhuc enī ipſis caldeis non honorā-
tibꝫ ea: q̄ cū audierint mutū nō poſſe loqui offe-
rūt illud ad bel: poſtulātes ab eo loqui: q̄ſi poſ-
ſint ſentire qui nō habēt motū. Et ipſi cū intel-
lexerint: relinquēt ea. Senſū enī nō habent ipſi
dij illoꝝ. Mulieres autē circūdate funibꝫ ī vijs
ſedent: ſuccendētes oſſa oliuaꝝ. Cū autē aliqua
ex ipſis abſtracta ab aliquo trāſeūte dormierit:
ꝓxime ſue exprobrat ꝙ ea non ſit digna habita
ſicut ipſa: neqꝫ funis eius diruptus ſit. Omnia
aūt q̄ illis fiūt falſa ſūt. Quomō eſtimādū aut
dicēdum ē illos eſſe deos? A fabris autē et au-
rificibꝫ facta ſūt. Nichil aliud erūt niſi id quod
volūt eſſe ſacerdotes. Aurifices etiā ipſi q̄ ea fa-
ciūt nō ſūt multi tēporis. Nūquid ergo poſſūt
ea q̄ fabricata ſūt ab ipſis eſſe dij? Reliquerūt
autē falſa et oppꝛobriū· poſtea futuris. Nā cū
ſupuenerit illis ꝓliū et mala: cogitāt ſacerdotes
vbi ſe abſcondāt cū illis. Quomō ergo ſentiri
debeāt quoniā dij ſūt qui nec de bello ſe liberāt:
neqꝫ de malis ſe eripiūt? Nam cū ſint lignea et
inaurata et inargētata: ſcietᷣ poſtea q̄a falſa ſūt
ab vniuerſis gentibꝫ et regibꝫ q̄ manifeſtata ſūt
quia nō ſūt dij: ſed opa manuū hoīm· et nullū
opus dei cū illis. Unde ergo notū eſt q̄a nō ſūt
dij: ſed opa manuū hoīm: et nullū dei opus in
ipſis ē. Regē regioni nō ſuſcitāt: neqꝫ pluuiā
hoībꝫ dabūt. Judiciū q̄ꝫ nō diſcernēt: neqꝫ regi-
ones liberabūt ab iniuria: quia nichil poſſunt
ſicut cornicule inter mediū celi et terre. Etenī cū
inciderit ignis ī domū deoꝝ ligneoꝝ et argēteoꝝ
et aureoꝝ: ſacerdotes quidē ipſoꝝ fugiēt et libera-
buntᷣ: ipſi vero ſicut trabes in medio cōburentᷣ.
Regi autē et bello nō reſiſtent. Quomō ergo
eſtimādū eſt aut recipiendū quia dij ſūt? Nō
a furibꝫ neqꝫ a latronibꝫ ſe liberabunt dij lignei
et lapidei et inaurati et inargētati: quibꝫ iniqui
fortiores ſūt. Aurum et argentū et veſtimentū
quo operti ſūt auferent illis et abibūt: nec ſibi
auxiliū ferēt. Itaqꝫ melius ē eſſe regē oſtētantē
virtutē ſuā aut vas ī domo vtile in quo gl'abitᷣ
qui poſſidet illud q̄ꝫ falſi dij: uel oſtiū in domo
quod cuſtodit q̄ ī pace ſūt: q̄ꝫ falſi dij. Sol quidē
et luna ac ſidera cū ſint ſplēdida et emiſſa ad vti-
litates obaudiūt: ſimiliter et fulgur cū apparu-
terre tenebit̄ ꝓmitijs hijs principi ī iſrl'. Et ſup
principē erūt olocauſtū et ſacrificiū et libamina
in ſolēnitatibꝫ et ī kalēdis et in ſabbatis: ī vni:
uerſis ſolennitatibꝫ domus iſrl'. Ipſe faciet ꝓ
peccato ſacrificiū et olocauſtū et pacifica: ad ex:
piandū pro domo iſrl'. Hec dicit dn̄s deus. In
ꝑmo meſe vna mēſis ſumes vitulū de armento
immaculatū: et expiabis ſanctuariū. Et tollet
ſacerdos de ſāguine quod erit ꝓ peccato: et ponet
in poſtibꝫ domus et ī quatuor angulis crepidi:
nis altaris: et ī poſtibꝫ porte atrij interioris. Et
ſic facies ī ſeptima mēſis ꝓ vnoqꝫ qui ignorauit
et errore deceptus ē: et expiabis ꝓ domo. In pri:
mo meſe q̄rtadecima die mēſis erit vobis paſche
ſolennitas. Septem diebꝫ azima comedent̄. Et
faciet princeps ī die illa ꝓ ſe ·et ꝓ vniuerſo pp̄lo
terre vitulū ꝓ peccato. Et ī ſeptē dieꝝ ſolēnitate
faciet olocauſtū dn̄o: ſeptē vitulos et ſeptē arietes
immaculatos quotidie ſeptē diebꝫ: et ꝓ peccato
hircū capraꝝ: et ſacrificiū ephi ꝑ vitulū ·et ephi
ꝑ arietē faciet: et olei hyn ꝑ ſingula ephi. Septi:
mo meſe quītadecima die mēſis ī ſolēnitate fa:
ciet ſicut ſupdicta ſūt per ſeptē dies: tā ꝓ peccato
q̄ꝫ ꝓ olocauſto et ī ſacrificio et ī oleo. ·XLVI·

Hec dicit dn̄s deus. Porta atrij interioris
q̄ reſpicit ad orientē erit clauſa ſex diebus
in quibꝫ opus ſit: die autē ſabbati aperiet̄. Sed
et ī die kalēdarū apiet̄: et intrabit princeps per
viā veſtibuli porte deforis: et ſtabit ī limine por:
te: Et facient ſacerdotes olocauſtū eius et pacifi:
ca eius: et adorabit ſup limē porte: et egrediet̄.
Porta aūt nō claudet̄ uſqꝫ ad veſperā. Et ado:
rabit pp̄lus terre ad oſtiū porte illius ī ſabbatis
et ī kalēdis corā dn̄o. Olocauſtū aūt hoc offeret
princeps dn̄o ī die ſabbati: ſex agnos immacu:
latos et arietē immaculatū: et ſacrificiū ephi ꝑ
arietē. In agnis autē ſacrificiū qd̄ dederit ma:
nus eius: et olei hyn ꝑ ſingula ephi. In die aūt
kalendarū vitulū de armēto immaculatū et ſex
agni et arietes immaculati erūt: et ephi ꝑ vitu:
lū: ephi q̄ꝫ ꝑ arietē faciet ſacrificiū. Agnis autē
ſicut inuenerit manus eius: olei hyn ꝑ ſingula
ephi. Cūqꝫ ingreſſurus ē princeps ·ꝑ viā veſti:
buli porte ingrediat̄: et per eandē viā exeat. Et
cū intrabit pp̄lus terre ī cōſpectu dn̄i ī ſolēnita:
tibꝫ: q̄ ingredit̄ per portā aquilonis ut adoret:
egrediatur per viam porte meridiane. Porro
qui ingredit̄ ꝑ viā porte meridiane: egrediat̄ ꝑ
viā porte aquilonis. Nō reuertet̄ ꝑ viā porte ꝑ
quā ingreſſus eſt: ſed e regione illius egrediet̄.
Princeps autē in medio eorū erit. Cū ingre:
dientibus ingredietur: & cum egredientibus
egredietur. Et in nundinis & ſolennitatibus
ſacrificiū ephi ꝑ vitulū ·et ephi per arietē: agnis
autē erit ſacrificiū ſicut inuenerit manus eius:
et olei hyn ꝑ ſingula ephi. Cū autē fecerit prin:
ceps ſpōtaneū olocauſtū aut pacifica volūtaria
dn̄o ·apiet̄ ei porta q̄ reſpicit ad orientē: et faciet
olocauſtū ſuū & pacifica ſua ſicut fieri ſolet in
die ſabbati et egrediet̄: claudet̄qꝫ porta poſtq̄ꝫ ex:
ierit. Et agnū eiuſdē anni immaculatū faciet
olocauſtū quotidie dn̄o. Semꝑ mane faciet il:
lud. Et faciet ſacrificiū ſup eo cathamane ma:
ne ·ſextā partē ephi: et de oleo terciā partē hyn·
ut miſceat̄ ſimile. Sacrificiū dn̄o legitimū: iu:
ge atqꝫ ꝑpetuū. Faciet agnū et ſacrificiū et oleū
cathamane mane olocauſtum ſempiternū. Hec
dicit dn̄s deus. Si dederit princeps donū alicui de
filijs ſuis: hereditas eius filioꝝ ſuoꝝ erit: poſſide:
būt eā hereditarie. Si autē dederit legatū de he:
reditate ſua vni ſeruorū ſuoꝝ: erit illius uſqꝫ ad
annū remiſſionis: & reuertet̄ ad principē. He:
reditas autē eius filijs eius erit. Et nō accipiet
princeps de hereditate pp̄li ꝑ violentiā et de poſ:
ſeſſione eoꝝ: ſed de poſſeſſione ſua hereditatē da:
bit filijs ſuis: ut nō diſꝑgat̄ pp̄lus meus vnuſq̄ſ:
qꝫ a poſſeſſione ſua. Et introduxit me ꝑ ingreſ:
ſū q̄ erat ex latere porte ī gazophilacia ſāctuarij
ad ſacerdotes qui reſpiciebāt ad aquilonē: et erat
ibi locus vergēs ad occidētē: et dixit ad me. Iſte
eſt locus vbi coquēt ſacerdotes ꝓ peccato et ꝓ de:
licto: vbi coquēt ſacrificiū: ut nō efferāt ī atrio
exteriori et ſāctificet̄ pp̄lus. Et eduxit me ī atriū
exterius: et circūduxit me per quatuor angulos
atrij. Et ecce atriolū erat ī angulo atrij: atriola
ſingula ꝑ angulos atrij. In quatuor angulos
atrij atriola diſpoſita: quadraginta cubitoꝝ ꝑ
longū: et triginta ꝑ latū. Mēſure vnius quat:
uor erāt. Et paries per circuitū ambiēs quatuor
atriola: et culine fabricate erant ſubter porticus
ꝑ gyrū. Et dixit ad me. Hec ē domus culinaꝝ:
ī q̄ coquēt miniſtri domus dn̄i victimas pp̄li.

Et cōuertit me ad portā ·XLVII·
domus: et ecce aque egrediebant̄ ſubter
limen domus ad orientem. Facies enī domus:

reſpiciebat ad orientē. Aque autē deſcendebant
in latus templi dextrum: ad meridiem altaris.
Et eduxit me p viā porte aquilonis: et cōuertit
me ad viā foras portā exteriorē: viā que reſpici:
ebat ad orientē. Et ecce aque redūdantes a latere
dextro cū egrederet vir ad orientē qui habebat fu:
niculū in manu ſua: et mēſus ē mille cubitus:
et trāſduxit me p aquā uſqz ad talos. Rurſū:
qz mēſus ē mille: et trāſduxit me p aquā uſqz ad
genua. Et mēſus eſt mille: et trāſduxit me per
aquā uſqz ad renes. Et mēſus ē mille· torrētem
quē nō potui ptrāſire: qm̄ intumuerāt aque p:
fūde torrētis: q̄ nō poteſt trāſuadari. Et dixit ad
me. Certe vidiſti fili hoīs. Et eduxit me: et cō:
uertit ad ripā torrētis. Cūqz me cōuertiſſē: ecce
i ripa torrētis ligna multa nimis ex vtraqz parte.
Et ait ad me. Aque iſte q̄ egrediunt ad tumu:
los zabuli orietalis et deſcēdūt ad plana deſerti·
intrabūt mare: et exibūt et ſanabunt aque. Et
omīs aīa viuēs q̄ ſerpit quocūqz venerit torrēs
viuet: et erūt piſces multi ſatis: poſtq̄ venerit il:
luc aque iſte. Et ſanabunt et viuēt oīa ad que
venerit torrēs: et ſtabūt ſup illa piſcatores. Ab
engaddi uſqz ad ēgallim ſiccatio ſagenay erūt.
Plurime ſpecies erunt piſciū eius: ſicut piſces
maris magni multitudinis nimie. In litorib3
autē eius et in paluſtrib3 nō ſanabunt: quia in
ſalinas dabunt. Et ſuper torrentē orient in ripis
eius ex vtraqz parte oīne lignū pomifey. Non
defluet folium ex eo: et nō deficiet fructus eius.
Per ſinglos mēſes afferet pmitiua: quia aque
eius de ſāctuario egredientur. Et erūt fructus
eius i cibū: et folia eius ad medicinā. Hec dicit
dn̄s deus. Hic ē terminus i quo poſſidebitis ter:
rā in duodecim trib3 iſrl': quia ioſeph duplicē
funiculū habet. Poſſidebitis autē eam ſinguli
eque ut frater ſuus: ſup quā leuaui manū meā
ut darē prib3 vr̄is. Et cadet terra hec vobis i poſ:
ſeſſionē. Hic eſt autē terminus terre ad plagam
ſeptētrionalē a mari magno· via ethalon veni:
entib3 ſedada emath berotha· ſabarim q̄ eſt inter
mediū damaſci et cōfiniū emath domus thicon
que eſt iuxta terminū auran: et erit terminus a
mari uſqz ad atriū enon terminus damaſci: et
ab aquilone ad aquilonē terminus emath: pla:
ga ſeptentrionalis. Porro plaga orientalis de
medio auran et de medio damaſci et de medio
galaad et de medio terre iſrahel· iordanis diſter:
minās: ad mare orientale metiemini plagam
orientalem. Plaga autē auſtralis meridiana
a thamar uſqz ad aquas contradiccōis cades: et
torrēs uſqz ad mare magnū: et hec eſt plaga ad
meridiē auſtralis. Et plaga maris: mare mag
nū a cōfinio p directū donec venias emath: hec
eſt plaga maris. Et diuidetis terrā iſtā vobis p
trib3 iſrl': et mittetis eā i hereditatē vobis et ad:
uenis qui acceſſerunt ad vos qui genuerunt filios
i medio vr̄m: et erūt vobis ſicut indigene inter
filios iſrl'. Vobiſcū diuidēt poſſeſſionē i medio
tribuū iſrl'. In tribu aūt quacūqz fuerit adue:
na: ibi dabitis poſſeſſionem illi ait dn̄s deus.

Et hec noīa tribuū. XLVIII

A finib3 aquilonis iuxta viā ethalon
pgētib3 emath atriū enon terminus damaſci· ab
aquilone iuxta viā emath: et erit ei plaga orie:
talis mare dan vna. Et a termino dan: a plaga
orietali uſqz ad plagā maris· aſer vna. Et ſup
terminū aſer: a plaga orietali uſqz ad plagam
maris neptalim vna. Et ſup terminū neptali:
a plaga orietali uſqz ad plagā maris manaſſe
vna. Et ſup terminū manaſſe: a plaga orietali
uſqz ad plagā maris effraym vna. Et ſup ter:
minū effraym: a plaga orientali uſqz ad plagā
maris ruben vna. Et ſuper terminū ruben: a
plaga orietali uſqz ad plagā maris iuda vna.
Et ſup terminū iuda: a plaga orientali uſqz ad
plagā maris erūt pmitie quas ſeparabitis vigi:
tiquīqz milib3 latitudinis et lōgitudinis: ſicuti
ſingule partes a plaga orietali uſqz ad plagam
maris. Et erit ſāctuariū in medio eius. Pri:
mitie quas ſeparabitis dn̄o: lōgitudo vigītiquī:
qz milib3: et latitudo decē milib3. Hec autē erunt
pmitie ſāctuarij ſacerdotū: ad aquilonē lōgitu:
dinis vigītiquīqz milia: et ad mare latitudinis
decē milia. Sed et ad oriētē latitudinis decē milia
et ad meridiē vigintiquīqz milia. Et erit ſāctu:
ariū dn̄i i medio eius. Sacerdotib3 ſāctuariū erit
de filijs ſadoch· q̄ cuſtodierūt cerimonias meas:
et nō errauerūt cū errarēt filij iſrl': ſicut errauē:
rūt et leuite. Et erūt primitie de pmitiis terre
ſanctū ſāctoy: iuxta terminū leuitay. Sed et le:
uitis ſimiliter iuxta fines ſacerdotū vigītiquīqz
milia lōgitudinis: et latitudinis decem milia.
Omīs lōgitudo vigīti et quīqz miliū: et latitudo
decē miliū. Et nō venūdabūt ex eo neqz muta:
būt: neqz trāſferent pmitie terre: qa ſanctificate
ſūt dn̄o. Quīqz milia aūt q̄ ſupſūt i latitudine
per viginti quīqz milia: prophana erūt vrbis

in habitaculū ⁊ in ſuburbana. Et erit ciuitas
in medio eius: et hee menſure eius. Ad plagā
ſeptētrionalē quingenta et quatuor milia: et ad
plagā meridianā quingēta et quatuor milia:
et ad plagā orietalē quingēta et quatuor milia:
et ad plagā occidētalē quingēta et q̄tuor milia.
Erūt aūt ſuburbana ciuitatis ad aquilonē du-
cētaquīquagīta et ad meridiē ducētaquīquagī-
ta: et ad orientē ducētaquīquaginta et ad mare
ducētaquīquagīta. Quod autē reliquū fuerit
in lōgitudine ſcdm̄ ꝓmitias ſāctuarij decē milia
in orientē: et decē milia ī occidentē erūt ſicut pri-
mitie ſāctuarij: et erūt fruges eius ī panes hijs
qui ſeruiūt ciuitati. Seruiētes autē ciuitati ope-
rabunt ex oīb⁹ tribub⁹ iſrl'. Oīs ꝓmitie vi-
gintiquīqꝫ miliū ꝑ vigītiquīqꝫ milia ī quadrū
ſeparabunt̄ in ꝓmitias ſāctuarij et ī poſſeſſionē
ciuitatis. Qd autē reliquū fuerit principis erit
ex oīn parte ꝓmitiaꝝ ſāctuarij et poſſeſſionis
ciuitatis eregione vigintiquīqꝫ miliū ꝓmitiaꝝ
uſqꝫ ad terminū orietalē: ſed et a mari eregione
vigītiquīqꝫ miliū uſqꝫ ad terminū maris ſimi-
liter ī partib⁹ principis erit. Et erūt ꝓmitie ſāc-
tuarij et ſāctuariū tēpli ī medio eius. De poſ-
ſeſſione autē leuitaꝝ et de poſſeſſione ciuitatis ī
medio partiū principis: erit ī terminū iuda et ī
terminū beniamin: et ad principē ptinebit. Et
reliquis tribub⁹ a plaga orietali uſqꝫ ad plagā
occidētalē: beniamin vna. Et cōtra terminū be-
niamin a plaga orietali uſqꝫ ad plagā occidēta-
lem: ſymeon vna. Et ſup terminū ſymeonis a
plaga orietali uſqꝫ ad plagā occidētalē: yſachar
vna. Et ſup terminū yſachar a plaga orientali
uſqꝫ ad plagā occidētalē: zabulon vna. Et ſuper
terminū zabulon a plaga orietali uſqꝫ ad plagā
maris gad vna. Et ſup terminū gad ad plagā
auſtri ī meridie: et erit finis de thamar uſqꝫ ad
aquas cōtradictōnis cades: hereditas cōtra mare
magnū. Hec eſt terra quam mittetis in ſortem
tribubus iſrahel: ⁊ hee partitiones eorum ait
dn̄s deus. Et hij egreſſus ciuitatis. A plaga
ſeptentrionali quingenta et quatuor milia mē-
ſurabis: et porte ciuitatis omnibus tribub⁹ iſra-
hel. Porte tres a ſeptentrione. Porta ruben
vna: porta iuda vna: porta leui vna. Et ad pla-
gam orientalē quingēta et q̄tuor milia: et porte
tres. Porta ioſeph vna: porta beniamin vna:
porta dan vna. Et ad plagā meridianam quī-
gētaquatuor milia metieris. Porta ſymeonis
vna: porta yſachar vna: porta zabulon vna. Et
ad plagā occidētalē quīgēta et quatuor milia:
porte eoꝝ tres. Porta gad vna: porta aſer vna:
porta neptalim vna. Per circuitū decē ⁊ octo
milia: et nomē ciuitatis ex illa die: dn̄s ibidē.

Incipit prologus in danielem ꝓphetam

Danielē ꝓphetā iuxta ſeptuagīta
interptes dn̄i ſaluatoris eccleſie nō
legūt vtētes theodocōis edicōne: et
hoc cur acciderit neſcio. Siue enī
q̄a ſermo chaldaicus ē: et quibuſ-
dā ꝓprietatib⁹ a nr̄o eloquio diſcrepat: noluerūt
ſeptuaginta interptes eaſdē lingue lineas ī trāſ-
latione ſeruare: ſiue ſub noīe eoꝝ ab alio neſcio
quo nō ſatis chaldeā linguā ſciēte editus ē liber:
ſiue aliud quid cauſe extiterit ignorās. hoc vnū
affirmare poſſū: q̄ multū a veritate diſcordet:
et recto iudicio repudiatus ſit. Sciendū quippe
danielē maxime et heſdrā hebraicis quidē litteris
ſed chaldeo ſermone conſcriptos et vnā ihereemie
pericopen: iob q̄z cū arabica lingua plurimam
habere ſocietatem. Deniqꝫ et ego adoleſcētulus
poſt quītiliani et tullij lectionē ac flores retho-
ricos cū me ī lingue huius piſtrinū reduxiſſē:
et multo ſudore multoqꝫ tēpore vix cepiſſē anhelā-
tia ſtridētiaqꝫ verba reſonare: et quaſi ꝑ criptā
ābulās rarū deſup lumē aſpicē: impēgi nouiſſi-
me ī danielē: et tāto tedio affectus ſū: ut deſpe-
racōe ſubita oēz laborē veterē voluerim cōtē-
nere. Verū adhortāte me quodā hebreo et illud
michi crebrius ſua lingua ingerēte: labor improb⁹
omnia vincit: qui michi videbar ſciolus inter
eos cepi rurſus diſcipl'us eſſe chaldaycus. Et ut
verū fatear: uſqꝫ ad pſentē diē magis poſſe ſer-
monē chaldaicū legere et intelligere q̄z ſonare.
Hec idcirco refero ut difficultatē vobis danielis
oſtēderē: q̄ apud hebreos nec ſuſanne habet hiſto-
riam nec ymnū triū pueroꝝ nec belis draconiſqꝫ
fabulas: quas nos q̄a ī toto orbe diſpſe ſūt veru
ante poſito eaſqꝫ iugulāte ſubicimus: ne vide-
remur apud imperitos magnā partē voluminis
detruncaſſe. Audiui ego quēdam de ꝑceptorib⁹
iudeoꝝ cū ſuſāne derideret hiſtoriā et a greco neſ-
cio quo diceret eſſe cōfictā: illud opponere: quod
origeni q̄z affricanus oppoſuit: ethymologias
has apo thoy chynoy chiſe ⁊ apo thoy prynoy
pryſe de greco ſermone deſcēdere. Cuius rei nos
intelligentiā nr̄is hāc poſſumus dare: ut verbi
gratia dicamus ab arbore ilice dixiſſe eum ilico

pereas: et a lētiſco ī lentē te cōminuat angelus:
uel nō lēte pereas · aut lētus id ē flexibilis duca:
ris ad mortē: ſiue alimo quid ad arboris nomen
cōueniēs. Deinde tantū fuiſſe ocij tribꝫ pueris
cauillabat̄ · ut ī camino eſtuātis incēdij metro
luderēt · et per ordinē ad laudē dei oīa elemēta
puocarēt: aut qđ miraculū diuinecꝫ aſpiracōis
indiciū uel dracone interfectū offa picis uel ſa:
cerdotū belis machinas deprehenſas: que magis
prudētia ſollertis viri quā ꝓphetali eſſēt ſpiritu
perpetrata. Cū vero abacuc veniret · et de iudea ī
chaldeā raptum diſcofoꝝ lectitaret: querebat ex:
emplū vbi legiſſemus in toto veteri teſtamento
quēqꝫ ſāctoꝝ graui volaſſe corpore: et ī pūcto ho:
re tāta terraꝝ ſpacia trāſiſſe. Cui cū quidā e nrīs
ſatis ad loquēdū ꝓmptulus ezechielē adduxiſſet
in mediū · et diceret eū de chaldea ī iudeā fuiſſe
trāſlatū · deriſit hoīez: et ex ipō volumine demō:
ſtrauit ezechielē in ſpiritu ſe vidiſſe trāſpoſitū.
Deniqꝫ et apoſtolū noſtrū videlicet ut eruditū
viꝝ et q̄ legē ab hebreis didiciſſet nō fuiſſe auſū
affirmare ſe raptū ī corpore ſed dixiſſe · ſiue ī cor:
pore ſiue extra corpus neſcio deus ſcit. Hijs &
talibꝫ argumētis apocriphas in libro eccleſie fa:
bulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio
iudiciū derelinquēs illud āmoneo nō haberi da:
nielē apud hebreos inter ꝓphetas: ſed inter eos
qui agyographa conſcripſerūt. In tres ſiquidē
partes oīs ab eis ſcriptura diuidit̄: in legē in
ꝓphetas et ī agyographa id eſt in quīqꝫ et octo et
vndecim libros: de quo nō eſt huius tēporis diſſe:
rere. Que autē ex hoc ꝓpheta · ymmo cōtra hūc
librū porphirius obiciat teſtes ſunt methodius
euſebius appollinaris: qui multis verſuū milibꝫ
eius veſanie reſpōdentes neſcio an curioſo lectori
ſatiſfecerint. Vnde obſecro vos o paula et euſ:
tochiū fūdatis ꝓ me ad dñm p̄ces: ut quādiu in
hoc corpuſculo ſū ſcribā aliqđ gratū vobis vtile
eccleſie: dignū poſteris. Preſentiū quippe iu:
dicijs oblatrantium non ſatis moueor: qui in
vtramqꝫ partem aut amore labūtur aut odio.

Incipit liber danielis prophete. I.

Anno tercio regni ioach:
im regis iuda venit nabu:
chodonoſor rex babilonis
ihrlm̄ et obſedit eam: et
tradidit dñs in manu eius
ioachim regē iude & par:
tem vaſorum domus dei et
aſportauit ea ī terrā ſennaar in domū dei ſui:
et vaſa intulit ī domum theſauri dei ſui. Et ait
rex aſſanez p̄poſito eunuchoꝝ ut introduceret de
filijs iſrl' et de ſemine regio et tyrānoꝝ pueros, ī
quibꝫ nulla eſſet macula, decoros forma, et erudi:
tos omī ſapiētia, cautos ſciētia et doctos diſcipli:
na: et qui poſſēt ſtare ī palatio regis: ut doceret
eos litteras et linguā chaldeoꝝ. Et conſtituit eis
rex annonā ꝑ ſingulos dies de cibis ſuis et vino
unde bibebat ipē: ut enutriti tribꝫ annis poſtea
ſtarēt ī cōſpectu regis. Fuerūt ergo inter eos de
filijs iude daniel ananias miſahel & azarias.
Et impoſuit eis p̄poſitus eunuchoꝝ noīa danie:
li balthazar: ananie ſidrac miſaheli miſac &
azarie abdenago. Propoſuit aūt daniel ī corde
ſuo ne pollueret̄ de mēſa regis neqꝫ de vino po:
tus eius: et rogauit eunuchoꝝ p̄poſitū ne conta:
minaret̄. Dedit autē deus danieli gratiā et mi:
ſericordiā in conſpectu principis eunuchoꝝ. Et
ait princeps eunuchoꝝ ad danielē. Timeo ego
dñm meū regē qui cōſtituit vobis cibū et potū:
qui ſi viderit vultus vrōs macilētiores p̄ ceteris
adoleſcētibꝫ coeuis vrīs cōdemnabitis caput meū
regi. Et dixit daniel ad malaſſer quē cōſtitue:
rat princeps eunuchoꝝ ſup danielē ananiā mi:
ſahelē et azariam. Tempta nos obſecro ſeruos
tuos diebꝫ decē et dent̄ nobis legumina ad veſcē:
dum et aqua ad bibendū: et cōtemplare vultus
nrōs et vultus pueroꝝ qui veſcunt̄ cibo regio: et
ſicut videris facias cū ſeruis tuis. Qui audito
ſermone huiuſcemodi tēptauit eos diebus decē.
Poſt dies aūt decē apparuerūt vultus eoꝝ me:
liores et corpulētiores: p̄ oībꝫ pueris q̄ veſcebant̄
cibo regio. Porro malaſſer tollebat cibaria &
vinū potus eoꝝ: dabatqꝫ eis legumina. Pue:
ris autē hijs dedit deus ſcientiā et diſciplinā in
omī libro et ſapiētia: danieli autē intelligentiā
oīm viſionū et ſomnioꝝ. Completis itaqꝫ diebꝫ
poſt quos dixerat rex ut introducerētur: intro:
duxit eos p̄poſitus eunuchoꝝ in cōſpectu nabu:
chodonoſor. Cūqꝫ eis locutus fuiſſet rex: nō ſūt
inuēti tales de vniuerſis ut daniel ananias mi:
ſahel et azarias. Et ſteterūt in cōſpectu regis: et
omne verbū ſapiētie et intellectus qđ ſciſcitatus
eſt ab eis inuenit ī eis decuplū ſup cūctos ariolos
et magos qui erāt ī vniuerſo regno eius. Fuit
aūt daniel uſqꝫ ad annū p̄mū cyri regis. II.
In anno ſcđo regni nabuchodonoſor vidit nabu:
chodonoſor ſomniū: & cōterritus eſt ſp̄us eius:

et ſomniū eius fugit ab eo. Precepit autē rex
ut cōuocarent̄ arioli et magi et malefici et chal:
dei: ut indicarēt regi ſomnia ſua. Qui cū ve:
niſſēt ſteterūt corā rege: et dixit ad eos rex. Vi:
di ſomniū: et mēte cōfuſus ignoro qđ viderim.
Reſpōderūtq; chaldei regi ſiriace. Rex ī ſem:
piternū viue. Dic ſomniū ſeruis tuis: et inter:
pretationē eius indicabimus. Et reſpōdens rex
ait chaldeis. Sermo receſſit a me. Niſi indica
ueritis michi ſomniū et cōiecturā eius peribitis
vos: et domus veſtre publicabunt̄. Si aūt ſom:
niū et cōiecturā eius narraueritis p̄mia et dona
et honorē multū accipietis a me. Somniū igit̄
et interp̄tationē eius indicate michi. Rñderūt
ſcđo atq; dixerūt. Rex ſomniū dicat ſeruis ſu:
is: et interp̄tationē eius indicabimus. Rñdit
rex et ait. Certe noui q̄ tēpus redimitis: ſciētes
q̄ receſſerit a me ſermo. Si ergo ſomniū nō in:
dicaueritis michi vna ē de vobis ſentētia: quod
interp̄tationē q; fallacē et deceptiōne plenā cōpo:
ſueritis ut loquamini michi donec tēpus ptranſe:
at. Somniū itaq; dicite michi: ut ſciā q̄ inter:
p̄tationē q; eius verā loquamini. Reſpondētes
ergo chaldei corā rege dixerūt. Nō ē homo ſup
terrā · qui ſermonē tuū rex poſſit implere: ſ; neq;
regū quiſquā magnus et potēs verbū huiuſce:
modi ſciſcitat̄ ab omī ariolo et mago et chaldeo.
Sermo enī quē tu queris rex grauis ē: nec repe:
riet̄ quiſquā qui indicet illū in conſpectu regis
exceptis dijs quoꝝ nō eſt cōuerſatio cū homīb;.
Quo audito: rex ī furore et ī ira magna p̄cepit
ut perirent omēs ſapiētes babilonis. Et egreſſa
ſentētia · ſapientes interficiebant̄: querebāturq;
daniel et ſocij eius ut perirēt. Tūc daniel requi:
ſiuit de lege atq; ſētētia ab arioch prīcipe militie
regis: q egreſſus fuerat ad interficiēdos ſapiētes
babilonis. Et interrogauit eū qui a rege poteſ:
tatē acceperat: quā ob cauſā tā crudelis ſentētia
a facie regis eſſet egreſſa. Cū ergo rem indicaſ:
ſet arioch danieli: daniel ingreſſus rogauit regē
ut tēpus daret ſibi ad ſolutionē indicādā regi.
Et ingreſſus ē domū ſuā: ananieq; et miſabeli
et azarie ſocijs ſuis indicauit negociū ut quere:
rēt miſericordiā a facie dei celi ſuper ſacramēto
iſto: et nō perirēt daniel et ſocij eius cū ceteris ſa:
piētib; babilonis. Tūc danieli miſteriū p viſi:
onē nocte reuelatū eſt. Et daniel benedixit deo
celi et locutus ait. Sit nomē dñi benedictū a ſe:
culo et uſq; in ſeculū: quia ſapiētia et fortitudo
eius ſūt: et ipſe mutat tēpora et etates. Trāſfert
regna atq; cōſtituit: dat ſapiētiam ſapiētib;: et
ſcientiā intelligētib; diſciplinam. Ipſe reuelat
pfūda et abſcōdita: et nouit in tenebris cōſtitu:
ta: et lux cū eo ē. Tibi deus patrū nr̄oꝝ cōfiteor
teq; laudo q2a ſapiētiā et fortitudinē dediſti michi
et nūc oſtēdiſti michi que rogauimus te: q2a ſer:
monem regis aperuiſti nobis. Poſt hec daniel
ingreſſus ad arioch quē cōſtituerat rex ut pderet
ſapiētes babilonis ſic ei locutus ē. Sapiētes ba:
bilonis ne pdas. Introduc me ī cōſpectu regis:
et ſolutionē regi narrabo. Tūc arioch feſtinus
introduxit danielē ad regē: et dixit ei. Inueni
hoīem de filijs trāſmigracōis iude qui ſolutionē
regi annūciet. Reſpondit rex: et dixit danieli
cuius nomē erat baltazar. Putaſne vere potes
michi indicare ſomniū qđ vidi: et interp̄tationē
eius? Et reſpondēs daniel corā rege ait. Miſte:
riū quod rex interrogat ſapiētes magi et arioli
et aruſpices nequeūt indicare regi: ſed ē deus in
celo reuelās miſteria: qui indicauit tibi rex na:
buchodonoſor q̄ vētura ſūt nouiſſimis tēporib;.
Somniū tuū et viſiones capitis tui ī cubili tuo
huiuſcemodi ſūt. Tu rex cogitare cepiſti ī ſtra:
tu tuo quid eſſet futurū poſt hec: et qui reuelat
miſteria oſtendit tibi que vētura ſūt. Michi q;
nō ī ſapiētia q̄ eſt ī me plus q; ī cūctis viuētib;
ſacramentū hoc reuelatū eſt: ſed ut interp̄tatio
regi manifeſta fieret et cogitacōes mētis tue ſci:
res. Tu rex videbas: et ecce q̄ſi ſtatua vna grā:
dis. Statua illa magna et ſtatura ſublimis ſta
bat cōtra te: et intuitus eius erat terribilis. Hu:
ius ſtatue caput ex auro optimo erat: pectus au
tē et brachia de argēto: porro vēter et femora ex
ere: tibie aūt ferree: pedū quedā pars erat ferrea
quedā autē fictilis. Videbas ita: donec abſciſus
eſt lapis de mōte ſine manib; et pcuſſit ſtatuā
ī pedib; eius ferreis et fictilib;: et cōminuit eos.
Tūc cōtrita ſūt pariter ferrū teſta es argentū et
aurū: et redacta q̄ſi ī fauillā eſtiue aree q̄ rapta
ſūt vento: nulluſq; locus inuētus eſt eis. Lapis
aūt q pcuſſerat ſtatuā factus ē mōs magnus: et
impleuit vniuerſā terrā. Hoc ē ſomniū: interp̄:
tationē q; eius dicemus corā te rex. Tu rex re:
gū es: et deus celi regnū et fortitudinē et imperiū
et gloriā dedit tibi: et omīa ī quib; habitāt filij
hoīm et beſtie agri volucres q; celi dedit ī manu
tua: et ſubdicōne tua vniuerſa cōſtituit. Tu es
ergo caput aureū. Et poſt te cōſurget regnum

aliud minus te argenteū: et regnū terciū aliud
ereū qđ imperabit vniūſe terre: et regnū quartū
erit velut ferreū. Quomō ferrū comminuit ⁊
domat om̄ia: ſic cōminuet et cōteret om̄ia hec.
Porro quia vidiſti pedū et digitoꝝ partē teſteā
figuli· et partē ferreā: regnū diuiſū erit qđ tamē
de plātario ferri orieť. Scđm ꝙ vidiſti ferꝝ mix-
tū teſte ex luto· et digitos pedū ex parte ferreos·
et ex parte fictiles: ex parte regnū erit ſolidū: et
ex parte cōtritū. Quod aūt vidiſti ferrū mixtū
teſte ex luto: cōmiſcebunť quidē humano ſemi-
ne ſed nō adherebūt ſibi: ſicuti ferꝝ miſceri nō
poteſt teſte. In diebꝰ autē regnoꝝ illoꝝ ſuſcita-
bit deus celi regnū quod ĩ eternū nō diſſipabiť:
⁊ regnū eius alteri ꝑplo nō tradeť. Cōminuet
aūt et cōſumet vniuerſa regna hec: et ipm̄ ſtabit
in eternū. Scđm ꝙ vidiſti ꝙ de mōte abſciſus eſt
lapis ſine manibꝰ et cōminuit teſtā et ferrū et es
et argentū et aurū: deus magnus oſtēdit regi q̄
ventura ſunt poſtea: et veꝝ ē ſompniū et fidelis in-
terpretatio eius. Tūc rex nabuchodonoſor cecidit
ĩ faciē ſuā et danielē adorauit: et hoſtias et incē-
ſum ꝑcepit ut ſacrificarēt ei loquēs ergo rex ait
danieli. Vere deus veſter deus deoꝝ eſt et dn̄s re-
gū: reuelās miſteria: quū tu potuiſti aperire hoc
ſacramentū. Tūc rex danielē ĩ ſublime extulit:
et munera multa et magna dedit ei: et cōſtituit
eū principē ſup om̄es ꝓuīcias babilonis et ꝑfec-
tū magiſtratuū ſup cūctos ſapiētes babilonis.
Daniel aūt poſtulauit a rege: et cōſtituit ſuper
opa ꝓuītie babilonis ſidrac miſac et abdenago.
Ipſe aūt daniel erat ĩ foribꝰ regis. ·III·

Nabuchodonoſor rex fecit ſtatuā aureā al-
titudine cubitorū ſexaginta latitudine
cubitoꝝ ſex: et ſtatuit eā ĩ campo durā ꝓuincie
babilonis. Itaqꝫ nabuchodonoſor rex miſit ad
congregādos ſatraphas magiſtratus et iudices
duces et tyrānos et ꝑfectos om̄eſqꝫ principes re-
gionū: ut cōuenirēt ad dedicationē ſtatue quā
erexerat nabuchodonoſor rex. Tunc cōgregati
ſūt ſatrape magiſtratus et iudices duces et tyrā-
ni et optimates qui erāt ĩ poteſtatibꝰ cōſtituti et
vniuerſi principes regionū: ut cōuenirēt ad de-
dicationē ſtatue quā erexerat nabuchodonoſor
rex. Stabāt aūt in cōſpectu ſtatue quā poſuerat
nabuchodonoſor rex: et preco clamabat valen-
ter. Vobis diciť ꝑplis tribubꝰ et linguis: ĩ hora
qua audieritis ſonitum tube et fiſtule et cythare
ſambuce et pſalterij et ſymphonie ⁊ vniuerſi
generis muſicoꝝ: cadentes adorate ſtatuā aureā
quā cōſtituit nabuchodonoſor rex. Si quis aūt
nō ꝓſtratus adorauerit: eadē hora mitteť in for-
nacem ignis ardētis. Poſt hec igiť ſtatim ut
audierūt om̄es ꝑpli ſonitū tube fiſtule et cytha-
re ſambuce et pſalterij ſymphonie et om̄is gene-
ris muſicoꝝ: cadentes om̄es ꝑpli tribꝰ et lingue
adorauerāt ſtatuā aureā quā cōſtituerat nabu-
chodonoſor rex. Statimqꝫ in ipo tēpore accedētes
viri chaldei accuſauerūt iudeos: dixeruntqꝫ na-
buchodonoſor regi. Rex ĩ eternū viue. Tu rex
poſuiſti decretū ut om̄is homo ꝙ audierit ſonitū
tube fiſtule ⁊ cythare ſambuce et pſalterij ⁊
ſymphonie ⁊ vniuerſi generis muſicoꝝ ꝓſter-
nat ſe et adoret ſtatuā aureā: ſi quis autē nō ꝓ-
cidēs adorauerit mittať ĩ fornacē ignis ardētis.
Sūt ergo viri iudei quos cōſtituiſti ſuper opera
regionis babilonie ſidrac miſac ⁊ abdenago:
viri iſti cōtempſerūt rex decretū tuū. Deos tuos
nō colūt: et ſtatuā aureā quā erexiſti nō adorāt.
Tūc nabuchodonoſor ĩ furore et ira ꝑcepit ut
adducerenť ſidrac miſac et abdenago. Qui cō-
feſtim adducti ſūt ĩ cōſpectu regis: ꝓnūciauſqꝫ
nabuchodonoſor rex ait eis. Vere ne ſidrac mi-
ſac et abdenago deos meos nō colitis: et ſtatuā
aureā quam cōſtitui nō adoratis? Nūc ergo ſi
eſtis parati quacūqꝫ hora audieritis ſonitū tube
fiſtule cythare ſambuce et pſalterij et ſymphonie
om̄iſqꝫ generis muſicoꝝ ꝓſternite vos et adorate
ſtatuā quā feci: quod ſi nō adorauentis: eadem
hora mittemini ĩ fornacē ignis ardētis. Et quis
ē deus qui eripiet vos de manu mea? Reſpōdētes
ſidrac miſac et abdenago: dixerūt regi nabuch-
odonoſor. Non oportet nos de hac re reſpōdere
tibi. Ecce enī deus noſter quem colimus poteſt
eripere nos de camino ignis ardētis: et de mani-
bꝰ tuis o rex liberare. Quod ſi noluerit· notū
ſit tibi rex· quia deos tuos nō colimus· et ſtatuā
aureā quā erexiſti nō adoramus. Tūc nabuch-
odonoſor repletus ē furore· et aſpectus faciei il-
lius immutatus ē ſuper ſidrac miſac et abdena-
go: et ꝑcepit ut ſuccēderet fornax ſeptuplū q̄ʒ ſuc-
cendi conſueuerat: et viris fortiſſimis de exercitu
ſuo iuſſit ut ligatis pedibꝰ ſidrac miſac et abde-
nago mitterent eos ĩ fornacē ignis ardētis. Et
confeſtim viri illi vincti cū bracis ſuis et thyaris
et calciamētis et veſtibꝰ miſſi ſūt ĩ mediū forna-
cis ignis ardentis. Nam iuſſio regis vrgebat.
Fornax autē ſuccēſa erat nimis. Porro viros

illos qui miserant sidrac misac & abdenago
interfecit flāma ignis. Viri autē hij tres id est
sidrac misac et abdenago ceciderūt ī medio ca-
mino ignis ardētis colligati. Que sequūtur in
hebreis voluminibꝫ nō reperi. Et ambulabant
ī medio flāme: laudātes deū et benedicētes dn̄o.
Stans autē azarias orauit sic. Aperiēsq; os suū
ī medio ignis ait. Benedictus es dn̄e deus pa-
trū nostroꝝ et laudabile et gloriosū nomē tuū in
secula: quia iustus es ī oībꝫ que fecisti nobis.
et vniuersa opera tua vera et vie tue recte: et oīa
iudicia tua vera. Judicia enī vera fecisti iuxta
oīa que induxisti sup nos et sup ciuitatē sanctā
patrū nr̄oꝝ ihrl'm: quia ī veritate et ī iudicio
induxisti oīa hec ꝓpter peccata nr̄a. Peccaui-
mus enī et inique egimus recedētes a te et delīq-
mus ī oībꝫ: et precepta tua nō audiuimus: nec
obseruauimus nec fecimus sicut ꝓceperas nobis
ut bene nobis esset. Omīa ergo q̄ induxisti sup
nos et vniuersa que fecisti nobis vero iuditio fe-
cisti: et tradidisti nos in manibꝫ inimicoꝝ ini-
quoꝝ et pessimoꝝ ꝑuarcatoꝝq;: et regi iniusto et
pessimo vltra omnē terrā. Et nūc nō possumus
aperire os. Cōfusio et obprobrium facti sumus
seruis tuis: et hijs q̄ colebant te. Ne quesumus
tradas nos ī ꝑpetuū ꝓpter nomē tuū: et ne dissi-
pes testamētum tuū neq; auferas misericordiā
tuā a nobis ꝓpter abraham dilectū tuū et ysaac
seruū tuū et isrl' sanctū tuum: quibꝫ locutus es
pollicēs q̄ multiplicares semē eoꝝ sicut stellas celi
et sicut harenā que ē in litore maris: quia dn̄e
imminuti sumus plus quā oēs gētes: sumusq;
humiles in vniuersa terra hodie ꝓpter peccata
nr̄a. Et nō est in tempore hoc princeps et dux et
ꝓpheta neq; olocaustū neq; sacrificiū neq; obla-
tio neq; incensum neq; locus primitiaꝝ corā te.
ut possimus inuenire misericordiā tuā: sz ī aīo
contrito et spiritu humilitatis suscipiamꝰ. Sicut
in olocausto arietū et thauroꝝ et sicut in milibꝫ
agnoꝝ pinguiū. sic fiat sacrificiū nr̄m ī cōspectu
tuo hodie ut placeat tibi: qm̄ nō est cōfusio cōfi-
dētibꝫ ī te. Et nūc sequimꝰ te ī toto corde et time-
mus te: et q̄rimus faciē tuā. Ne cōfūdas nos:
sed fac nobiscū iuxta māsuetudinē tuā et scdm
multitudinē misericordie tue: et erue nos ī mirabili-
bꝫ tuis et da gloriā nomini tuo dn̄e: et cōfundant
oēs qui ostēdūt seruis tuis mala. Cōfundant
in omī potētia et robur eoꝝ cōteratur: et sciāt quia
tu es dn̄s deus solus et gloriosus sup orbē terraꝝ.

Et nō cessabāt qui miserant eos ministri regis
succēdere fornacē napta et stuppa et pice et mal-
leolis: et effundebāt flamma sup fornacē cubitis
quadraginta nouē: et erupit et incēdit quos re-
perit iuxta fornacē de chaldeis. Angelus autē
dn̄i descēdit cū azaria et socijs eius in fornacē: et
excussit flammā ignis de fornace et fecit mediū
fornacis q̄si ventū roris flantē: & nō tetigit eos
omīno ignis neq; cōtristauit nec quicq; moles-
tie intulit. Tūc hij tres q̄si ex vno ore laudabāt
et glorificabāt et benedicebāt deū ī fornace dicen-
tes. Benedictus es dn̄e deus patrū nostroꝝ: et
laudabilis et gloriosus et supexaltatus ī secula.
Et benedictū nomē glorie tue sanctū: et lauda-
bile et supexaltatū in omībꝫ seculis. Benedic-
tus es ī templo sācto gl'e tue: et suplaudabilis et
supergloriosus ī secula. Benedictus es ī throno
regni tui: et suplaudabilis et supexaltatus in se-
cl'a. Benedictus es qui intueris abissos et sedēs
sup cherubin: et laudabilis et superexaltatus in
secula. Benedictus es ī firmamēto celi: et lau-
dabilis et gloriosus ī secl'a. Benedicite oīa opa
dn̄i dn̄o: laudate et supexaltate eū ī secula. Be-
nedicite angeli dn̄i dn̄o: laudate et supexaltate
eū in secula. Benedicite celi dn̄o: laudate et su-
pexaltate eū ī secula. Benedicite aque oēs q̄
sup celo sūt dn̄o: laudate & superexaltate eū in
secl'a. Benedicite oēs virtutes dn̄i dn̄o: lau-
date et supexaltate eū in secula. Benedicite sol
et luna dn̄o: laudate et supexaltate eū ī secula.
Benedicite stelle celi dn̄o: laudate et supexaltate
eū ī secula. Benedicite ymber et ros dn̄o: lau-
date et supexaltate eū ī secl'a. Benedicite oēs
spiritus dei dn̄o: laudate et superexaltate eum in
secula. Benedicite ignis et estus dn̄o: laudate
et supexaltate eū ī secula. Benedicite frigus et
estus dn̄o: laudate et superexaltate eū in secula.
Benedicite rores et pruina dn̄o: laudate et sup-
exaltate eū in secula. Benedicite gelu et frigus
dn̄o: laudate et supexaltate eū in secula. Bene-
dicite glacies et niues dn̄o: laudate et supexalta-
te eum ī secula. Benedicite noctes et dies dn̄o:
laudate et supexaltate eū in secula. Benedicite
lux et tenebre dn̄o: laudate et supexaltate eū in
secula. Benedicite fulgura et nubes dn̄o: lau-
date et supexaltate eū in secula. Benedicat ter-
ra dn̄m: laudet et supexaltet eū in secula. Be-
nedicite mōtes et colles dn̄o: laudate et supexal-
tate eū ī secl'a. Benedicite vniūsa germinātia

in terra dño: laudate et ſupexaltate eũ in ſecľa. Benedicite fõtes dño: laudate et ſupexaltate eũ in ſecula. Benedicite maria et flumina dño: laudate et ſuperexaltate eũ ĩ ſecula. Benedicite cete et oĩa que mouent̃ in aquis dño: laudate et ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite omnes volucres celi dño: laudate et ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite omnes beſtie et pecora dño: laudate et ſuperexaltate eũ ĩ ſecula. Benedicite filij hoĩm dño: laudate et ſupexaltate eũ ĩ ſecľa. Benedicat iſrł dñm: laudet et ſuperexaltet eũ ĩ ſecľa. Benedicite ſacerdotes dñi dño: laudate et ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite ſerui dñi dño: laudate et ſuperexaltate eũ in ſecľa. Benedicite ſpiritus et aĩe iuſtoꝝ dño: laudate et ſupexaltate eũ ĩ ſecľa. Benedicite ſãcti et humiles corde domino: laudate et ſupexaltate eũ ĩ ſecľa. Benedicite anania azaria miſahel dño: laudate et ſuperexaltate eũ ĩ ſecula: quia eruit nos de inferno et ſaluos fecit de manu mortis: et liberauit de medio ardẽtis flãme: et de medio ignis eruit nos. Cõfitemini domino qm̃ bonus: qm̃ in ſeculũ miſcdia eius. Benedicite omnes religioſi dño deo deorũ: laudate et cõfitemini ei: qꝛ in oĩa ſecula miſcdia eius. Huc uſqꝫ ĩ hebreo nõ habet̃ et que poſuimus de theodocõis edicõne tranſlata ſũt. Tũc nabuchodonoſoꝛ rex obſtupuit et ſurrexit ꝓpere: et ait optimatibus ſuis. Nõne tres viros miſimus ĩ ignis medio cõpeditos? Qui rñdentes regi dixerũt. Vere rex. Reſpõdit et ait. Ecce ego video viros quatuoꝛ ſolutos et ambulãtes in medio ignis: et nichil corrupcõis in eis ẽ: et ſpecies quarti ſilis filio dei. Tũc acceſſit nabuchodonoſoꝛ ad oſtiũ fornacis ignis ardẽtis et ait. Sidrac miſac et abdenago ſerui dei excelſi: egredimini et venite. Statimqꝫ egreſſi ſunt ſidrac miſac et abdenago de medio ignis. Et cõgregati ſatrape magiſtratus et iudices et potẽtes regis contemplabant̃ viros illos qm̃ nichil poteſtatis habuiſſet ignis in corporibꝫ eoꝝ: et capillus capitis eoꝝ non eſſet aduſtus et ſaraballa eoꝝ nõ fuiſſẽt immutata: et odor ignis nõ trãſiſſet ꝑ eos. Et erumpẽs nabuchodonoſor ait. Benedictus deus eoꝝ ſidrac videlicet miſac et abdenago q̃ miſit angelũ ſuũ et eruit ſeruos ſuos qui crediderũt in eũ: et verbũ regis immutauerũt: et tradiderũt corpoꝛa ſua ne ſeruirent et ne adoꝛarẽt omnẽ deũ excepto deo ſuo. A me ergo poſitum eſt hoc decretum ut omnis populus tribꝫ et lingua quecũqꝫ locuta fuerit blaſphemiã cõtra deũ ſidrac miſac et abdenago diſpereat: et domus eius vaſtetur. Neqꝫ enĩ eſt alius deus: qui poſſit ita ſaluare. Tũc rex ꝓmouit ſidrac miſac et abdenago ĩ ꝓuincia babilonis. Nabuchodonoſoꝛ rex oĩbꝫ ꝑplis gẽtibꝫ et linguis qui habitãt ĩ vniuerſa terra: pax vobis multiplicetur. Signa et mirabilia fecit apud me deus excelſus. Placuit ergo michi ꝓdicare eius ſigna quia magna ſũt: et mirabilia eius quia foꝛtia: et regnũ eius regnũ ſempiternũ: et poteſtas eius ĩ generationẽ et generacõẽ.

Ego nabuchodonoſoꝛ quietus IIII erã ĩ domo mea et florẽs ĩ palatio meo. Sompniũ vidi quod pterruit me: et cogitacões mee ĩ ſtratu meo: et viſiones capitis mei cõturbauerũt me. Et ꝑ me ꝓpoſitũ eſt decretũ ut introducerent̃ in cõſpectu meo cũcti ſapiẽtes babilonis: et ut ſolutionẽ ſompnij indicarẽt michi. Tũc ingrediebant̃ arioli magi chaldei et aruſpices: et ſompniũ narraui ĩ cõſpectu eoꝝ: et ſolutionẽ eius nõ indicauerũt michi: donec collega ingreſſus ẽ in cõſpectu meo daniel: cuius nomẽ balthazar ſcđm nomẽ dei mei: qui habet ſpiritũ deoꝝ ſãctoꝝ ĩ ſemetipo: et ſompniũ corã ipo locutus ſũ. Balthazar princeps arioloꝝ quẽ ego ſcio q ſpiritũ deoꝝ ſãctoꝝ habeas in te: et oĩe ſacramentũ nõ ẽ impoſſibile tibi: viſiones ſompnioꝝ meoꝝ quas vidi: et ſolutionẽ eoꝝ narra. Viſio capitis mei ĩ cubili meo. Videbã: et ecce arboꝛ ĩ medio terre: et altitudo eius nimia. Magna arboꝛ et foꝛtis: et proceritas eius contingẽs celũ. Aſpectus illius erat uſqꝫ ad terminos vniuerſe terre. Folia eius pulcerrima: et fructus eius nimius: et eſca vniuerſoꝝ ĩ ea. Subter eã habitabãt aĩalia et beſtie: et ĩ ramis eius cõuerſabãtur volucres celi: et ex ea veſcebat̃ omnis caro. Videbã ĩ viſione capitis mei ſup ſtratũ meũ: et ecce vigil et ſanctus de celo deſcẽdit: clamauit foꝛtiter: et ſic ait. Succidite arboꝛẽ et pcidite ramos eius: excutite folia eius et diſpgite fructus eius: fugiant beſtie q̃ ſubter eã ſũt: et volucres de ramis eius. Verũtamẽ germen radicũ eius in terra ſinite: et alliget̃ vinculo ferreo et ereo: in herbis q̃ foꝛis ſunt et roꝛe celi tingat̃: et cũ feris pars eius ĩ herba terre. Coꝛ eius ab humano cõmutet̃: et coꝛ fere det̃ ei: et ſeptẽ tẽpoꝛa mutẽtur ſup eũ. In ſentẽtia vigilũ decretũ eſt: et ſermo ſanctoꝛum et petitio: donec cognoſcant viuentes

quī dn̄atur excelſus in regno hoīm · et cuicūqꝫ voluerit dabit illud: et humilimū hoīez cōſtituet ſup eū. Hoc ſomniū vidi ego nabuchodonoſor rex. Tu ergo balthazar interpretationē narra feſtinus: qa oēs ſapiētes regni mei nō queūt ſolutionē edicere michi. Tu autē potes: quia ſpiritus deoꝝ ſāctoꝝ in te eſt. Tūc daniel cuius nomē balthazar cepit intra ſemetipſum tacitus cogitare q̄ſi vna hora: et cogitacōnes eius cōturbabāt eū. Reſpondēs autē rex ait. Balthazar ſomniū et interp̄tacō eius nō cōturbēt te. Reſpōdit balthazar et dixit. Dn̄e mi: ſomniū hijs qui te oderūt: et interp̄tatio eius hoſtibꝫ tuis ſit. Arborē quā vidiſti ſublimē atqꝫ robuſtā cuius altitudo ptingit ad celū · et aſpectus illius ī omnem terrā · Et rami eius pulcerrimi · et fructus eius nimius · et eſca oīm ī ea · ſubter eā habitātes beſtie agri · et ī ramis eius cōmorantes aues celi: tu es rex q̄ magnificatus es Et inualuiſti · et magnitudo tua creuit et pvenit uſqꝫ ad celū: et poteſtas tua ī terminos vniuerſe terre. Quod autē vidit rex vigilē et ſanctū deſcēdere de celo et dicere · ſuccidite arborē et diſſipate illā · attamen germē radicū eius in terra dimittite · et vinciatᷣ ferro et ere · ī herbis foris et rore celi cōſpergatᷣ · et cū feris ſit pabulū eius donec ſeptē tēpora cōmutentᷣ ſup eū: hec ē interp̄tatio ſentētie altiſſimi · q̄ pvenit ſup dn̄m meū regē. Eicient te ab hoībꝫ et cū beſtijs feriſqꝫ erit habitatio tua: Et fenū ut bos comedes: et rore celi infūderis. Septē quoqꝫ tēpora mutabuntᷣ ſup te · donec ſcias qꝺ dn̄etᷣ excelſus ſuper regnū hoīm: et cuicūqꝫ voluerit det illud. Quod autē p̄cepit ut relinqueretᷣ germen radicū eius id eſt arboris: regnū tuū tibi manebit poſtq̄ꝫ cognoueris poteſtatem eſſe celeſtem. Quāobrē rex cōſiliū meū placeat tibi · et peccata tua elemoſinis redime: et iniquitates tuas miſericordijs paupeꝝ: forſitan ignoſcet deus delictis tuis. Omnia hec venerūt ſuper nabuchodonoſor regē. Poſt finē mēſiū duodecim ī aula babilonis deambulabat. Rn̄ditqꝫ rex Et ait. Nōne hec eſt babilon ciuitas magna quā ego edificaui in domū regni in robore fortitudinis mee: et ī gloria decoris mei? Cūqꝫ ſermo adhuc eſſet ī ore regis: vox de celo ruit. Tibi dicitᷣ nabuchodonoſor rex. Regnū tuū trāſibit a te et ab hoībꝫ eiciēt te: et cū beſtijs et feris erit habitacō tua: fenū q̄ſi bos comedes · et ſeptē tēpora mutabuntᷣ ſup te: donec ſcias qꝺ dn̄etᷣ excelſus in regno hoīm · et cuicumqꝫ voluerit det illud. Eadē hora ſermo cōpletus ē ſup nabuchodonoſor: et ex hoībꝫ abiectus ē et fenū ut bos comedit: et rore celi corpus eius infectū eſt: donec capilli eius ī ſimilitudinē aquilaꝝ creſcerēt · et vngues eius quaſi auiū. Igitᷣ poſt finē dieꝝ ego nabuchodonoſor oculos meos ad celū leuaui · et ſenſus meus redditus ē michi: et altiſſimo benedixi · et viuentē ī ſempiternū laudaui et glorificaui: quia poteſtas eius poteſtas ſempiterna · Et regnū eius in generationē et generationē: et oēs habitatores terre apud eū in nichilū reputati ſunt. Iuxta volūtatē enī ſuā · facit tam ī virtutibꝫ celi q̄ꝫ in habitatoribꝫ terre: et nō ē q̄ reſiſtat manui eius et dicat ei quare feciſti. In ipo tēpore ſēſus meus reuerſus ē ad me · et ad honorē regni mei decorēqꝫ perueni: et figura mea reuerſa ē ad me · et optimates mei et magiſtratus mei requiſierūt me: et ī regno meo reſtitutus ſū: et magnificētia mea amplior addita ē michi. Nūc igitur ego nabuchodonoſor · laudo et magnifico et glorifico regē celi: quia oīa opa eius vera · et vie eius iudicia: et gradiētes ī ſupbia poteſt humiliare.

V.

Balthazar rex fecit grande cōuiuiū optimatibꝫ ſuis mille: et vnuſquiſqꝫ ſcd̄m ſuā bibebat etatem. Precepit ergo iā temulētus ut afferrētᷣ vaſa aurea et argētea · que aſportauerat nabuchodonoſor pater eius de tēplo quod fuit ī ihrl'm: ut biberēt in eis rex et optimates eius · vxoreſqꝫ eius et cōcubine. Tūc allata ſūt vaſa aurea q̄ aſportauerat de tēplo qꝺ fuerat ī ihrl'm: et biberūt ī eis rex et optimates eius vxores et cōcubine illius. Bibebāt vinū: et laudabāt deos ſuos aureos et argenteos et ereos ferreos ligneoſqꝫ et lapideos. In eadē hora apparuerūt digiti q̄ſi manus hoīs ſcribētis cōtra candelabrum: ī ſupficie parietis aule regie. Et rex aſpiciebat articlos manus ſcribētis. Tūc facies regis cōmutata ē · et cogitacōes eius cōturbabāt eum: et cōpages renū eius ſoluebantᷣ: et genua eius ad ſe inuicē collidebantᷣ. Exclamauit itaqꝫ rex fortiter: ut introducerēt magos chaldeos et aruſpices. Et ploquēs rex ait ſapiētibꝫ babilonis. Quicūqꝫ legerit ſcpturā hāc et interp̄tationē eius manifeſtā michi fecerit · purpura veſtietᷣ: et torquē aureā habebit ī collo: et tercius ī regno meo erit. Tūc ingreſſi oēs ſapiētes regis nō potuerūt nec ſcripturā legere: nec interp̄tationem eius indicare regi. Unde rex balthazar

ſatis cõturbatus eſt: et vultus illius immutatus
eſt. Sed et optimates eius turbabant̃. Regina
autẽ ꝓ re que acciderat regi et optimatibꝫ eius
domũ cõuiuij ingreſſa ẽ: et ꝓloquẽs ait. Rex
in eternũ viue. Nõ te cõturbẽt cogitacões tue:
neqꝫ facies tua immutet̃. Eſt vir in regno tuo q̃
ſpiritũ deoꝝ ſãctoꝝ habet ĩ ſe: et in diebꝫ pr̃is tui
ſciẽtia et ſapiẽtia inuẽte ſũt in eo. Nam et rex
nabuchodonoſoꝛ pater tuus principem magoꝝ
incantatoꝝ chaldeoꝝ et aruſpicũ cõſtituit eum.
Pater inquã tuus o rex: q̃a ſpiritus amplioꝛ
et prudẽtia intelligẽtiaqꝫ interꝑtatio ſomnioꝝ·
et oſtenſio ſecretoꝝ· ac ſolucio ligatoꝝ inuẽte ſũt
in eo· hoc ẽ in daniele: cui rex poſuit nomẽ bal-
thazar. Nũc itaqꝫ daniel vocet̃: et interꝑtacõez
narrabit. Igit̃ introductus ẽ daniel corã rege.
Ad quẽ ꝑfatus rex ait. Tu es daniel de filijs
captiuitatis iude· quam adduxerat pater meus
rex de iudea. Audiui de te quĩ ſpiritũ deoꝝ ha-
beas: et ſciẽtia intelligẽtiaqꝫ ac ſapiẽtia amplio-
res inuẽte ſũt ĩ te. Et nũc introgreſſi ſũt ĩ con-
ſpectu meo ſapiẽtes magi· ut ſcripturã hãc lege-
rẽt et interꝑtationẽ eius indicarẽt michi: et ne-
quiuerũt ſenſũ huius ſermonis edicere. Porro
ego audiui de te· ꝙ poſſis obſcura interꝑtari:
et ligata diſſoluere. Si ergo vales ſcripturã le-
gere et interꝑtationẽ eius indicare michi· pur-
pura veſtieris: et torquẽ aureã circa collũ tuum
habebis: et tercius in regno meo princeps eris.
Ad que reſpõdẽs daniel ait corã rege. Munera
tua ſint tibi: et dona domus tue alteri da: ſcrip-
turã autẽ legã tibi rex· et interꝑtationẽ eius oſ-
tendam tibi. O rex deus altiſſimus regnum et
magnificentiã gloriã et honorẽ dedit nabucho-
donoſor patri tuo: et ꝓpter magnificẽtiam quã
dederat ei· vniuerſi ꝑpl'i tribꝫ et lingue tremebãt
et metuebant eũ. Quos volebat interficiebat·
quos volebat percuciebat: quos volebat exalta-
bat: et quos volebat humiliabat. Quãdo autẽ
eleuatũ ẽ coꝛ eius et ſpiritus illius obfirmatus ẽ
ad ſupbiã· depoſitus ẽ de ſolio regni ſui: et gl'a
eius ablata ẽ: et a filijs hoĩm eiectus ẽ. Sed et coꝛ
eius cũ beſtijs poſitũ ẽ: et cũ onagris erat habi-
tatio eius. Fenũ q̃ꝫ ut bos comedebat· et rore
celi corpus eius infectum ẽ: donec cognoſceret ꝙ
poteſtatẽ haberet altiſſimus ĩ regno hominũ: et
quẽcũqꝫ voluerit ſuſcitabit ſup illud. Tu q̃ꝫ fi-
lius eius balthazar nõ humiliaſti cor tuũ cũ ſci-
res hec oĩa: ſꝫ aduerſũ dñatorẽ celi eleuatus es.

Et vaſa domus eius allata ſũt coram te: et tu et
optimates tui et vxores tue et cõcubine tue vinũ
bibiſtis ĩ eis. Deos q̃ꝫ argẽteos et aureos et ere-
os ferreos ligneoſqꝫ et lapideos· q̃ nõ vident neqꝫ
audiũt neqꝫ ſentiũt laudaſti: porro deũ qui habet
flatũ tuũ in manu ſua et oĩes vias tuas non
gloꝛificaſti· idcirco ab eo miſſus ẽ articulus ma-
nus que ſcripſit hoc quod exaratũ eſt. Hec ẽ autẽ
ſcriptura q̃ digeſta ẽ. Mane thetel phares. Et
hec interpretatio ſermonis. Mane: numerauit
deus regnũ tuũ· et cõpleuit illud. Thetel: appẽ-
ſũ eſt ĩ ſtatera· et inuẽtũ ẽ minus habẽs. Pha-
res: diuiſũ eſt regnũ tuũ· et datũ eſt medis et
pſis. Tũc iubẽte rege indutus ẽ daniel purpu-
ra: et circũdata ẽ torques aurea collo eius: et pre-
dicatũ eſt de eo ꝙ haberet poteſtatẽ tercius ĩ reg-
no. Eadẽ nocte interfectus ẽ balthazar rex chal-
deus: et darius medus ſucceſſit ĩ regnũ· annos
natus ſexaginta duos. VI

Placuit dario: et cõſtituit ſupra regnũ ſa-
traphas centũuiginti ut eſſet ĩ toto regno
ſuo et ſup eos principes tres ex quibꝫ daniel vnus
erat ut ſatrape illis redderẽt rationẽ: et rex non
ſuſtineret moleſtiã. Igit̃ daniel ſupabat oĩes
principes et ſatrapas: quia ſpiritus dei amplioꝛ
erat ĩ illo. Porro rex cogitabat cõſtituere eum
ſup oĩe regnũ. Vnde pricipes et ſatrape que-
rebãt occaſionẽ ut inuenirẽt danieli ex latere re-
gis: nullãqꝫ cauſã et ſuſpicationẽ reperire potu-
erũt eo ꝙ fidelis eſſet: et omnis culpa et ſuſpitio
nõ inueniret̃ ĩ eo. Dixerũt ergo viri illi. Nõ
inueniemus danieli huic aliquã occaſionẽ: niſi
forte ĩ lege dei ſui. Tũc pricipes et ſatrape ſur-
ripuerũt regi: et ſic locuti ſunt ei. Dari rex in
eternũ viue. Cõſiliũ inierũt cũcti pricipes reg-
ni tui· magiſtratus et ſatrape ſenatores et iu-
dices ut decretũ imperatoꝛiũ exeat et edictũ: ut
oĩſis qui petierit aliquã peticõez a quocũqꝫ deo
et hoĩe uſqꝫ ad triginta dies niſi a te rex: mittat̃
in lacũ leonũ. Nũc itaqꝫ rex cõfirma ſẽtentiã
et ſcribe decretũ ut nõ immutet̃ quod ſtatutũ eſt
a medis et perſis: nec preuaricari cuiq̃ꝫ liceat.
Porro rex darius ꝓpoſuit edictum et ſtatuit.
Quod cũ daniel cõperiſſet id eſt cõſtitutã legẽ:
ingreſſus ẽ domũ ſuã et feneſtris aptis ĩ cenaclo
ſuo cõtra ihrl'm tribꝫ tẽpoꝛibꝫ in die flectebat ge-
nua ſua et adoꝛabat: cõfitebat̃qꝫ corã deo ſuo ſi-
cut et ante facere cõſueuerat. Viri ergo illi cu-
rioſius inquirẽtes inuenerunt danielẽ oꝛantem

et obſecrantē deum ſuū: et accedentes locuti ſunt
regi ſup edicto. Rex nūquid nō cōſtituiſti ut
oīs homo q̄ rogaret quēqꝫ de diis et hoībꝫ uſqꝫ
ad dies triginta niſi te rex mitteret ī lacū leonū?
Ad quos reſpōdens rex ait. Verus ſermo iux-
ta decretū medoꝝ atqꝫ pſaꝝ: quod p̄uaricari nō
licet. Tūc reſpōdētes dixerūt corā rege. Daniel
de filiis captiuitatis iude nō curauit de lege tua
et edicto quod cōſtituiſti: ſed tribꝫ tēporibꝫ p die
orat obſecracōne ſua. Quod verbū cū audiſſet
rex ſatis cōtriſtatus eſt: et ꝓ daniele poſuit cor ut
liberaret eū: et uſqꝫ ad occaſū ſolis laborabat ut
erueret illū. Viri aūt illi intelligētes regē dixe-
rūt ei. Scito rex quia lex medoꝝ ē atqꝫ pſaꝝ: ut
omne decretū quod cōſtituerit rex nō liceat im-
mutari. Tūc rex p̄cepit et adduxerūt danielē:
et miſerūt eū in lacū leonū. Dixitqꝫ rex danie-
li. Deus tuus quē colis ſemper: ipſe liberabit te.
Allatuſqꝫ ē lapis unus et poſitus ē ſup os laci:
quē obſignauit rex anulo ſuo et anulo optima-
tū ſuoꝝ: ne quid fieret cōtra danielē. Et abiit rex ī
domū ſuā et dormiuit incenatus: cibiqꝫ non ſūt
allati corā eo: inſuper et ſomnus receſſit ab eo.
Tūc rex p̄mo diluculo cōſurgēs feſtinus ad lacū
leonū ꝑrexit: appropinquāſqꝫ lacui danielē voce
lacrimabili inclamauit: et affatus eſt eū. Da-
niel ſerue dei viuētis: deus tuus cui tu ſeruis ſē-
per putaſne valuit te liberare a leonibus? Et daniel
regi reſpondēs ait. Rex ī eternū viue. Deus
miſit angelū ſuū. et cōcluſit ora leonū et nō no-
cuerūt michi: quia corā eo iuſticia inuēta eſt in
me. Sed et corā te rex delictū nō feci. Tūc vehe-
mēter rex gauiſus eſt ſup eo: et danielem p̄cepit
educi de lacu. Eductuſqꝫ ē daniel de lacu: et nul-
la leſio inuēta ē ī eo: q̄a credidit deo ſuo. Iubēte
autē rege adducti ſūt viri illi qui accuſauerunt
danielem: et in lacū leonū miſſi ſūt ipſi et filii et
vxores eoꝝ: et nō ꝑuenerūt uſqꝫ ad pauimentū
laci: donec arriperēt eos leones et oīa oſſa eoꝝ
cōminuerūt. Tūc darius rex ſcripſit vniuerſis
ꝑplis tribubꝫ et linguis habitantibꝫ in vniuerſa
terra. Pax vobis multiplicet̄. A me cōſtitutū
ē decretum: ut ī vniuerſo imperio et regno meo
tremiſcāt et paueāt deū danielis. Ipſe ē enī deus
viuēs et eternus ī ſecula: et regnū eius nō diſſi-
pabit̄: et poteſtas eius uſqꝫ ī eternū. Ipſe libera-
tor atqꝫ ſaluator faciēs ſigna et mirabilia in celo
et ī terra: qui liberauit danielē de lacu leonum.
Porro daniel perſeuerauit uſqꝫ ad regnū darii
regnumqꝫ cyri perſe. VII

Anno p̄mo balthazar regis babilonis da-
niel ſomniū vidit. Viſionē autē capi-
tis eius ī cubili ſuo: et ſomniū ſcribēs breui ſer-
mone cōprehēdit: ſummatimqꝫ ꝑſtringēs ait.
Videbam ī viſione mea nocte: et ecce quatuor
vēti celi pugnabāt in mari magno: et quatuor
beſtie grādes aſcēdebāt de mari diuerſe inter ſe.
Prima q̄ſi leena: et alas habebat aquile. Aſ-
piciebā donec euulſe ſūt ale eius et ſublata eſt de
terra: et ſup pedes q̄ſi homo ſtetit: et cor eius da-
tū eſt ei. Et ecce beſtia alia ſimilis urſo in parte
ſtetit: et tres ordines erāt in ore eius et in dentibꝫ
eius: et ſic dicebant ei. Surge: comede carnes
plurimas. Poſt hec aſpiciebā: et ecce alia q̄ſi
pardus: et alas habebat auis quatuor ſup ſe. Et
quatuor capita erāt ī beſtia: et poteſtas data eſt
ei. Poſt hec aſpiciebā in viſione noctis: et ecce
beſtia quarta terribilis atqꝫ mirabilis et fortis
nimis. Dētes ferreos habebat magnos: come-
dēs atqꝫ cōminuēs. et reliqua pedibꝫ ſuis cōcul-
cās. Diſſimilis autē erat ceteris beſtiis quas vi-
derā ante eā: et habebat cornua decē. Cōſiderabā
cornua: et ecce cornu aliud paruulū ortum eſt de
medio eoꝝ: et tria de cornibꝫ primis euulſa ſūt
a facie eius. Et ecce oculi eius q̄ſi oculi hoīs in
cornu iſto: et os loquēs ingētia. Aſpiciebā do-
nec throni poſiti ſunt: et antiquus dieꝝ ſedit.
Veſtimentū eius cādidū q̄ſi nix: et capilli capitis
eius q̄ſi lana munda. Thronus eius flāme ig-
nis: rote eius ignis accēſus: fluuius igneus ra-
pidusqꝫ egrediebat̄ a facie eius. Milia milium
miniſtrabāt ei: et decies milies cētena milia aſ-
ſiſtebāt ei. Iudiciū ſedit: et libri apti ſūt. Aſ-
piciebā ꝓpter vocē ſermonū grādiū quos cornu
illud loquebat̄. Et vidi qm̄ interfecta eſſet beſ-
tia. et periſſet corpus eius et traditū eſſet ad cō-
burendū igni: aliarū qꝫ beſtiaꝝ ablata eſſet po-
teſtas: et tēpora vite cōſtituta eſſēt eis uſqꝫ ad tē-
pus et tēpus. Aſpiciebā ergo ī viſione noctis:
et ecce cū nubibꝫ celi q̄ſi filius hoīs veniebat. et
uſqꝫ ad antiquū dieꝝ ꝑuenit: et in cōſpectu eius
obtulerunt eū. Et dedit ei poteſtatē et honorē et
regnū: et oēs ꝑpli tribꝫ et lingue ipſi ſeruiēt.
Poteſtas eius poteſtas eterna que nō auferet̄:
et regnū eius qd̄ non corrūpet̄. Horruit ſpiritus
meus. Ego daniel territus ſū ī hiis: et viſiones
capitis mei cōturbauerūt me. Acceſſi ad vnū
de aſſiſtētibꝫ: et veritatē querebā ab eo de oībꝫ

hijs. Qui dixit michi interp̃tacõez ſermonũ: et docuit me. Hee quatuor beſtie magne: quatuor regna conſurgent de terra. Suſcipiẽt autẽ regnũ ſãcti dei altiſſimi: et obtinebũt regnũ uſqꝫ ĩ ſeculũ et ſeculũ ſeculoꝝ. Poſt hoc volui diligẽter diſcere de beſtia quarta: que erat diſſimilis valde ab oĩbꝫ et terribilis nimis. Dentes et vngues eius ferrei: comedebat et cõminuebat: et reliqua pedibꝫ ſuis cõculcabat. Et de cornibꝫ decẽ que habebat ĩ capite. et de alio qđ ortũ fuerat. ante quod ceciderant tria cornua: et de cornu illo qđ habebat oculos et os loquẽs grãdia: et maius erat ceteris. Aſpiciebã: et ecce cornu illud faciebat bellũ aduerſus ſãctos et p̃ualebat eis: donec venit antiquus dieꝝ et iudiciũ dedit ſãctis excelſi: et tẽpus aduenit et regnũ obtinuerũt ſãcti. Et ſic ait. Beſtia quarta. regnũ quartũ erit in terra quod maius erit oĩbꝫ regnis: et deuorabit vniuerſã terrã: et cõculcabit et cõminuet eã. Porro decẽ cornua. ipſius regni decẽ reges erũt: et alius cõſurget poſt eos et ipſe potẽtior erit prioribꝫ: et tres reges humiliabit. Et ſermones cõtra excelſũ loquet̃: et ſãctos altiſſimi cõteret. Et putabit q̃ poſſit mutare tẽpora & leges: et tradent̃ in manu eius uſqꝫ ad tẽpus et tẽpora et dimidiũ tẽporis. Et iudiciũ ſedebit ut auferat̃ potẽtia et cõterat̃ et diſperiat uſqꝫ ĩ finẽ: regnũ aũt et poteſtas et magnitudo regni q̃ eſt ſubter oĩe celũ det̃ ꝑplo ſãctoꝝ altiſſimi cuius regnũ regnũ ſẽpiternũ eſt: et oĩes reges ſeruiẽt ei et obediẽt. Huculqꝫ finis verbi. Ego daniel multũ cogitacõibꝫ meis cõturbabar: et facies mea mutata ẽ ĩ me: verbũ aũt ĩ corde meo cõſeruaui. VIII.

Anno tercio regni balthazar regis viſio apparuit michi. Ego daniel poſt id quod viderã in principio vidi ĩ viſione mea cũ eſſẽ in ſuſis caſtro quod ẽ in helã ciuitate: vidi autẽ in viſione eſſe me ſup portã vlai: et leuaui oculos meos et vidi. Et ecce aries vnus ſtabat ante paludẽ habẽs cornua excelſa: et vnũ excelſius altero atqꝫ ſuccreſcẽs. Poſtea vidi arietẽ cornibꝫ vẽtilantem cõtra occidentẽ et cõtra aquilonẽ et cõtra meridiem: et omnes beſtie nõ poterãt reſiſtere ei neqꝫ liberari de manu eius: fecitqꝫ ſcđm volũtatẽ ſuã et magnificatus eſt. Et ego intelligebã. Ecce aũt hircus capraꝝ veniebat ab occidẽte ſup faciẽ tocius terre: et nõ tangebat terrã. Porro hircus habebat cornu inſigne inter oc̃los ſuos et venit uſqꝫ ad arietem illũ cornutũ quẽ videram ſtantẽ ante portam: et cucurrit ad eum in impetu fortitudinis ſue. Cumqꝫ appropinquaſſet prope arietẽ efferatus ẽ in eũ: et ꝑcuſſit arietẽ et comminuit duo cornua eius et nõ poterat aries reſiſtere ei. Cũqꝫ eũ miſiſſet ĩ terram cõculcauit: et nemo quibat liberare arietẽ de manu eius. Hircus autẽ capraꝝ magnus factus ẽ nimis. Cũqꝫ creuiſſet fractũ ẽ cornu magnũ: et orta ſũt quatuor cornua ſubter illud per quatuor vẽtos celi. De vno aũt ex eis egreſſũ ẽ cornu vnũ modicũ: et factũ ẽ grãde cõt̃ meridiẽ et cõtra oriẽtẽ et cõtra fortitudinẽ. Et magnificatũ ẽ uſqꝫ ad fortitudinẽ celi: et deiecit de fortitudine et ď ſtellis et cõculcauit eas: et uſqꝫ ad principẽ fortitudinis magnificatus ẽ. Et ab eo tulit iuge ſacrificiũ: et deiecit locũ ſãctificacõis eius. Robur autẽ datũ eſt cõtra iuge ſacrificiũ ꝓpter peccata: et ꝓſternetur veritas ĩ terra: et ꝓſperabit̃ et faciet. Et audiui vnũ de ſãctis loquentẽ: et dixit vnus ſãctus alteri neſcio cui loquenti. Vſquequo viſio & iuge ſacrificiũ et pcc̃m deſolacõis q̃ facta ẽ et ſãctuariũ et fortitudo cõculcabit̃: Et dixit ei. Vſqꝫ ad veſperã et mane duo milia trecẽti: et mũdabit̃ ſãctuariũ. Factũ eſt autẽ cũ viderẽ ego daniel viſionẽ et quererẽ intelligẽtiã: ecce ſtetit in cõſpectu meo quaſi ſpecies viri. Et audiui vocẽ viri inter vlai: & clamauit et ait. Gabriel fac intelligere iſtũ viſionẽ. Et venit: et ſtetit iuxta vbi ego ſtabã. Cũqꝫ veniſſet: pauens corrui in faciẽ meã. Et ait ad me. Intellige fili hoĩs: quĩ in tẽpore finis cõplebit̃ viſio. Cũqꝫ loqueret̃ ad me: collapſus ſũ pronus ĩ terrã. Et tetigit me et ſtatuit me ĩ gradu meo: dixitqꝫ michi. Ego oſtendã tibi que futura ſunt ĩ nouiſſimo malediccõis: quĩ habet tẽpus finẽ ſuũ. Aries quẽ vidiſti habere cornua: rex medoꝝ eſt atqꝫ perſarũ. Porro hircus capraꝝ rex grecoꝝ ẽ: et cornu grãde quod erat inter oculos eius ipſe ẽ rex primus. Quod aũt fracto illo ſurrexerũt quatuor ꝓ eo: quatuor reges de gẽte eius cõſurgẽt ſed nõ ĩ fortitudine eius. Et poſt regnum coꝝ cũ creuerint iniquitates. cõſurget rex impudẽs facie et intelligẽs ꝓpoſicões: et roborabit̃ fortitudo eius ſed nõ in viribꝫ ſuis. & ſupra q̃ꝫ credi poteſt vniuerſa vaſtabit: et ꝓſperabitur et faciet. Et interficiet robuſtos et ꝑplm ſãctoꝝ ſcđm voluntatẽ ſuã: et diriget̃ dolus ĩ manu eius et cor ſuũ magnificabit: et in copia rerũ oĩm occidet plurimos. Et cõtra principẽ principũ conſurget: et ſine manu

cõteretur. Et viſio veſpere et mane que dicta eſt
vera ē. Tu ergo viſionē ſigna: q̃a poſt multos
dies erit. Et ego daniel lãgui et egrotaui p dies.
Cũq; ſurrexiſſē faciebã opa regis: et ſtupebã ad
viſionē: et nõ erat qui interp̃taret̃. IX.

In anno primo darij filij aſſueri de ſemine me-
doꝝ qui imperauit ſuper regnũ chaldeorũ anno
vno regni eius ego daniel intellexi ĩ libris nu-
meꝝ annoꝝ de quo factus ē ſermo dñi ad ihere-
miã ꝓphetã · ut cõplerent̃ deſolacõnis iheruſalē
ſeptuaginta anni. Et poſui faciē meã ad dñm
deũ meũ rogare et dep̃cari in ieiunijs ſacco et ci-
nere: et oraui dñm deũ: et cõfeſſus ſum et dixi.
Obſecro dñe deus magne et terribilis cuſtodiens
pactũ et miſericordiã diligẽtibꝫ te et cuſtodiẽtibꝫ
mandata tua: peccauimus iniquitatē fecimus
impie egimus: et receſſimus et declinauimus a
mãdatis tuis ac iudicijs. Nõ obediuimus ſer-
uis tuis ꝓphetis: qui locuti ſũt ĩ noĩe tuo regibꝫ
nr̃is pricipibꝫ nr̃is patribꝫ nr̃is omĩq; ppl'o terre.
Tibi dñe iuſticia: nobis autem cõfuſio faciei
ſicut eſt hodie viro iuda et habitatoribꝫ ihrl'm et
omĩ iſrl': hijs q̃ ꝓpe ſũt et hijs qui ꝓcul ĩ vniuerſis
terris ad quas eiecisti eos ꝓpter iniquitates eoꝝ ĩ
quibꝫ peccauerũt ĩ te dñe. Nobis cõfuſio faci-
ei: regibꝫ nr̃is pricipibꝫ nr̃is et patribꝫ nr̃is qui
peccauerũt. Tibi aũt dño deo nr̃o miſericordia
et ꝓpiciatio q̃a receſſimus a te: et nõ audiuimus
vocē dñi dei noſtri ut ambularemus ĩ lege eius
quã poſuit nobis p ſeruos ſuos ꝓphetas: et omĩs
iſrl' preuaricati ſũt legē tuã et declinauerũt ne
audirẽt vocē tuã: et ſtillauit ſup nos maledictio
et deteſtatio que ſcripta ē in libro moyſi ſerui dei
quia peccauimus ei. Et ſtatuit ſermones ſuos
quos locutus ē ſup nos et ſup principes nr̃os qui
iudicauerũt nos: ut ſupinduceret ĩ nos malũ
magnum quale nũq̃; fuit ſub omĩ celo · ſcdm q
factũ eſt in ihrl'm ſicut ſcriptũ eſt ĩ lege moyſi.
Omne malũ hoc venit ſup nos. Et nõ rogaui-
mus faciē tuã dñe deus noſter · ut reuerteremũ
ab iniq̃tatibꝫ nr̃is: et cogitaremus veritatē tuã.
Et vigilauit dñs ſup maliciã: et adduxit eã ſup
nos. Juſtus dñs deus noſter: in omĩbꝫ operibꝫ
ſuis que fecit. Non enĩ audiuimus vocē eius.
Et nũc dñe deus noſter qui eduxiſti ppl'm tuũ
de terra egipti ĩ manu forti et feciſti tibi nomen
ſcdm diē hanc: peccauimus iniquitatē fecimus
dñe ĩ omnē iuſticiã tuã. Auertat̃ obſecro ira
tua et furor tuus a ciuitate tua iheruſalem:
et a monte ſancto ſuo. Propter peccata enim
noſtra et iniquitates patrũ nr̃oꝝ ihrl'm et ppl's
tuus ĩ opprobriũ ſũt omĩbꝫ p circuitũ noſtrũ.
Nũc ergo exaudi deus noſter oracõez ſerui tui
et p̃ces eius: et oſtẽde faciē tuã ſup ſãctuariũ tuũ
qḋ deſertũ eſt. Propter temetipſũ inclina deus
meus aurē tuã et audi: aperi oculos tuos et vide
deſolationē noſtrã: et ciuitatē ſup quã inuocatũ
eſt nomen tuũ. Neq; enĩ in iuſtificacõibꝫ nr̃is
ꝓſternimus p̃ces ante faciē tuã: ſꝫ ĩ miſeracõibꝫ
tuis multis. Exaudi dñe: placare dñe: attende
et fac. Ne moreris ꝓpter temetipſũ deus meus:
quia nomē tuũ inuocatũ eſt ſup ciuitatē et ſup
ppl'm tuũ. Cũq; adhuc loquerer et orarē et con-
fiterer peccata mea et peccata ppl'i mei iſrl' ut
ꝓſternerē p̃ces meas in cõſpectu dei mei p mõte
ſãcto dei mei: adhuc loquẽte me ĩ oracõe mea.
ecce vir gabriel quē viderã in viſione principio
cito volãs tetigit me in tẽpore ſacrificij veſptini:
et docuit me et locutus ē michi. Dixitq;. Da-
niel: nũc egreſſus ſũ ut docerē te et intelligeres.
Ab exordio precũ tuaꝝ egreſſus eſt ſermo. Ego
aũt veni ut indicarē tibi: quia vir deſideorioꝝ es.
Tu autē animaduerte ſermonem: et intellige
viſionem. Septuaginta ebdomade abbreuiate
ſũt ſup ppl'm tuũ · et ſup vrbē ſanctã tuã ut con-
ſũmet̃ preuaricatio · et finē accipiat peccatũ · et
deleat̃ iniquitas: et adducat̃ iuſticia ſempiterna
et impleat̃ viſio et ꝓphetia: et vngat̃ ſãctus ſãc-
toꝝ. Scito ergo et animaduerte: ab exitu ſermo-
nis ut iteꝝ edificet̃ ihrl'm uſq; ad xp̃m ducē eb-
domades ſeptē et ebdomades ſexagĩta due erũt:
et rurſum edificabit̃ platea et muri ĩ anguſtiã
tẽpoꝝ. Et poſt ebdomades ſexagĩta duas occidet̃
xp̃us: et nõ erit eius ppl'us qui eũ negaturus ē.
Et ciuitatē et ſãctuariũ diſſipabit ppl'us cũ duce
venturo: et finis eius vaſtitas: et poſt finem belli
ſtatuta deſolatio. Cõfirmabit aũt pactũ multis
ebdomada vna: et ĩ dimidio ebdomadis deficiet
hoſtia et ſacrificiũ. Et erit in tẽplo abominatio
deſolationis: et uſq; ad conſummationem et
finem perſeuerabit deſolatio. X.

Anno tercio regni cyri regis perſaꝝ verbũ
reuelatũ eſt danieli cognomẽto baltha-
zar: et verbũ veꝝ et fortitudo magna: intellexit-
q; ſermonē. Jntelligẽtia enĩ ē opus ĩ viſione.
Jn diebꝫ illis ego daniel lugebã triũ ebdoma-
daꝝ diebꝫ: panē deſiderabilē nõ comedi: et caro
et vinũ nõ introierũt ĩ os meũ. Sed neq; vngẽto

vnctus ſũ: donec cõplerentur triũ ebdomadarũ
dies. Die autẽ viceſima et quarta mẽſis primi
erã iuxta fluuiũ magnũ qui ẽ tygris: et leuaui
oculos meos & vidi. Et ecce vir vnus veſtitus
lineis et renes eius accincti auro obrizo: et corpus
eius q̄ſi criſolitus et facies eius velut ſpecies ful-
guris: et oculi eius ut lãpas ardẽs: et brachia eius
et q̄ deorſũ uſq; ad pedes q̄ſi ſpecies eris candẽtis:
et vox ſermonũ eius ut vox mltitudinis. Vidi
autẽ ego daniel ſolus viſionẽ: porro viri qui erãt
mecũ nõ viderũt: ſ; terror nimius irruit ſup eos
et fugerũt ĩ abſcõditũ. Ego autẽ relictus ſolus
vidi viſionẽ grãdẽ hãc: et nõ remãſit ĩ me forti-
tudo: ſed et ſpecies mea immutata eſt in me: et
emarcui nec habui quicq̄ʒ viriũ. Et audiui vocẽ
ſermonũ eius: et audiẽs iacebã cõſternatus ſup
faciẽ meã: et vultus meus herebat terre. Et ecce
manus tetigit me: et erexit me ſup genua mea
et ſup articlos manuũ meaꝝ. Et dixit ad me.
Daniel vir deſideriorꝝ intellige v̄ba q̄ ego loquor
ad te: et ſta ĩ gradu tuo. Nũc enĩ ſũ miſſus ad
te. Cũq̄ʒ dixiſſet michi ſermonẽ iſtum ſteti tre-
mẽs: et ait ad me. Noli metuere daniel: quia
ex die primo quo poſuiſti cor tuũ ad intelligẽdũ
ut te affligeres in cõſpectu dei tui · exaudita ſũt
verba tua: et ego veni propter ſermones tuos.
Princeps aũt regni pſaꝝ reſtitit michi vigĩti
et vno diebꝫ: et ecce michahel vnus de principibꝫ
primis venit ĩ adiutoriũ meũ: et ego remãſi ibi
iuxta regẽ pſaꝝ. Veni aũt ut docerẽ te q̄ vẽtura
ſũt pplo tuo ĩ nouiſſimis diebꝫ: qm̃ adhuc viſio
in dies. Cũq̄ʒ loqueret̃ michi huiuſcemodi ver-
bis: deieci vultũ meũ ad terrã · et tacui. Et ecce
quaſi ſimilitudo filiȷ̃ hoĩs tetigit labia mea: et
aperiẽs os meũ locutus ſũ: et dixi ad eũ q̄ ſtabat
cõtra me. Dñe mi in viſione tua diſſolute ſũt
cõpages mee: et nichil ĩ me remãſit viriũ. Et
quomõ poterit ſeruus dñi mei loq̄ cũ dño meo?
Nichil enĩ in me remãſit viriũ: ſed et halitus
meus intercludit̃. Rurſũ ergo tetigit me q̄ſi
viſio hoĩs: et cõfortauit me et dixit. Noli ti-
mere vir deſideriorꝝ: pax tibi: confortare & eſto
robuſtus. Cũq̄ʒ loqueretur mecum: cõualui et
dixi. Loquere dñe mi: quia confortaſti me. Et
ait. Nũquid ſcis quare venerim ad te? Et nũc
reuertar ut p̄lier aduerſũ principẽ pſaꝝ. Cum
enĩ egrederer apparuit princeps grecoꝝ veniens.
Verũtamẽ annũciabo tibi quod expreſſũ eſt in
ſcriptura veritatis: et nemo eſt adiutor meus in
oĩbꝫ hiȷ̃s: niſi michahel p̄ceps veſter. XI.
Ego aũt a primo anno dariȷ̃ medi ſtabã:
ut cõfortaret̃ et roboraret̃. Et nũc veri-
tatẽ annũciabo tibi. Ecce adhuc tres reges ſta-
bũt ĩ pſide: et quartus ditabit̃ opibꝫ nimiȷ̃s ſup
omnes: et cũ inualuerit diuitiȷ̃s ſuis concitabit
oĩes aduerſum regnũ grecie. Surget vero rex
fortis et dñabitur poteſtate mlta: et faciet quod
placuerit ei. Et cũ ſteterit cõteret̃ regnũ eius: et
diuidet̃ in quatuor vẽtos celi: ſed nõ in poſteros
eius neq̄ʒ ſcdm potentiã illius qua dñatus eſt.
Lacerabit̃ enĩ regnũ eius etiã ĩ externos: excep-
tis hiȷ̃s. Et cõfortabit̃ rex auſtri: et de p̄cipibꝫ
eius p̄ualebit ſup eũ. Et dñabit̃ dicõe: mlta enĩ
dñatio eius. Et poſt finem annoꝝ federabunt̃.
Filiaq̄ʒ regis auſtri veniet ad regem aquilonis
facere amiciciam: et nõ obtinebit fortitudinem
brachiȷ̃ nec ſtabit ſemẽ eius: et tradet̃ ipa et qui
adduxerũt eã adoleſcẽtes eius · et qui cõfortabãt
eã in tẽporibꝫ. Et ſtabit de germine radicũ eius
plãtatio. Et veniet cũ exercitu et ingrediet̃ pro-
uinciã regis aquilonis · et abutet̃ eis: et obtine-
bit inſup et deos eoꝝ et ſculptilia: vaſa q̄ʒ p̄cioſa
auri et argẽti captiua ducet ĩ egiptũ. Ipe p̄ua-
lebit aduerſus regem aquilonis. Et intrabit in
regnũ rex auſtri: et reuertet̃ ad terrã ſuã. Filiȷ̃
aũt eius ꝓuocabunt̃: et cõgregabũt mltitudinẽ
exercituũ plurimoꝝ. Et veniat ꝓperãs et inun-
dãs: et reůtet̃ et cõcitabit̃: et cõgrediet̃ cũ robore
eius. Et ꝓuocatus rex auſtri egrediet̃ & pug-
nabit aduerſus regẽ aquilonis: et p̄parabit mlti-
titudinẽ nimiã & dabit̃ multitudo in manus
eius: et capiet mltitudinẽ et exaltabit̃ cor eius:
et deiciet mlta milia: ſed nõ p̄ualebit. Cõuertet̃
enĩ rex aquilonis: et p̄parabit mltitudinẽ mlto
maiorẽ q̄ʒ prius. Et ĩ fine tẽporꝝ annorꝝq̄ʒ veniet
ꝓperãs cũ exercitu magno et opibꝫ nimiȷ̃s. In
tẽporibꝫ illis mlti cõſurgẽt aduerſus regẽ auſtri.
Filiȷ̃ q̄ʒ p̄uaricatorꝝ ppli tui extollent̃ ut imple-
ant viſionẽ et corruẽt. Et veniet rex aquilonis
et cõportabit aggerẽ: & capiet vrbes munitiſſi-
mas et brachia auſtri nõ ſuſtinebũt. Et cõſur-
gẽt electi eius ad reſiſtendũ: et nõ erit fortitudo.
Et faciet veniẽs ſup eũ iuxta placitũ ſuũ: et nõ
erit q̄ ſtet cõtra faciẽ eius. Et ſtabit ĩ terra inclita
et cõſumet̃ in manu eius: et ponet faciẽ ſuã ut
veniat ad tenendũ vniuerſũ regnũ eius: et recta
faciet cũ eo. Et filiã feminaꝝ dabit ei ut euertat
illud: et non ſtabit nec illius erit. Et conuertet

faciẽ ſuã ad inſulas et capiet multas: et ceſſare
faciet principẽ opprobrij ſui. Et opprobriũ eius
cõuertet̃ in eũ. Et cõuertet faciẽ ſuã ad imperiũ
terre ſue: et impinget et corruet: et nõ inueniet̃.
Et ſtabit ĩ loco eius viliſſimus et indignus deco:
re regio: et ĩ paucis dieb⁹ cõteret̃ nõ ĩ furore nec
in ꝑlio. Et ſtabit ĩ loco eius deſpectus: et nõ tri:
buet̃ ei honor regius. Et veniet clam et obtine:
bit regnũ in fraudulẽtia: et brachia pugnãtis
expugnabunt̃ a facie eius: et cõterent̃. Inſuper
et dux federis. Et poſt amicicias cũ eo faciet do:
lũ: et aſcẽdet et ſupabit ĩ modico ꝑplo: abũdan:
tes et vberes vrbes ingrediet̃. Et faciet que non
fecerũt patres eius: et p̃res patrũ eius. Rapi:
nas et predã et diuitias eoꝝ diſſipabit: et contra
firmiſſimas cogitacões iniet: et hoc uſq; ad tem:
pus. Et cõcitabitur fortitudo eius et cor eius ad:
uẽſus regẽ auſtri: ĩ exercitu magno. Et rex auſ
tri ꝓuocabit̃ ad bellũ multis auxilijs et fortib⁹
nimis: et nõ ſtabũt: quia inibũt aduẽſus eũ cõ:
ſilia. Et comedẽtes panẽ cũ eo cõterẽt illũ: exer:
citusq; eius opprimet̃: et cadẽt interfecti pluri:
mi. Duoꝝ q̃z regũ cor erit ut male faciãt: et ad
menſã vnã loquent̃ mẽdaciũ et nõ ꝓficiẽt: quia
adhuc finis ĩ aliud tẽpus. Et reuertet̃ in terrã
ſuã cum opib⁹ multis: et cor eius aduerſus teſta:
mentũ ſanctũ: et faciet et reuertet̃ in terrã ſuã.
Statuto tẽpore reuertet̃: ⁊ veniet ad auſtrũ: et
nõ erit prior ſimile nouiſſimũ. Et veniẽt ſuper
eũ trieres et romani et percutiet̃: et reuertet̃. Et
indignabit̃ cõtra teſtamentũ ſãctuarij et faciet:
reuertet̃q; et cogitabit aduẽſũ eos q̃ dereliq̃runt
teſtamentũ ſãctuarij. Et brachia ex eo ſtabũt:
et polluẽt ſãctuariũ fortitudinis et auferẽt iuge
ſacrificiũ: et dabũt abominationẽ in deſolacõe.
Et impij ĩ teſtamentũ ſimulabũt fraudulẽter:
ꝑplus autẽ ſciens deũ ſuũ obtinebit et faciet. Et
docti ĩ ꝑplo docebũt plurimos: et ruent ĩ gladio
et ĩ flãma et ĩ captiuitate et ĩ rapina dieꝝ. Cũq;
corruerint ſubleuabunt̃ auxilio paruulo: et ap:
plicabunt̃ eis plurimi fraudulẽter. Et de eru:
ditis ruent ut cõflent̃ et eligant̃ et dealbent̃ uſq;
ad tẽpus ꝑfinitũ: quia adhuc aliud tẽpus erit.
Et faciet iuxta volũtatẽ ſuã rex: et eleuabit̃ ⁊
magnificabit̃ aduerſus omẽz deũ. Et aduerſus
deũ deoꝝ loquet̃ magnifica et diriget̃: donec cõ:
pleat̃ iracũdia. Perpetrata quippe ẽ diffinicõ.
Et deũ patrũ ſuoꝝ nõ reputabit: et erit in cõcu:
piſcẽtijs feminaꝝ: nec quẽq; deoꝝ curabit quia
aduerſum vniuerſa conſurget. Deum autem
maozim in loco ſuo venerabit̃: et deũ quẽ igno:
rauerũt p̃res eius colet · auro et argẽto · et lapide
precioſo · rebuſq; precioſis. Et faciet ut muniat
maozim cũ deo alieno quẽ nõ cognouit: et multi:
plicabit gloriã: et dabit eis poteſtatẽ in multis:
et terrã diuidet gratuito. Et ĩ tẽpore ꝑfinito ꝓli:
abit̃ aduerſus eũ rex auſtri: et q̃ſi tẽpeſtas veni:
et cõtra illũ rex aquilonis ĩ curribus et in equitib⁹
et ĩ claſſe magna: et ingrediet̃ terras et cõteret et
ꝑtrãſiet. Et introibit ĩ terrã glorioſã: et multi
corruẽt. Hec aũt ſole ſaluabunt̃ de manu eius:
edom et moab ⁊ principes filioꝝ ammon. Et
mittet manũ ſuã in terras: et terra egipti non
effugiet. Et dñabit̃ theſauroꝝ auri et argẽti: et
in omĩb⁹ ꝓcioſis egipti. Per libias q̃z et ethio:
pias trãſibit: et fama turbabit eũ ab oriẽte et ab
aquilone: et veniet ĩ multitudine magna ut cõ:
terat et interficiat plurimos. Et figet taberna:
culũ ſuũ apedno inter duo maria ſup montem
inclitũ et ſanctũ: et veniet uſq; ad ſummitatem
eius: et nemo auxiliabitur ei. XII.

In tempore autẽ illo cõſurget michahel princeps
magnus q̃ ſtat ꝓ filijs ꝑpli tui: ⁊ veniet tẽpus
quale nõ fuit ab eo ex quo gẽtes eſſe ceperũt uſq;
ad tẽpus illud. Et ĩ tempore illo ſaluabit̃ ꝑplus
tuus: omĩs qui inuẽtus fuerit ſcriptus in libro.
Et multi de hijs qui dormiunt in terre puluere
euigilabũt: alij ĩ vitã eternã: et alij ĩ obprobriũ
ut videãt ſemꝑ. Qui autẽ docti fuerit fulgebũt
q̃ſi ſplẽdor firmamẽti: et qui ad iuſticiã erudiũt
multos · q̃ſi ſtelle ĩ ꝑpetuas eternitates. Tu autẽ
daniel claude ſermones: et ſigna librum uſq; ad
tẽpus ſtatutũ. Plurimi ꝑtrãſibũt: et multiplex
erit ſciẽtia. Et vidi ego daniel: et ecce quaſi duo
alij ſtabãt · vnus hĩc ſup ripã fluminis: et alius
inde ex altera ripa fluminis. Et dixi viro q̃ erat
indutus lineis: qui ſtabat ſup aquas fluminis.
Vſq; quo finis hoꝝ mirabiliũ? Et audiui virũ
qui indutus erat lineis qui ſtabat ſuper aquas
fluminis: cũ eleuaſſet dexterã et ſiniſtrã ſuam in
celũ et iuraſſet ꝑ viuẽtem ĩ eternũ: quia ĩ tẽpus
et tẽpora et dimidiũ tẽporis. Et cũ cõpleta fuerit
diſꝑſio manus ꝑpli ſancti: cõplebunt̃ vniuerſa
hec. Et ego audiui: et non intellexi. Et dixi.
Dñe mi q̃d erit poſt hec? Et ait. Vade daniel:
q̃a clauſi ſũt ſignatiq; ſermones uſq; ad ꝑfinitũ
tẽpus. Eligent̃ et dealbabunt̃: et q̃ſi ignis ꝓba:
bunt̃ multi. Et impie agẽt impij: neq; intelligẽt

oĩ̄es impij. Porro docti intelligẽt: et a tẽpore
cũ ablatũ fuerit iuge ſacrificiũ ⁊ poſita fuerit
abominatio ĩ deſolationẽ: dies mille ducẽti no⸗
nagīta. Beatus q̄ exſpectat: et pueniet ad dies
mille trecẽtos triginta quinqȝ. Tu autẽ daniel vade
ad p̄finitũ: et requieſces et ſtabis in ſorte tua in
fine dierꝝ. Hucuſqȝ danielẽ ĩ hebraico volumine
legimus: cetera que ſequunt̄ uſqȝ ad finẽ libri de
theodocõis edicõne trãſlata ſũt. XIII.

Et erat vir habitãs in babilone: et nomẽ
eius ioachim: ⁊ accepit vxorẽ nomine
ſuſannã filiã helchie pulcrã nimis et timentem
deũ. Parẽtes enĩ illius cũ eſſẽt iuſti erudierũt
filiã ſuã ſcd̄m legẽ moyſi. Erat enĩ ioachim di⸗
ues valde; et erat ei pomeriũ vicinũ domui ſue:
et ad ipſũ cõfluebãt iudei eo q̄ eſſet honorabilior
omniũ. Et cõſtituti ſũt duo iudices ſenes ĩ illo
anno: de quibus locutus eſt dñs quia egreſſa eſt
iniquitas de babilone a ſenioribus iudicibꝫ qui
videbant̄ regere pp̄lm. Iſti frequentabãt domũ
ioachim: et veniebãt ad eos omnes qui habebãt
iudicia. Cũ autẽ pp̄lus reuertiſſet p̄ meridiẽ:
ingrediebat̄ ſuſanna et deambulabat ĩ pomerio
viri ſui. Et videbãt eã ſenes quotidie ingrediẽ⸗
tẽ et deambulantẽ: et exarſerũt in cõcupiſcentiã
eius. Et euerterũt ſenſum ſuũ: et declinauerũt
oculos ſuos ut nõ viderẽt celũ: neqȝ recordarent̄
iudiciorꝝ iuſtorum. Erant ergo ambo vulnerati
amore eius: nec indicauerũt ſibi viciſſim dolorẽ
ſuũ. Erubeſcebãt enĩ indicare ſibi cõcupiſcentiã
ſuã: volentes cõcumbere cũ ea. Et obſeruabant
quotidie ſollicitius videre eã. Dixitqȝ alter ad
alterꝝ: eamus domũ q̄a hora prãdij ẽ. Et egreſſi
receſſerũt a ſe. Cũqȝ reuertiſſẽt venerũt ĩ vnũ:
et ſciſcitãtes ab inuicẽ cauſã, cõfeſſi ſũt cõcupiſcẽ⸗
tiã ſuã. Et tũc ĩ commune ſtatuerũt tẽpus: quã⸗
do eã poſſẽt inuenire ſolã. Factũ eſt aũt cũ ob⸗
ſeruarẽt diẽ aptũ: ingreſſa ẽ aliquãdo ſicut heri
⁊ nudiuſtercius cũ duabus ſolis puellis: voluitqȝ
lauari ĩ pomerio. Eſtus quippe erat. Et nõ erat
ibi quiſq̄ȝ p̄ter duos ſenes abſcõditos: et cõtem⸗
plantes eã. Dixit ergo puellis. Afferte michi
oleũ et ſmigmata: et oſtia pomerij claudite ut
lauer. Et fecerũt ſicut p̄ceperat: clauſerũtqȝ oſtia
pomerij: et egreſſe ſũt per poſticã ut afferrẽt que
iuſſerat. Neſciebantqȝ ſenes intus eſſe abſcõdi⸗
tos. Cũ autẽ eſſẽt egreſſe puelle ſurrexerũt duo
ſenes: et accurrerũt ad eã et dixerunt. Ecce oſtia
pomerij clauſa ſunt et nemo nos videt: ⁊ in
concupiſcentiã tui ſumus. Quãobrẽ aſſentire
nobis: et cõmiſcere nobiſcũ. Q̄d ſi nolueris:
dicemus cõtra te teſtimoniũ q̄ fuerit tecũ iuue⸗
nis: et ob hanc cauſã emiſeris puellas a te. In⸗
gemuit ſuſanna ⁊ ait. Anguſtie michi ſunt
vndiqȝ. Si enĩ hoc egero mors michi eſt: ſi autẽ
nõ egero nõ effugiã manus vr̃as. Sed melius ẽ
michi abſqȝ opere incidere in manus hoĩm: quã
peccare ĩ cõſpectu dñi. Et exclamauit voce ma⸗
gna ſuſanna: exclamauerũt autẽ et ſenes aduer⸗
ſus eam. Et cucurrit vnus ad oſtia pomerij et
aperuit. Cũ ergo audiſſẽt clamorẽ famuli do⸗
mus ĩ pomerio: irruerũt per poſticã ut viderẽt
quidnã eſſet. Poſtq̄ȝ autẽ ſenes locuti ſũt eru⸗
buerũt ſerui vehemẽter: quia nũq̄ȝ dictus fuerat
ſermo huiuſcemodi de ſuſãna. Et facta eſt dies
craſtina. Cũqȝ veniſſet pp̄ls ad virũ eius ioach⸗
im: venerũt et duo preſbiteri pleni iniqua cogi⸗
tacõne aduerſus ſuſannã ut interficerẽt eã. Et
dixerũt coram pp̄lo. Mittite ad ſuſannã filiam
helchie vxorẽ ioachim. Et ſtatim miſerunt. Et
venit cum parẽtibꝫ et filijs et vniuerſis cognatis
ſuis. Porro ſuſanna erat delicata nimis et pul⸗
cra ſpecie. At iniqui illi iuſſerũt ut diſcooperi⸗
ret̄: erat enĩ cooperta: ut uel ſic ſaciarent̄ decore
eius. Flebãt igit̄ ſui: et oĩ̄es qui nouerãt eã.
Conſurgẽtes autẽ duo preſbiteri ĩ medio pp̄li:
poſuerũt manus ſuas ſup̄ caput eius. Que flẽs
ſuſpexit ad celũ. Erat enĩ cor eius fiduciã habẽs
ĩ dñ̄o. Et dixerũt p̄ſbiteri. Cũ deambularemus
ĩ pomerio ſoli. ingreſſa ẽ hec cũ duabꝫ puellis:
et clauſit oſtia pomerij et dimiſit a ſe puellas.
Venitqȝ ad eã adoleſcẽs q̄ erat abſcõditus: et cõ⸗
cubuit cũ ea. Porro nos cũ eſſemus ĩ ãgulo po⸗
merij videntes iniquitatẽ cucurrimus ad eos: et vi⸗
dimus eos pariter cõmiſceri. Et illũ quidẽ nõ
quiuimus cõprehẽdere quia fortior nobis erat:
et apto oſtio exiliuit. Hanc autẽ cũ apprehẽdiſſe⸗
mus interrogauimus quiſnã eſſet adoleſcẽs: et
noluit indicare nobis. Huius rei teſtes ſumus.
Credidit eis multitudo q̄ſi ſenibꝫ et iudicibꝫ pp̄li:
et cõdemnauerũt eã ad mortẽ. Exclamauit aũt
voce magna ſuſanna et dixit. Deus eterne qui
abſcõditorꝝ es cognitor qui noſti oĩa anteq̄ȝ fiãt:
tu ſcis quĩ falſũ teſtimoniũ tulerũt cõtra me: et
ecce morior cũ nichil horꝝ fecerim q̄ iſti malicioſe
compoſuerũt aduerſũ me. Exaudiuit aũt dñs
vocẽ eius. Cũqȝ duceretur ad mortẽ: ſuſcitauit
dñs ſpiritũ ſanctũ pueri iunioris cuius nomen

daniel: & exclamauit voce magna. Mundus
ego ſũ a ſãguine huius. Et cõuerſus oĩs ꝑplus
ad eũ dixit. Quis eſt iſte ſermo quẽ tu locutus
es? Qui cũ ſtaret in medio eorũ ait. Sic fatui
filij iſrl' nõ iudicãtes neqꝫ qḋ verũ eſt cognoſcẽtes
condemnaſtis filiã iſrl'. Reuertimini ad iudi:
ciũ: q̃a falſũ teſtimoniũ locuti ſũt aduerſus eã.
Reuerſus ẽ ergo ꝑplus cũ feſtinacõe. Et dixe:
rũt ei ſenes. Veni et ſede ĩ medio nrũ et indi:
ca nobis: q̃a tibi deus dedit honorẽ ſenectutis.
Et dixit ad eos daniel. Separate illos ab inuicẽ
ꝓcul: et diiudicabo eos. Cũ ergo diuiſi eſſẽt al:
ter ab altero · vocauit vnũ de eis: et dixit ad eũ.
Inueterate dierũ malorũ · nunc venerũt peccata
tua q̃ operabaris ꝑrius: iudicãs iudicia iniuſta·
innocẽtes opprimens et dimittẽs noxios dicente
dño: innocẽtẽ et iuſtũ nõ interficies. Nũc ergo
ſi vidiſti eã: dic ſub qua arbore videris eos collo:
quẽtes ſibi. Qui ait. Sub ſcino. Dixit aũt da:
niel. Recte mẽtitus es in caput tuũ. Ecce enĩ
angelus dei accepta ſentẽtia ab eo ſcindet te me:
diũ. Et amoto eo iuſſit venire aliũ: et dixit ei.
Semen chanaan et nõ iuda ſpecies decepit te: et
cõcupiſcẽtia ſubuertit cor tuũ. Sic faciebatis fili:
abꝫ iſrl': et ille timẽtes loquebant̃ vobis: ſed nõ
filia iuda ſuſtinuit iniquitatẽ vrãz. Nũc ergo
dic michi ſub qua arbore cõprehẽderis eos loquẽ:
tes ſibi. Qui ait. Sub prino. Dixit autem ei
daniel. Recte mentitus es et tu in caput tuũ.
Manet enĩ angelus dei gladiũ habẽs ut ſecet te
mediũ: et interficiat vos. Exclamauit itaqꝫ oĩs
cetus voce magna: et benedixerunt deũ q̃ ſaluat
ſperãtes ĩ ſe. Et cõſurrexerũt aduerſus duos pͥſ:
biteros. Cõuicerat enĩ eos daniel ex ore ſuo · fal:
ſũ dixiſſe teſtimoniũ. Feceruntqꝫ eis ſicut male
egerãt aduerſus ꝓximũ · ut facerẽt ſcḋm legem
moyſi: et interfecerũt eos. Et ſaluatus ẽ ſãguis
innoxius in die illa. Helchias autẽ et vxor eius
laudauerũt deũ ꝓ filia ſua ſuſanna cũ ioachim
marito eius et cognatis oĩbꝫ: quia nõ eſt inuẽta
in ea res turpis. Daniel autẽ factus ẽ magnus
in cõſpectu ꝑpli a die illa et deinceps. Et rex aſ:
tiages appoſitus eſt ad patres ſuos: & ſuſcepit
cyrus perſes regnum eius. XIIII·

Erat autẽ daniel cõuiua regis: et honora:
tus ſup oĩes amicos eius. Erat qꝫ ydo:
lũ apud babilonios noĩe bel: et impẽdebant̃ ĩ eo
per dies ſinglos ſimile artabe duodecim · et oues
quadraginta: viniqꝫ amphore ſex. Rex quoqꝫ
colebat eũ: et ibat ꝑ ſinglos dies adorare eũ porro
daniel adorabat deũ ſuũ. Dixitqꝫ ei rex. Qua:
re nõ adoras bel? Qui reſpondẽs ait ei. Quia
non colo ydola manufacta ſed viuentẽ deũ: qui
creauit celũ et terrã et habet poteſtatẽ oĩs carnis.
Et dixit rex ad eũ. Nõ videt̃ tibi eſſe bel viuẽs
deus? An non vides quanta comedat et bibat
quotidie? Et ait daniel arridẽs. Ne erres rex.
Iſte ẽ enĩ intrinſecus luteus · forinſecus ereus:
neqꝫ comedit aliquando. Et iratus rex vocauit
ſacerdotes eius: et ait eis. Niſi dixeritis michi
quis eſt qui comedat impenſas has moriemini.
Si autẽ oſtẽderitis ꝙ bel comedat hec morieẗ da:
niel: quia blaſphemauit in bel. Et dixit daniel
regi. Fiat iuxta verbũ tuũ. Erãt aũt ſacerdo:
tes bel ſeptuaginta: exceptis vxoribꝫ & paruulis
et filijs. Et venit rex cũ daniele ĩ templũ belis.
Et dixerũt ſacerdotes belis. Ecce nos ingredimũ
foras: et tu rex pone eſcas et vinũ miſce: et clau:
de oſtiũ et ſigna anulo tuo. Et cũ ingſſus fueris
mane niſi inueneris oĩa cõmeſta a bel morte
morieniũ: vel daniel q̃ mẽtitus eſt aduerſũ nos.
Cõtẽnebant autẽ q̃a fecerãt ſub mẽſa abſcõditũ
introitũ: et ꝑ illũ ingrediebant̃ ſemꝑ et deuora:
bãt ea. Factũ ẽ igit̃ poſtq̃ egreſſi ſũt illi et rex
poſuit cibos ante bel: ꝑcepit daniel pueris ſuis et
attulerũt cinerẽ: et cribrauit ꝑ totũ templũ corã
rege: et egreſſi clauſerũt oſtiũ: et ſignãtes anu:
lo regis abierũt. Sacerdotes aũt ingreſſi ſũt nocte
iuxta cõſuetudinẽ ſuã et vxores et filij eorũ: et co:
mederũt oĩa et biberũt. Surrexit autem rex
primo diluculo: & daniel cum eo. Et ait rex.
Salua ne ſũt ſignacl'a daniel? Qui reſpõdit.
Salua rex. Statimqꝫ cũ aperuiſſet oſtiũ: intui:
tus rex menſã exclamauit voce magna. Mag:
nus es bel: et nõ ẽ apud te dolus quiſq̃. Et riſit
daniel: et tenuit regẽ ne ingrederet̃ intro et dix:
it. Ecce pauimentũ: animaduerte cuius veſti:
gia ſũt hec. Et dixit rex. Video veſtigia virorũ
et mulierũ et infantũ. Et iratus ẽ rex. Tunc
apprehẽdit rex ſacerdotes et vxores et filios eorũ:
et oſtẽderũt ei abſcõdita oſtiola ꝑ q̃ ingrediebãt̃
et conſumebãt q̃ erãt ſup mẽſã. Occidit ergo illos
rex: et bel tradidit ĩ poteſtatẽ danielis: q̃ ſubuer:
tit eũ et templũ eius. Et erat draco magnus in
loco illo: et colebãt eũ babilonij. Et dixit rex da:
nieli. Ecce nunc nõ potes dicere quia iſte nõ ſit
deus viuẽs. Adora ergo eũ. Dixitqꝫ daniel re:
gi. Dñm deũ meũ adoro: q̃a ipſe ẽ deus viuẽs.

Iſte autem nō eſt deus viuēs. Tu autē rex da michi poteſtatē: et interficiā draconē abſq; gladio et fuſte. Et ait rex. Do tibi. Tulit ergo daniel picē et adipē et pilos et coxit pariter: fecitq; maſſas et dedit in os draconis: et diruptus eſt draco. Et dixit daniel. Ecce quē colebatis. Quod cū audiſſēt babilonij indignati ſūt vehemēter: et cōgregati aduerſū regē dixerūt. Iudeus factus ē rex. Bel deſtruxit: draconē interfecit: et ſacerdotes occidit. Et dixerūt cū veniſſēt ad regē. Trade nobis danielē: alioquin interficiemus te et domū tuā. Vidit ergo rex q̄ irruerūt ī eū vehementer: et neceſſitate cōpulſus tradidit eis danielē. Qui miſerūt eū in lacū leonū: et erat ibi diebꝰ ſex. Porro ī lacu erāt leones ſeptē: et dabant̄ eis duo corpora quotidie et due oues: et tūc nō data ſūt eis ut deuorarēt danielem. Erat autē abbacuc ꝓpheta ī iudea: et ipſe coxerat pulmentū et intriuerat panes ī alueolo: et ibat in campū ut ferret meſſoribꝰ. Dixitq; āgelus dñi ad abbacuc. Fer prandiū q̄d habes in babilonē danieli: qui ē in lacu leonū. Et dixit abbacuc. Dñe babilonē non vidi: et lacū neſcio. Et apprehēdit eū angelus dñi ī vertice eius: et portauit eū capillo capitis ſui: poſuitq; eū ī babilonē ſup lacū ī impetu ſpiritus ſui. Et clamauit abbacuc dicēs. Daniel ſerue dei: tolle prandium qđ miſit tibi deus. Et ait daniel. Recordatus es mei deus: et nō dereliqſti diligētes te. Surgēſq; daniel comedit. Porro angelus dñi reſtituit abbacuc cōfeſtim in loco ſuo. Venit ergo rex die ſeptimo ut lugeret danielē: et venit ad lacū et introſpexit: et ecce daniel ſedēs in medio leonū. Et exclamauit voce magna rex dicēs. Magnus es dñe deus danielis. Et extraxit eū. Porro illos qui ꝑditiōis eius cauſa fuerāt intromiſit in lacū: et deuorati ſūt ī momēto corā eo.

Incipit prefatio beati Iheronimi pbri. In duodecim prophetas.

NOn idē ordo eſt duodecim ꝓphetarū apud hebreos: q̄ ē apud nos. Vnde ſcđm id qđ ibi legit̄: hic q; diſpoſiti ſūt. Oſee cōmaticus ē: et q̄ſi ꝑ ſententias loquēs. Iohel planus ī principijs in fine obſcurior: et uſq; ad malachiā habēt ſinguli ꝓprietates ſuas: quē eſdram ſcribā legiſq; doctorē hebrei autumāt. Et quia longū eſt nūc de oībꝰ dicere: hoc tātum nos o paula et euſtochiū ammonitos ſcire volo unum librum eſſe duodecim ꝓphetarū: et oſee ſynchronon yſaie: malachiam vero aggei et zacharie fuiſſe tēporibꝰ. In quibꝰ autē tēpus nō ꝑfert in titulo: ſub illis eos regibꝰ ꝓphetaſſe: ſub quibꝰ et hij q̄ ante eos habēt titulos ꝓphetauerūt.

Incipit Oſee ꝓpheta. Cap. I.

VErbū dñi quod factū eſt ad oſee filiū beeri in diebus ozie ioathan achaz ezechie regū iudā: et ī diebꝰ ieroboam filij ioas regis iſrl'. Principiū loquēdi dñm in oſee. Et dixit dñs ad oſee. Vade ſume tibi vxorē fornicariā: et fac tibi filios fornicationū: q2 fornicās fornicabit̄ terra a dño. Et abijt et accepit gomer filiā debelaim: et cōcepit et peperit ei filiū. Et dixit dñs ad eū. Voca nomen eius iezrahel. Quiā adhuc modicū et viſitabo ſanguinē iezrahel ſuper domū iehu: et quieſcere faciā regnū domus iſrl'. Et in illa die conterā arcū iſrl': ī valle iezrahel. Et concepit adhuc: et peperit filiā. Et dixit ei. Voca nomē eius abſq; miſericordia. Quia non addā vltra miſereri domui iſrl': ſed obliuione obliuiſcar eorū. Et domui iuda miſerebor: et ſaluabo eos ī dño deo ſuo: et nō ſaluabo eos in arcu et gladio et ī bello et ī equis et ī equitibꝰ. Et ablactauit eā que erat abſq; miſericordia. Et cōcepit: et peperit filiū. Et dixit ei. Voca nomen eius non ppl's meus. Quia vos nō ppl's meus: et ego non ero veſter deus. Et erit numerus filiorū iſrl' q̄ſi arena maris q̄ ſine menſura ē: et nō numerabit̄. Et erit in loco vbi dicet̄ eis nō ppl's meus vos: dicet̄ eis filij dei viuētis. Et cōgregabunt̄ filij iuda et filij iſrahel pariter: et ponēt ſibimet caput vnū: et aſcēdēt de terra: q2 magnus dies iezrahel.

II.

Dicite fratribꝰ veſtris ppl's meus: et ſorori veſtre miſericordiā cōſecuta. Iudicate matrē veſtrā iudicate: q2 ipa nō vxor mea: et ego nō vir eius. Auferat fornicacōes ſuas a facie ſua et adulteria ſua de medio vberū ſuorū: ne forte exſpoliē eā nudā et ſtatuā eā ſcđm diē natiuitatis ſue: et ponā eā q̄ſi ſolitudinē et ſtatuā eā velut terrā inuiā et interficiā eā ſiti: et filiorū illius non miſerebor: q2 filij fornicationū ſūt. quia fornicata eſt mater eorū. Cōfuſa ē que cōcepit eos: q2 dixit. Vadā poſt amatores meos qui dant panes michi: et aquas meas lanā meā et linū meū oleū meū et potū meū. Propter hoc ecce ego ſepiā viā tuā ſpinis:

⁊ ſepiam eam maceria. Et ſemitas ſuas non
inueniet: et ſequet amatores ſuos ⁊ nō appre-
hēdet eos: et queret eos et nō inueniet. Et dicet.
Vadā et reuertar ad virū meū priorē: qꝛ bene
michi erat tūc magis quā nūc. Et hec neſciuit:
quia ego dedi ei frumentū et vinū et oleū et ar-
gentū multiplicaui ei et aurū: que fecerūt baal.
Idcirco cōuertar et ſumā frumentū meū in tp̄e
ſuo et vinū meū in tēpore ſuo: et liberabo lanam
meā et linū meū q̄ operiebāt ignominiā eius.
Et nūc reuelabo ſtulticiā eius in oculis amatorꝝ
eius: et vir nō eruet eā de manu mea. Et ceſſa-
re faciā omē gaudiū eius: ſolēnitatē eius neo-
meniā eius ſabbatū eius et omnia feſta tempora
eius. Et corrumpam vineā eius et ficū eius: de
quibꝫ dixit. Mercedes hee mee ſūt: quas dederūt
michi amatores mei. Et ponā eā in ſaltū: et
comedet eā beſtia agri. Et viſitabo ſup eā dies
baalim quibꝫ accēdebat incēſū et ornabat ī aure
ſua et monili ſuo: et ibat poſt amatores ſuos:
et mei obliuiſcebat dicit dn̄s. Propter hoc ecce
ego lactabo eā: et ducā eā in ſolitudinē. Et lo-
quar ad cor eius: et dabo ei vinitores eius ex eodē
loco: et vallē achor ad aperiendā ſpem. Et canet
ibi iuxta dies iuuētutis ſue: et iuxta dies aſcēſi-
onis ſue de terra egipti. Et erit ī die illo ait dn̄s
vocabit me vir meus: et non vocabit me vltra
baalim. Et auferā noīa baalim de ore eius: ⁊
nō recordabit vltra noīs eorꝝ. Et pcutiā eis fedus
in die illa: cū beſtia agri et cū volucre celi et cū
reptili terre. Et arcū et gladiū et bellū cōterā de
terra: et dormire eos faciā fiducialiter. Et ſpon-
ſabo te michi ī ſempiternū: et ſpōſabo te michi
ī iuſticia et iudicio et ī miſcōia et miſeracōibꝫ.
Et ſpōſabo te michi ī fide: et ſcies quia ego dn̄s.
Et erit: in die illa exaudiā dicit dn̄s. Exaudiā
celos et illi exaudiēt terrā: et terra exaudiet tri-
ticū et vinū et oleum: et hec exaudiēt iezrahel.
Et ſeminabo eā michi ī terrā: et miſerebor eius
q̄ fuit abſq; miſcōia. Et dicā nō pp̄lo meo pp̄ls
meus es tu: et ipſe dicet deus meus es tu. III
Et dixit dn̄s ad me. Adhuc vade: dilige
mulierē dilectā amico et adulterā ſicut
diligit dn̄s filios iſrl̄: et ipi reſpectāt ad deos ali-
enos et diligūt vinatia vuarū. Et fodi eā michi
quīdecim argēteis et choro ordei et dimidio choro
ordei: et dixi ad eā. Dies multos expectabis me.
Nō fornicaberis et nō eris viro: ſꝫ et ego expec-
tabo te. Quia dies multos ſedebūt filij iſrahel
ſine rege et ſine principe et ſine ſacrificio et ſine
altari: et ſine ephot ⁊ ſine theraphim. Et poſt
hec reuertent filij iſrl̄: et querēt dn̄m deū ſuū et
dauid regē ſuū: et pauebūt ad dn̄m et ad bonū
eius in nouiſſimo dierum. IIII
Audite verbū dn̄i filij iſrl̄: quia iudiciū
dn̄o cum habitatoribꝫ terre. Nō eſt enī
veritas: et nō ē miſericordia: et nō eſt ſciētia dei
in terra. Maledictū et mēdaciū et homicidiū et
furtū et adulteriū inūdauerūt: et ſāguis ſāgui-
nē tetigit. Propter hoc lugebit terra: et infir-
mabit omnis qui habitat ī ea. In beſtia agri et
ī volucre celi: ſed et piſces maris cōgregabūt.
Verūtamē vnuſquiſq; nō iudicet: et nō arguat
vir. Populus enī tuus ſicut hij: q̄ cōtradicūt
ſacerdoti. Et corrues hodie: et corruet etiā pp̄he-
ta tecū. Nocte tacere feci matrē tuā. Cōticuit
pp̄ls meus: eo q nō habuerit ſciētiā. Quia tu
ſciētiā repuliſti: repellā te ne ſacerdotio fūgaris
michi. Et oblita es legis dei tui: obliuiſcar fili-
orꝝ tuorꝝ et ego. Scd̄m multitudinē eorꝝ ſic pecca-
uerūt michi: glaꝫ eorꝝ ī ignominiā cōmutabo.
Peccata pp̄li mei comedēt: et ad iniquitatē eorꝝ
ſubleuabūt animas eorꝝ. Et erit: ſicut pp̄lus ſic
ſacerdos. Et viſitabo ſup eū vias eius: et cogita-
cōes eius reddā ei. Et comedēt et nō ſaturabūt.
Fornicati ſūt et nō ceſſauerūt: quō dn̄m reliq-
rūt ī nō cuſtodiēdo. Fornicatio et vinū et ebri-
etas auferūt cor. Populus meus in ligno ſuo
interrogauit: et baculus eius annunciauit ei.
Spiritus enī fornicationū decepit eos: et forni-
cati ſūt a deo ſuo. Sup capita montiū ſacrifica-
bāt: et ſuper colles accendebāt thimiama ſubtus
quercū et pp̄lm et therebintum: quia bona erat
vmbra eius. Ideo fornicabuntur filie veſtre: et
ſpōſe veſtre adultere erūt. Nō viſitabo ſup fili-
as veſtras cū fuerint fornicate et ſup ſpōſas vr̄as
cū adulterauerint: quō ipi cū meretricibꝫ verſa-
bant: et cū effeminatis ſacrificabāt. Et pp̄ls nō
intelligens vapulabit. Si fornicaris tu iſrl̄: nō
delinquat ſaltē iuda. Et nolite ingredi in gal-
gala: et ne aſcēderitis ī bethauen: neq; iurauen-
tis viuit dn̄s. Quoniā ſicut vacca laſciuiens decli-
nauit iſrl̄. Nunc paſcet eos dn̄s: q̄ſi agnū in
latitudine. Particeps ydolorꝝ effraim: dimitte
eū. Separatū eſt cōuiuiū eorꝝ: fornicacōe forni-
cati ſūt: dilexerūt afferre ignominiā ꝓtectores
eius. Ligauit eum ſpiritus in alis ſuis: et con-
fundentur a ſacrificijs ſuis. V

Audite hoc ſacerdotes et attendite domus
iſrl'. & domus regis auſcultate: quia
vobis iudiciū ē. Quoniā laqueus facti eſtis ſpecu-
lacōni: et ſicut rethe expanſum ſubter thabor: et
victimas declinaſtis ī pfundū. Et ego eruditor
omniū eorꝫ. Ego ſcio effraim: et iſrl' non eſt ab-
ſconditus a me. Quia nūc fornicatus ē effra-
im: cōtaminatus ē iſrl'. Nō dabūt cogitacōes
ſuas ut cōuertant̄ ad deū ſuū: quia ſpiritus for-
nicationū ī medio eorꝫ: et dn̄m nō cognouerūt.
Et reſpōdebit arrogātia iſrl' in facie eius: et iſrl'
et effraim ruent in iniquitate ſua. Ruet etiā
iudas cū eis. In gregibȝ ſuis et ī armentis ſuis
vadēt ad querēdū dn̄m: et nō inuenient. Abla-
tus eſt ab eis. In dn̄o pūaricati ſūt: quia filios
alienos genuerūt. Nūc deuorabit eos menſis
cū partibȝ ſuis. Clāgite bucina ī gabaa: tuba
in rama. Vlulate in bethauen: poſt tergū tuū
beniamin. Effraim ī deſolacōe erit. In die cor-
repcōis ī tribubȝ iſrl' oſtēdi fidē. Facti ſūt prī-
cipes iuda qſi aſſumētes terminū: ſup eos effū-
dā qſi aquā irā meā. Calūniā patiēs ē ephraim
fractus iudicō: qm̄ cepit abire poſt ſordē. Et ego
qſi tinea ephraim: et qſi putredo domui iuda.
Et vidit ephraim lāguorē ſuū: et iudas vinclm
ſuū. Et abijt ephraim ad aſſur: et miſit ad re-
gē vltorē. Et ipē nō poterit ſanare vos: nec ſol-
uere poterit a vobis vinculum. Quoniā ego quaſi
leena ephraim: et qſi catulus leonis domui iu-
da. Ego ego capiā et vadā: tollā et non eſt qui
eruat. Vadens reuertar ad locum meū: donec
deficiatis et queratis faciē meā. .VI.
In tribulacōe ſua mane cōſurgēt ad me. Venite
et reuertamꝰ ad dn̄m: quia ipſe cepit et ſanabit
nos: percutiet et curabit nos. Viuificabit nos
poſt duos dies: ī die tercia ſuſcitabit nos: et vi-
uemus ī cōſpectu eius. Sciemus ſequemurq; ut
cognoſcamus dn̄m. Quaſi diluculū pparatus
eſt egreſſus eius: et veniet qſi ymber nobis tēpo-
raneus et ſerotinus terre. Quid faciā tibi eph-
raim. quid faciā tibi iuda. Miſcdia veſtra qſi
nubes matutina: et quaſi ros mane ptrāſiens.
Propter hoc dolaui in pphetis: et occidi eos in
verbis oris mei: et iudicia tua qſi lux egrediēt̄.
Quia miſericordiā volui et nō ſacrificium: et
ſcientiā dei plus quā olocauſtū. Ipſi autē ſicut
adam trāſgreſſi ſūt pactū: ibi pūaricati ſūt in
me. Galaad ciuitas operantiū ydolū ſupplātata
ſāguine: et qſi fauces viroꝝ latronū. Particeps
ſacerdotum in via interfitientium: pergētes de
ſichem qa ſcelus operati ſūt. In domo iſrl' vidi
horrendū. Ibi fornicacōes ephraim: cōtamina-
tus eſt iſrahel. Sed & iuda pone meſſē tibi: cū
conuertero captiuitatē populi mei. .VII.
Cum ſanare vellē iſrl' reuelata ē iniquitas
ephraim et malicia ſamarie: quia opati
ſūt mēdaciū. Et fur ingreſſus ē ſpoliās: latrū-
culus foris. Et ne forte dicāt ī cordibȝ ſuis: om-
nē maliciā eoꝝ me recordatū. Nūc circūdede-
rūt eos adinuencōes ſue: coram facie mea facte
ſūt. In malicia ſua letificauerūt regē: et ī mē-
dacijs ſuis principes. Oēs adulterātes: quaſi
clibanus ſuccēſus a coquēte. Quieuit paululū
ciuitas a cōmixtione fermēti: donec fermētaret̄
totū. Dies regis nr̄i: ceperūt principes furere a
vino. Extēdit manū ſuā cū illuſoribȝ: quia ap-
plicuerūt qſi clibanū cor ſuū cū inſidiaret̄ eis.
Tota nocte dormiuit coquēs eos: mane ipē ſuc-
cenſus qſi ignis flāme. Omnes calefacti ſūt qſi
clibanus: et deuorauerūt iudices ſuos. Omnes
reges eorum ceciderunt nō eſt qui clamet in eis
ad me. Ephraim in pplis ipſe commiſcebatur.
Ephraim factus eſt ſubcinericiūs panis: qui nō
reuerſat̄. Comederunt alieni robur eius: et ipē
neſciuit. Sed et cani effuſi ſūt ī eo: et ipſe igno-
rauit. Et humiliabit̄ ſupbia iſrl' in facie eius.
Nec reuſi ſūt ad dn̄m deū ſuū: et nō queſierūt
eū ī oībȝ hijs. Et factus ē ephraim qſi colūba
ſeducta: nō habēs cor. Egiptum inuocabāt: ad
aſſirios abierūt. Et cū pfecti fuerint expādam
ſup eos rethe meū: et qſi volucrē celi detrahā eos.
Cedā eos ſcd̄m auditionē cetus eoꝝ. Ve eis: qm̄
receſſerūt a me. Vaſtabunt quia pūaricati ſūt
in me. Ego redemi eos: et ipſi locuti ſūt contra
me mēdacia. Et nō clamauerūt ad me in corde
ſuo: ſed vlulabāt ī cubilibȝ ſuis. Sup triticū et
vinū ruminabāt: et receſſerūt a me. Et ego eru
diui eos: et cōfortaui brachia eoꝝ: et ī me cogita-
uerūt maliciā. Reuſi ſūt ut eſſēt abſq; iugo:
facti ſūt quaſi arcus doloſus. Cadent in gladio
principes eorum: a furore lingue ſue. Iſta ſub-
ſannatio eorum in terra egipti. .VIII.
In gutture tuo ſit tuba qſi aqla ſup domū dn̄i:
pro eo qꝫ trāſgreſſi ſunt fedus meū: et legem meā
pūaricati ſūt. Me inuocabūt deus meus: cog-
nouimus te iſrl'. Proiecit iſrl' bonū inimicus
perſequet̄ eum. Ipſi regnauerūt et nō ex me:
principes extiterunt et non cognoui. Aurum

ſuũ et argentũ ſuũ fecerũt ſibi ydola: ut interi-
rẽt. Proiectus ẽ vitulus tuus ſamaria. Ira-
tus eſt furor meus in eis. Vſqueq̃ nõ poterunt
emũdari? Quia ex iſrl' et ipſe ẽ. Artifex fecit
illũ: et nõ eſt deus. Quĩ in aranearũ telas erit
vitulus ſamarie: quia ventũ ſeminabãt: et tur-
binẽ metẽt. Culmus ſtans: nõ eſt ĩ eo germen:
non faciet farinã. Quod et ſi fecerit: alieni co-
medẽt eã. Deuoratus ẽ iſrl'. Nũc factus eſt in
nacõib3 q̃ſi vas inmundũ: quia ipſi aſcẽderũt
ad aſſur. Onager ſolitarius ſibi ephraim. Mu-
nera dederunt amatorib3 ſuis: ſed et cũ mercede
cõduxerũt nacões. Nũc cõgregabo eos: et qui-
eſcẽt paulisper ab onere regis et prĩcipũ. Quia
multiplicauit ephraim altaria ad peccãdum:
facte ſũt ei are in delictũ. Scribã ei multiplices
leges meas: q̃ velut aliene cõputate ſũt. Hoſtias
offerent. immolabũt carnes et comedẽt: et dñs
non ſuſcipiet eas. Nũc recordabit̃ iniquitatis
eorũ: et viſitabit peccata eorũ. Ipſi in egiptũ con-
uertent̃. Et oblitus ẽ iſrl' factoris ſui. et edifica-
uit delubra: et iudas multiplicauit vrbes mu-
nitas. Et mittam ignem in ciuitates eius: et
deuorabit edes illius. IX

Noli letari iſrl': noli exultare ſicut p̃pli:
quia fornicatus es a deo tuo. Dilexiſti
mercedẽ ſup omñes areas tritici. Area et torcular
nõ paſcet eos: et vinũ mẽtiet̃ eis. Nõ habitabũt
in terra dñi. Reuerſus ẽ ephraim ĩ egiptũ: et
in aſſirijs pollutũ comedit. Non libabũt dño
vinũ: et nõ placebũt ei. Sacrificia eorũ q̃ſi panis
lugẽtiũ. Omñes q̃ comedũt eũ cõtaminabunt̃:
q̃a panis eorũ aĩe ipſorũ: nõ intrabit ĩ domũ dñi.
Quid facietis ĩ die ſolemni: in die feſtiuitatis
dñi? Ecce enĩ profecti ſũt a vaſtitate. Egiptus
cõgregabit eos: memphis ſepeliet eos. Deſide-
rabile argẽtum eorũ vrtica hereditabit: lappa in
tabernaculis eorũ. Venerũt dies viſitacõis: vene-
rũt dies retribucõis. Scitote iſrl' ſtultũ p̃phetã:
inſanũ virũ ſpiritualẽ. Propter m̃ltitudinẽ
iniquitatis tue: et m̃ltitudo amẽtie. Speculator
ephraim cũ deo meo: p̃pheta laqueus ruine fac-
tus eſt ſup omñes vias eius. Inſania ĩ domo dei
eius. Profunde peccauerũt: ſicut in dieb3 ga-
baa. Recordabit̃ iniquitatis eorũ: et viſitabit
peccata eorũ. Quaſi vuã ĩ deſerto inueni iſrl':
q̃ſi prima poma ficulnee ĩ cacumine eius vidi
patres eorũ. Ipſi aũt intrauerũt ad beel phegor:
et abalienati ſunt in confuſionem et facti ſunt
abominabiles ſicut ea q̃ dilexerunt. Ephraim
quaſi auis auolauit. Gloria eorũ a partu: et ab
vtero et a cõceptu. Quod et ſi enutrierĩt filios
ſuos: abſq3 liberis eos faciam in hoĩb3. Sed et ve
eis: cũ receſſero ab eis. Ephraim ut vidit: tyrus
erat fũdata ĩ pulcritudine. Et ephraim educet
ad interfectorẽ filios ſuos. Da eis dñe. Quid
dabis eis? Da eis vuluam ſine liberis: et vbera
arentia. Omñes nequitie eorũ ĩ galgal: quia ibi
exoſos habui eos. Propter maliciã adinuẽti-
onũ eorũ: de domo mea eiciã eos. Nõ addã ut
diligã eos. Omñes prĩcipes eorũ recedẽtes. Per-
cuſſus ẽ ephraim: radix eorũ exſiccata ẽ. Fructũ
nequaq̃3 faciẽt. Quod et ſi genuerint: interfi-
ciam amãtiſſima vteri eorum. Abiciet eos dñs
deus meus quia nõ audierũt eũ: et erũt vagi in
nacõib3.

X Vitis frõdoſa iſrl': fructus
adeq̃tus ẽ ei. Scdm m̃ltitudinẽ fructus
ſui m̃ltiplicauit altaria: iuxta vbertatẽ terre ſue
exuberauit ſimulacris. Diuiſũ eſt cor eorũ: nũc
interibũt. Ipſe confringet ſimulacra eorũ: depo-
pulabit̃ aras eorũ. Quia nũc dicent: nõ eſt rex
nobis. Nõ enĩ timemus deũ. Et rex q̃d faciet
nobis? Loquimini verba viſionis inutilis: et
ferietis fedus: et germinabit q̃ſi amaritudo iu-
diciũ ſup ſulcos agri. Vaccas bethauen colue-
rũt habitatores ſamarie. Quia luxit ſup eum
p̃plus eius: et editui eius ſup eũ exultauerũt in
gl'a eius: quia migrauit ab eo. Siquidẽ et ipſe ĩ
aſſur delatus eſt munus regi vltori. Confuſio
ephraim capiet: et cõfundet̃ iſrl' ĩ volũtate ſua.
Trãſire fecit ſamaria regẽ ſuũ: q̃ſi ſpumã ſup
faciẽ aque. Et diſperdent̃ excelſa ydoli: peccatũ
iſrl'. Lappa et tribulus aſcẽdet ſup aras eorũ. Et
dicent mõtib3 operite nos: et collib3 cadite ſuper
nos. Ex diebus gabaa peccauit iſrl'. Ibi ſtete-
rũt. Nõ cõprehẽdet eos ĩ gabaa: p̃liũ ſup filijs
iniquitatis. Iuxta deſideriũ meũ corripiã eos.
Cõgregabunt̃ ſup eos p̃pl'i: cũ corripient̃ p̃pter
duas iniquitates ſuas. Ephraim vitula docta
diligere triturã: et ego trãſiui ſup pulcritudinẽ
colli eius. Aſcendã ſup ephraim. Arabit iu-
das: cõfriget ſibi ſulcos iacob. Seminate vobis
in iuſticia: et metite in ore miſcdie: innouate
vobis nouale. Tempus aũt requirẽdi dñm: cũ
venerit qui docebit vos iuſticiã. Araſtis impi-
etatẽ: iniquitatẽ meſſuiſtis: comediſtis frugem
mẽdacij. Quia cõfiſus es ĩ vijs tuis: et ĩ mul-
titudine fortium tuorum. Conſurget tumultus

in populo tuo: et oĩes municiones tue vaſta-
buntᷣ ſicut vaſtatus ē ſalmana · a domo eius qui
iudicauit baal: in die plij mře ſup filios alliſa.
Sic fecit vobis betel: a facie malicie neqcia℞ vrã℞.

XI.

Sicut mane trãſit · ptrãſit rex
iſrl': quia puer iſrl' ⁊ dilexi eum: et ex
egipto vocaui filiũ meum. Vocauerũt eos: ſic
abierũt a facie eo℞. Baalim immolabãt: et ſi-
mulacris ſacrificabãt. Et ego quaſi nutricius
ephraim. Portabã eos ĩ brachijs meis: et neſ-
cierũt q curarē eos. In funiclis adã trahã eos:
in vinculis caritatis. Et ero eis q̃ſi exaltãs iugũ
ſup maxillas eo℞: et declinaui ad eũ ut veſceretᷣ.
Nõ reuertetᷣ ĩ terrã egipti: et aſſur ipſe rex eius.
qñ noluerũt cõuerti. Cepit gladius ĩ ciuitati-
bꝫ eius: et cõſumet electos eius: et comedet capi-
ta eo℞. Et ppłus meus pẽdebit ad reditũ meũ.
Iugũ autē imponetᷣ eis ſimul: qđ nõ auferetᷣ.
Quomõ dabo te ephraĩ · ptegã te iſrl'? Quo-
modo dabo te? Sicut adama ponam te: ut ſebo-
im. Cõuerſũ eſt in me cor meũ pariter: cõtur-
bata ē penitudo mea. Nõ faciã furorē ire mee.
Nõ cõuertar ut diſpdã ephraim: qñ deus ego
et nõ homo. In medio tui ſãctus: et nõ ingre-
diar ciuitatē. Poſt dñm ambulabũt. Quaſi
leo rugiet: quia ipſe rugiet et formidabunt filij
maris. Et auolabũt q̃ſi auis ex egipto: et quaſi
colũba de terra aſſirio℞: et collocabo eos ĩ domi-
bꝫ ſuis dicit dñs. Circũdedit me ephraim ĩ ne-
gociacõe: et ĩ dolo domus iſrl'. Iudas aũt teſtis
deſcẽdit cũ deo: et cũ ſãctis fidelibꝫ.

XII.

Ephraim paſcit ventũ: et ſequitᷣ eſtum.
Tota die mẽdaciũ et vaſtitatē mltipli-
cat. Et fedus cũ aſſirijs inijt: et oleũ in egiptũ
ferebat. Iudiciũ ergo dñi cũ iuda: ⁊ viſitatio
ſup iacob. Iuxta vias eius et iuxta adinuẽcões
eius reddet ei. In vtero ſubplãtauit fratrē ſuũ:
et cũ fortitudine ſua directus ē cum angelo. Et
inualuit ad angelũ: et cõfortatus ē. Fleuit: et
rogauit eũ. In bethel inuenit eũ: et ibi locutus
ē nobiſcũ. Et dñs deus exercituũ: dñs · memo-
riale eius. Et tu ad dñm deum tuũ cõuerteris:
Miſericordiam et iudiciũ cuſtodi: et ſpera ĩ deo
tuo ſemp. Chanaan · ĩ manu eius ſtatera dolo-
ſa: calũniã dilexit. Et dixit ephraim. Verũta-
mē diues effectus ſũ: inueni ydolũ michi. Om-
nes labores mei nõ inuenient michi iniquitatē
quã peccaui. Et ego dñs deus tuus ex terra egip-
ti. Adhuc ſedere te faciã in tabernaculis: ſicut
in diebꝫ feſtiuitatis. Et locutus ſũ ſup pphetas:
et ego viſionē mltiplicaui: et in manu pphetaꝝ
aſſimulatus ſũ. Si galgal ydolũ: tamē fruſtra
errãt ĩ galgal bobꝫ immolãtes. Nã et altaria
eo℞ q̃ſi aceruí ſup ſulcos agri. Fugit iacob in
regionē ſyrie: et ſeruiuit iſrl' in vxore: et ĩ vxore
ſeruiuit. In ppheta aũt eduxit dñs iſrl' de egip-
to: et in ppheta ſeruatus ē. Ad iracũdiã me p-
uocauit ephraim ĩ amaritudinibꝫ ſuis: et ſãg-
uis eius ſuper eũ veniet: et opprobriũ eius reſti-
tuet ei dñs ſuus.

XIII.

Loquēte ephra: horror inuaſit iſrl': et delıq̃t ĩ baal et
mortuus ē. Et nũc addiderũt ad peccandũ: fe-
cerũtq ſibi cõflatile de argēto ſuo q̃ſi ſimilitudi-
nē ydolo℞. Factura artificũ totũ eſt. His ipſi
dicũt. Immolate hoĩes: vitulos adorãtes. Id-
circo erũt q̃ſi nubes matutina: et ſicut ros ma-
tutinus pteriens. Sicut puluis turbine raptus
ex area: ⁊ ſicut fumus de fumario. Ego autē
dñs deus tuus ex terra egipti: et deum abſq me
neſcies: et ſaluator nõ eſt pter me. Ego cogno-
ui te ĩ deſerto: ĩ terra ſolitudinis. Iuxta paſcua
ſua adimpleti ſũt et ſaturati ſũt. Et eleuauerũt
cor ſuũ: et obliti ſũt mei. Et ego ero eis q̃ſi lee-
na: ſicut pardus ĩ via aſſirio℞. Occurrã eis q̃ſi
vrſa raptis catulis: et dirũpam interiora iecoris
eo℞. Et cõſumã eos ibi q̃ſi leo: beſtia agri ſãdet
eos. Perditio tua iſrl': tãtummõ ĩ me auxiliũ
tuũ. Vbi ē rex tuus? Maxime nũc ſaluet te ĩ
oĩbꝫ vrbibꝫ tuis. Et iudices tui de quibꝫ dixiſti:
da michi regem et principes. Dabo tibi regē in
furore meo: et auferã in indignacõe mea. Col-
ligata eſt iniquitas ephraim: abſcõditũ peccatũ
eius. Dolores parturiētis venięt ei. Ipſe filius
nõ ſapiēs. Nũc enĩ nõ ſtabit ĩ cõtricõe filio℞.
De manu mortis liberabo eos: de morte redimã
eos. Ero mors tua o mors: morſus tuus ero in-
ferne. Cõſolatio abſcõdita ē ab oculis meis: qa
ipſe inter fratres diuidet. Adducet vrentē ventũ
dñs de deſerto aſcẽdentē: et ſiccabit venas eius ·
et deſolabit fontem eius: et ipſi diripiet theſau℞
omnis vaſis deſiderabilis.

XIIII.

Pereat ſamaria: quoniã ad amaritudinē
cõcitauit deum ſuũ. In gladio pereãt.
Paruuli eo℞ elidantᷣ: et fete eius ſcindantᷣ. Cõ-
uertere iſrl' ad dñm deũ tuũ: qñ corruiſti ĩ ini-
quitate tua. Tollite vobiſcũ verba: et cõuerti-
mini ad dñm: et dicite ei. Omnē aufer iniqui-
tatē et accipe bonũ: et reddemus vitulos labio℞

nroꝝ. Aſſur nō ſaluabit nos. Super equū nō
aſcēdemus: nec dicemus vltra dij nr̄i opa ma-
nuū nr̄aꝝ: q̄a eius qui ī te eſt miſereberis pp̄li.
Sanabo contricōes eoꝝ: diligā eos ſpōtanee: q̄a
auerſus ē furor meus ab eis. Ero q̄ſi ros. Iſrl'
germinabit ſicut liliū: et erūpet radix eius ut
libani. Ibūt rami eius: et erit q̄ſi oliua gloria
eius: et odor eius ut libani. Cōuertent̄ ſedentes
in vmbra eius: viuent tritico. Et germinabūt
quaſi vinea: memoriale eius ſicut vinū libani.
Ephraim q̄d michi vltra ydola? Ego exaudiā
et dirigam eum: ego ut abietem virentē: ex me
fructus tuus inuentus eſt. Quis ſapiens et
intelliget iſta: intelligens et ſciet hec? Quia
recte vie domini et iuſti ambulabunt in eis:
preuaricatores vero corruent in eis.

Incipit Iohel propheta. I.

Verbum dn̄i quod factum ē
ad iohel filiū fatuel. Audi-
te hec ſenes: et auribꝫ p̄cipite
oīes habitatores terre. Si
factum eſt iſtud in diebus
veſtris: aut ī diebꝫ patrum
veſtrorum. Super hoc filijs
veſtris narrate: et filij veſtri filijs ſuis: et filij eoꝝ
generationi altere. Reſiduum eruce comedit
locuſta: et reſiduū locuſte comedit bruchus: et
reſiduū bruchi comedit rubigo. Expgiſcimini
ebrij: flete et vlulate omnes qui bibitis vinū in
dulcedine: quoniā perijt ab ore veſtro. Gens enī
aſcendet ſup terrā meā: fortis et innumerabilis.
Dentes eius ut dētes leonis: et molares eius ut
catuli leonis. Poſuit vineam meā in deſertū:
et ficum meam decorticauit. Nudās ſpoliauit
eā et p̄iecit: albi facti ſūt rami eius. Plange
quaſi virgo accincta ſacco: ſuper viꝝ pubertatis
tue. Perijt ſacrificiū et libatio de domo dn̄i:
luxerunt ſacerdotes miniſtri dn̄i. Depopulata
eſt regio: luxit humus: q̄m deuaſtatū ē triticū.
Confuſū eſt vinū: elanguit oleū. Confuſi ſūt
agricole: vlulauerūt vinitores ſuper frumento
vino et ordeo: quia perijt meſſis agri. Vinea
confuſa eſt: et ficus elanguit. Malogranatum
et palma et malū et oīa ligna agri aruerūt:
quia confuſū eſt gaudiū a filijs hoīm. Accin-
gite vos et plangite ſacerdotes: vlulate miniſtri
altaris. Ingredimini: cubate in ſacco miniſtri
dei mei: q̄m interijt de domo dei veſtri ſacrificiū
et libatio. Sanctificate ieiuniū: vocate cetum:
cōgregate ſenes oīes habitatores terre in domū
dei veſtri: et clamate ad dn̄m. A a a diei: quia
prope eſt dies dn̄i: et quaſi vaſtitas a potente
veniet. Nūquid nō corā oculis veſtris alimēta
perierūt: de domo dei veſtri leticia et exultatio?
Cōputruerūt iumēta ī ſtercore ſuo. Demolita
ſunt horrea: diſſipate ſūt apothece: q̄m confuſū
eſt triticū. Quid ingemuit animal: mugierūt
greges armenti? Quia nō eſt paſcua eis. Sed
et greges pecoꝝ diſperierūt. Ad te clamabo dn̄e:
quia ignis comedit ſpecioſa deſerti: et flamma
ſuccēdit oīa ligna regionis. Sed et beſtie agri
quaſi area ſitiēs ymbrē: ſuſpexerāt ad te. Quō
exſiccati ſūt fōtes aquaꝝ: et ignis deuorauit ſpe-
cioſa deſerti.

II. Canite tuba in ſyon:
vlulate in mōte ſancto meo. Cōturbent̄
oīes habitatores terre quia venit dies dn̄i: quia
prope eſt dies tenebrarū et caliginis: dies nubis
et turbinis. Quaſi mane expanſū ſup mōtes:
populus multus et fortis. Similis nō fuit ei a
principio: et poſt eum non erit uſqꝫ in annos
generacōnis et generationis. Ante faciem eius
ignis vorans: et poſt eū exurēs flāma. Quaſi
ortus voluptatis terra corā eo: et poſt eū ſolitudo
deſerti: neqꝫ ē qui effugiat eū. Quaſi aſpectus
equoꝝ aſpectus eoꝝ: et quaſi equites ſic current.
Sicut ſonitus quadrigaꝝ ſuper capita montiū
exilient: ſicut ſonitus flamme ignis deuorantis
ſtipulā: velut p̄plus fortis p̄paratus ad preliū.
A facie eius cruciabunt̄ populi: oīes vultus
redigent̄ in ollam. Sicut fortes current: quaſi
viri bellatores aſcendent murum. Vir in vijs
ſuis gradient̄ et non declinabūt a ſemitis ſuis.
Vnuſquiſqꝫ fratrem ſuū non coartabit: ſinguli
ī calle ſuo ambulabūt. Sed et p feneſtras cadēt:
et nō demolient̄. Vrbem ingredient̄ur: in muro
currēt. Domos cōſcendēt: per feneſtras intrabūt
quaſi fur. A facie eius cōtremuit terra: moti
ſunt celi. Sol et luna obtenebrati ſunt: et ſtelle
retraxerūt ſplēdorem ſuū. Et dn̄s dedit vocē ſuā
ante faciē exercitus ſui: quia multa ſunt nimis
caſtra eius: quia fortia et facientia verbū eius.
Magnus enī dies dn̄i: et terribilis valde. Et
quis ſuſtinebit eū? Nūc ergo dicit dominus.
Cōuertimini ad me ī toto corde veſtro ī ieiunio
et fletu et in planctu: et ſcindite corda veſtra et
nō veſtimenta veſtra. Et cōuertimini ad dn̄m
deum veſtrū: quia benignus et miſericors eſt:
patiēs et multe miſericordie et preſtabilis ſuper

maliciá. Quis ſcit ſi conuertatur et ignoſcat
deus: et relinquat poſt ſe benedictionē? Sacrifi-
ciū et libamen dn̄o deo noſtro. Canite tuba in
ſyon: ſanctificate ieiuniū vocate cetū: cōgregate
populū ſanctificate eccleſiam: coadunate ſenes
cōgregate paruulos et ſugētes vbera. Egrediat̄
ſponſus de cubili ſuo: et ſponſa de thalamo ſuo.
Inter veſtibulum et altare plorabūt ſacerdotes
miniſtri dn̄i et dicent. Parce dn̄e parce ppl'o
tuo: et ne des hereditatē tuā in opprobrium: ut
dominent̄ eis nationes. Quare dicūt in ppl'is
vbi ē deus eoꝝ. Zelatus ē dn̄s terrā ſuā: et pepcit
populo ſuo. Et reſpōdit dn̄s: et dixit ppl'o ſuo.
Ecce ego mittā vobis frumētū et vinū et oleū:
et replebimini ī eis: et nō dabo vos vltra oppbriū
in gētibꝫ. Et eū qui ab aquilone ē procul faciā
a vobis: et expellā eū in terrā inuiā et deſertā.
Faciem eius contra mare oriētale: et extremū
eius uſqꝫ ad mare nouiſſimū: et aſcendet fetor
eius. Et aſcendet putredo eius: qa ſuperbe egit.
Noli timere terra: exulta et letare: quoniam
magnificauit dn̄s ut facēt. Nolite timere ani-
malia regionis: quia germinauerunt ſpecioſa
deſerti. Quia lignū attulit fructū ſuū: ficus et
et vinea dederunt virtutem ſuam. Et filie ſyon
exultate et letamini ī dn̄o deo veſtro: quia dedit
vobis doctorē iuſticie: et deſcendere faciet dn̄s ad
vos ymbrē matutinū et ſerotinū ſicut in princi-
pio. Et implebunt̄ aree frumēto: et redūdabūt
torcularia vino et oleo. Et reddam vobis annos
quos comedit locuſta brucus et rubigo et eru-
ca: fortitudo mea magna q̄ꝫ miſi ī vos. Et co-
medetis veſcentes et ſaturabimini: et laudabitis
nomē dn̄i dei veſtri qui fecit mirabilia vobiſcū.
Et nō cōfundet̄ ppl'us meus in ſempiternū: et
ſcietis quia ī medio iſrl' ego ſū. Et ego dn̄s deus
veſter: et nō eſt amplius: et nō cōfundet̄ ppl'us
meus ī eternū. Et erit: poſt hec effundā de ſpi-
ritu meo ſup omnē carnē: et ꝓphetabūt filij vr̄i
et filie veſtre. Senes vr̄i ſomnia ſomniabūt: et
iuuenes veſtri viſiones videbunt. Sed et ſuper
ſeruos meos et ancillas in diebus illis effundam
ſpiritum meum: et dabo prodigia in celo et in
terra ſanguinem et ignem et vaporem fumi.
Sol conuertet̄ in tenebras et luna in ſanguinē:
anteq̄ꝫ veniat dies dn̄i magnus et horribilis.
Et erit: dn̄s qui inuocauerit nomē dn̄i ſaluus
erit: quia in mōte ſyon et ī ihrl'm erit ſaluatio
ſicut dixit dn̄s: et in reſiduis q̄s dn̄s vocauerit.

Quia ecce in diebus illis et in ·III·
tempore illo cū conuertero captiuitatem
iuda et iheruſalē. congregabo omnes gentes: et
deducam eas in vallem ioſaphat et diſceptabo
cū eis ibi ſuper ppl'o meo et hereditate mea iſrl'
quos diſperſerūt in nationibus: et terrā meam
diuiſerūt et ſuper populū meū miſerūt ſortem.
Et poſuerūt puerum in ꝓſtibulum: et puellā
vendiderūt ꝓ vino ut biberēt. Verū quid michi
et vobis tyrus et ſydon et oīs terminus paleſ-
tinoꝝ? Nūquid vltionem vos reddetis michi?
Et ſi vlciſcemini vos contra me: cito velociter
reddā viciſſitudinē vobis ſuper caput veſtrum.
Argentū enī meū et auꝝ tuliſtis: et deſiderabi-
lia mea et pulcerrima intuliſtis ī delubra vr̄a.
Et filios iuda et filios iheruſalē vēdidiſtis filijs
grecoꝝ: ut longe faceretis eos d̄ finibꝫ ſuis. Ecce
ego ſuſcitabo eos de loco in quo vēdidiſtis eos: et
conuertā retributionē veſtram ī caput veſtrū.
Et vendā filios veſtros et filias veſtras ī manibꝫ
filioꝝ iuda: et venundabūt eos ſabeis gēti lōgin-
que. quia dn̄s locutus ē. Clamate hec ī gētibꝫ:
ſanctificate bellū: ſuſcitate robuſtos. Aſcendāt
accedāt: omnes viri bellatores. Cōcidite aratra
veſtra ī gladios: et ligones veſtros in lanceas.
Infirmus dicat: quia ego fortis ſū. Erūpite et
venite oēs gētes de circuitu: et cōgregamini.
Ibi occūbere faciet dn̄s robuſtos tuos. Cōſur-
gāt et aſcendāt gētes in vallē ioſaphat: quia ibi
ſedebo ut iudicē oēs gētes ī circuitu. Mittite
falces: qm̄ maturauit meſſis. Venite et deſcen-
dite: qa plenū ē torcular. Exuberāt torcularia:
quia multiplicata ē malicia eoꝝ. Populi ppl'i ī
valle cōciſionis: qa iuxta ē dies dn̄i ī valle cōciſi-
onis. Sol et luna obtenebrati ſūt: et ſtelle retra-
xerūt ſplendorē ſuū. Et dn̄s de ſyon rugiet: et de
ihrl'm dabit vocē ſuā. Et mouebūt̄ celi et terra:
et dn̄s ſpes ppl'i ſui: et fortitudo filioꝝ iſrl'. Et ſci-
etis quia ego dn̄s deus veſter: habitans ī ſyon in
ī mōte ſācto meo. Et erit ihrl'm ſācta: et alieni
nō trāſibūt ꝑ eā amplius. Et erit: ī die illa ſtil-
labūt mōtes dulcedinē et colles fluēt lacte. Et ꝑ
oēs riuos iuda ibūt aque: et fōs de domo dn̄i
egrediet̄: et irrigabit torrentē ſpinaꝝ. Egiptus ī
deſolacōēꝫ erit: et ydumea ī deſertū: ꝑdicōis: ꝓ
eo ꝙ inique egerint ī filios iuda et effuderīt ſāg-
uinē innocētē ī terra ſua. Et iudea ī eternū habi-
tabit̄: et ihrl'm ī generationē et generacōēꝫ. Et
mūdabo ſāguinē eoꝝ quē nō mūdauerā: et dn̄s
cōmorabit̄ ī ſyon. Incipit Amos propheta.

Verba amos qui fuit in paſ-
toralibꝰ thecue: ꝗ vidit ſuꝑ
iſrl' in diebꝰ ozie regis iuda
et in diebus iheroboam filij
ioas regis iſrahel ante duos
annos terremotus. Et dixit.
Dñs de ſyon rugiet: ⁊ de
iheruſalem dabit vocē ſuā. Et luxerūt ſpecioſa
paſtoꝝ: et exſiccatus ē vertex carmeli. Hec dicit
dñs. Suꝑ tribꝰ ſcelerībꝰ damaſci et ſuꝑ quatuor
nō conuertā eum: eo ꝙ triturauerūt ī plauſtris
ferreis galaad. Et mittā ignē in domū azahel:
⁊ deuorabit domos benadab. Et conterā vectē
damaſci: et diſperdā habitatorē de campo ydoli:
et tenentē ſceptrū de domo voluptatis: et trāſfe-
ret ꝓplus ſyrie cirenem dicit dñs. Hec dicit dñs.
Suꝑ tribus ſceleribꝰ gaze et ſuꝑ q̄tuor nō cōuer-
tā eū: eo ꝙ trāſtulerit captiuitatē ꝑfectā ut con-
cluderet eā ī ydumea. Et mittā ignē in murū
gaze: et deuorabit edes eius: et diſꝑdā habitatorē
de azoto et tenentē ſceptrū de aſcalone: et cōuertā
manū meā ſuꝑ accaron et peribūt reliqui phi-
liſtinoꝝ dicit dñs. Hec dicit dñs. Suꝑ tribꝰ ſcele-
ribꝰ tyri et ſuꝑ quatuor nō conuertā eum: eo ꝙ
concluſerūt captiuitatē perfectā in ydumea: et
nō ſunt recordati federis fratrū. Et mittā ignē
ī murum tyri: et deuorabit edes eius. Hec dicit
dñs. Suꝑ tribꝰ ſceleribꝰ edom et ſuper quatuor
nō conuertā eū: eo ꝙ ꝑſecutus ſit ī gladio fratrē
ſuū ⁊ violauerit miſericordiā eius: et tenuerit
vltra furorē ſuū: et indignationē ſuā ſeruauerit
uſqꝫ ī finē. Mittā ignē in theman: et deuorabit
edes boſre. Hec dicit dñs. Super tribus ſceleribꝰ
filioꝝ ammon et ſuper quatuor nō conuertam
eū: eo ꝙ diſſecuerit pregnantes galaad: ad dila-
tandū terminū ſuū. Et ſuccendā ignē in muro
rabbath et deuorabit edes eius: in vlulatu in die
belli et in turbine in die commotionis. Et ibit
melchon ī captiuitatē: ipſe et prīcipes eius ſimul
dicit dñs.

Hec dicit dñs. Super ·II·
tribꝰ ſceleribꝰ moab et ſuper quatuor nō
conuertā eū: eo ꝙ incenderit oſſa regis ydumee
uſqꝫ ad cinerē. Et mittā ignē in moab et deuo-
rabit edes carioth: et morietᷣ in ſonitu moab in
clāgore tube: et diſperdā iudicē de medio eius:
et oēs prīcipes eius interficiā cū eo dicit dñs.
Hec dicit dñs. Super tribꝰ ſceleribꝰ iuda et ſuper
quatuor nō cōuertā eū: eo ꝙ abiecerit legē dñi:
et mādata eius nō cuſtodierit. Deceperūt enim
eos ydola ſua: poſt que abierant patres eorum.
Et mittam ignē in iudam: et deuorabit edes in
ihrl'm. Hec dicit dñs. Suꝑ tribꝰ ſceleribꝰ iſrl' ⁊
ſuper quatuor nō conuertā eū: ꝓ eo ꝙ vēdiderit
pro argēto iuſtum: et pauperē pro calciamētis.
Qui conterūt ſuꝑ puluerē terre capita pauperū
et viam humilium declinant: et filius ac pater
eius ierūt ad puellā ut violarēt nomen ſanctū
meū: et ſuper veſtimētis pigneratis accubuerūt
iuxta oē altare: et vinū damnatoꝝ bibebāt in
domo dei ſui. Ego aūt exterminaui amorreum
a facie eoꝝ: cuius altitudo cedroꝝ altitudo eius:
et fortis ipſe q̄ſi quercus. Et contriui fructū eius
deſuꝑ: et radices eius ſubter. Ego ſū q̄ aſcendere
vos feci de terra egipti: et eduxi vos in deſertum
quadraginta annis: ut poſſideretis terrā amor-
rei: et ſuſcitaui de filijs veſtris in ꝓphetas ⁊ de
iuuenibꝰ veſtris nazareos. Nūquid nō ita eſt
filij iſrahel dicit dñs? Et propinabitis nazareis
vinū: et ꝓphetis mādabitis dicētes: ne ꝓphetetis.
Ecce ego ſtridebo ſubter vos: ſicut ſtridet plau-
ſtrum onuſtum feno. Et peribit fuga a veloce:
et fortis nō obtinebit virtutē ſuā: et robuſtus nō
ſaluabit animā ſuā. Et tenēs arcū nō ſtabit et
velox pedibꝰ ſuis non ſaluabitᷣ: et aſcenſor equi
nō ſaluabit animā ſuā: et robuſtus corde inter
fortes nudus fugiet ī die illa dicit dñs. ·III·

Audite verbū quod locutus ē dñs ſuꝑ vos
filij iſrahel: ſuper omnē cognationē quā
eduxi de terra egipti dicēs. Tantummodo vos
cognoui ex oībus cognacōibus terre: idcirco
viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras.
Nūq̄d ambulabūt duo pariter: niſi cōuenerit
eis? Nūquid rugiet leo in ſaltu: niſi habuerit
predam? Nūquid dabit catulus leonis vocem
de cubili ſuo: niſi aliq̄d apprehēderit? Nūquid
cadet auis ī laqueū terre abſqꝫ aucupe? Nūq̄d
auferetur laqueus de terra: anteq̄ȝ quid ceperit?
Si clanget tuba in ciuitate: et populus nō ex-
pauēſcet? Si erit malum in ciuitate: quod dñs
nō fecit? Quia nō faciet dñs deus verbū: niſi
reuelauerit ſecretū ſuū ad ſeruos ſuos ꝓphetas.
Leo rugiet: quis nō timebit? Dñs deus locutus
eſt: quis nō ꝓphetabit? Auditū facite ī edibus
azoti: et ī edibꝰ terre egipti: et dicite. Cōgrega-
mini ſuper mōtes ſamarie: et videte inſanias in
medio eius multas: et calumniam patiētes in
penetralibꝰ eius. Et neſcierūt facere rectū dicit
dominus: theſaurizantes iniquitatē et rapinas

in edibus ſuís. Propterea hec dicit dñs deus.
Tribulabit̃ et circuiet̃ terra: et detrahetur ex te
fortitudo tua: et diripientur edes tue. Hec dicit
dñs. Quomõ ſi eruat paſtor de ore leonis duo
crura aut extremũ auricule: ſic eruẽtur filij iſrl'
qui habitant in ſamaria in plaga lectuli et in
damaſcí grabato. Audite & conteſtamini in
domo iacob dicit dñs deus exercituũ: quia in die
cũ viſitare cepero ꝑuaricacões iſrl' ſup eũ viſitabo
et ſup altaria bethel: et amputabuntur cornua
altaris et cadẽt ĩ terrã. Et ꝑcutiã domũ hyema-
lẽ cũ domo eſtiua: et peribũt domus eburnee: et
diſſipabunt̃ edes multe dicit dñs. IIII
Audite verbũ hoc vacce pĩngues que eſtis
in mõte ſamarie: que calumniã facitis
egenis: et cõfrigitis pauperes. Que dicitis dñis
veſtris: afferte et bibemus. Iurauit dñs deus in
ſcõ ſuo: qꝛ ecce dies veniẽt ſup vos et leuabũt
vos ĩ cõtis: et reliquias veſtras ĩ ollis feruẽtibꝫ.
Et per aperturas exibitis altera contra alterã:
& proiciemini in armon dicit dñs. Venite ad
bethel & impie agite: ad galgalã: et multipli-
cate preuaricationẽ. Et offerte mane victimas
veſtras: tribꝫ diebꝫ decimas vr̃as. Et ſacrificate
de fermẽto laudẽ: et vocate volũtarias oblacões
et annũciate. Sic enĩ voluiſtis filij iſrl' dicit dñs
deus. Unde et ego dedi vobis ſtuporẽ dentiũ in
cunctis vrbibꝫ veſtris: et indigentiã panum in
oĩ̄bus locis veſtris: et non eſtis reuerſi ad me
dicit dñs. Ego qꝫ prohibui a vobis ymbrem cũ
adhuc tres mẽſes ſupereſſent uſqꝫ ad meſſem: et
plui ſuper vnã ciuitatẽ: et ſuper alterã ciuitatẽ
nõ plui. Pars vna cõpluta eſt: & pars ſuper
quã nõ plui aruit. Et venerũt due et tres ciuita-
tes ad vnã ciuitatẽ ut biberent aquã: et nõ ſunt
ſaciate: et nõ rediſtis ad me dicit dñs. Percuſ-
ſi vos in vẽto vrente et ĩ aurugine: multitudinẽ
ortoꝝ veſtroꝝ et vineaꝝ veſtraꝝ olineta veſtra et
ficeta veſtra comedit eruca: et nõ rediſtis ad me
dicit dñs. Miſi in vos mortem in via egipti:
ꝑcuſſi ĩ gladio iuuenes vr̃os uſqꝫ ad captiuitatẽ
equoꝝ veſtroꝝ et aſcẽdere feci putredinẽ caſtroꝝ
veſtroꝝ in nares veſtras: & non rediſtis ad me
dicit dñs. Subuerti vos ſicut ſubuertit deus ſo-
domam et gomorram: et facti eſtis quaſi torris
raptus ab incendio: et non rediſtis ad me dicit
dñs. Quapropter hec faciã tibi iſrl'. Poſtqꝫ
autẽ hec fecero tibi: ꝑparare in occurſum dei tui
iſrahel. Quia ecce formans montes & creans
ventum et annũcians homini eloquium ſuũ:
faciens matutinã nebulã et gradiẽs ſup excelſa
terre: dñs deus exercituũ nomẽ eius. V
Audite verbũ iſtud: quod ego leuo ſuper
vos planctũ. Domus iſrl' cecidit: et nõ
adiciet ut reſurgat. Uirgo iſrl' proiecta eſt in
terram ſuam nõ eſt qui ſuſcitet eam. Quia hec
dicit dñs deus. Urbs de qua egrediebant̃ mille
relinquent̃ in ea centum: et de qua egrediebant̃
centũ relinquent̃ in ea decem ĩ domo iſrl': quia
hec dicit dñs deus domui iſrl'. Querite me &
viuetis: et nolite querere bethel. In galgalam
nolite intrare et in berſabee nõ trãſibitis: quia
galgala captiua ducetur: et bethel erit inutilis.
Querite dñm & viuite: ne forte comburat̃ ut
ignis domus ioſeph: et deuorabit et nõ erit qui
extinguat bethel. Qui cõuertitis in abſinthiũ
iudiciũ: et iuſticiã in terra relinquitis: facientẽ
arcturũ et orionẽ et cõuertẽtẽ ĩ mane tenebras:
et diẽ nocte mutantẽ. Qui vocat aquas maris
et effundit eas ſuper faciem terre: dñs nomẽ eſt
eius. Qui ſubridet vaſtitatẽ ſuper robuſtũ: et
deppdationẽ ſup potentẽ affert. Odio habuerũt
corripientẽ in porta: et loquentẽ perfecte aboni-
nati ſũt. Idcirco ꝓ eo ꝙ diripiebatis pauperẽ et
predam electam tollebatis ab eo: domos quadro
lapide edificabitis: & non habitabitis in eis.
Uineas plãtabitis amantiſſimas et nõ bibetis
vinũ eaꝝ: quia cognoui multa ſcelera veſtra: et
fortia peccata veſtra. Hoſtes iuſti accipiẽtes mu-
nus: et pauperes deprimẽtes ĩ porta. Ideo pru-
dens in tempore illo tacebit: quia tempus malũ
eſt. Querite bonũ & nõ malũ: ut viuatis: et
erit dñs deus exercituũ vobiſcum ſicut dixiſtis.
Odite malum et diligite bonũ: et cõſtituite in
porta iudiciũ: ſi forte miſereat̃ dñs deus exerci-
tuũ reliquijs ioſeph. Propterea hec dicit dñs:
deus exercituum dominator. In oĩ̄bꝫ plateis
planctus: et in cũctis que foris ſũt dicet̃ ve ve.
Et vocabũt agricolam ad luctũ: et ad planctũ
eos qui ſciunt plangere. Et in omnibꝫ vijs erit
planctus: quia ꝑtrãſibo ĩ medio tui dicit dñs.
Ue deſiderantibꝫ diẽ dñi. Ut quid eam vobis?
Dies dñi iſta tenebre et nõ lux. Quomodo ſi
fugiat vir a facie leonis et occurrat ei vrſus: &
ingrediat̃ domũ & innitatur manu ſua ſuper
parietẽ: et mordeat eum coluber. Nũquid nõ
tenebre dies dñi et nõ lux et caligo et nõ ſplẽdor
in ea? Odi et proieci feſtiuitates veſtras: et non

capiam odorem cetuū veſtroꝝ. Quod ſi obtule-
ritis michi olocauſtomata et munera veſtra nō
ſuſcipiam: et vota pinguiū veſtroꝝ nō reſpiciā.
Aufer a me tumultū carminū tuoꝝ: et cātica
lire tue non audiam. Et reuelabit̄ quaſi aqua
iudiciū: et iuſticia quaſi torrēs fortis. Nūquid
hoſtias ⁊ ſacrificiū obtuliſtis michi in deſerto
quadraginta annis domus iſrahel? Et portaſtis
tabernaculū molech deo vr̄o: et ymaginē ydoloꝝ
veſtrorū · ſidus dei veſtri rempha: figuras quas
feciſtis vobis adorare eas. Et migrare vos faciā
trans damaſcū dixit dn̄s: deus exercituū nomē
eius. ·VI·
Ve vobis qui opulēti
eſtis ī ſyon et cōfiditis ī mōte ſamarie:
optimates capita ꝑplꝫoꝝ: ingrediētes pompatice
domū iſrl'. Tranſite in chalanne et videte: ⁊
ite inde in emath magnam et deſcēdite in geth
paleſtinoꝝ ⁊ ad optima q̄q3 regna hoꝝ: ſi latior
terminus eoꝝ termino veſtro eſt. Qui ſeparati
eſtis in diem malum: ⁊ appropinquatis ſolio
iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis:
⁊ laſciuitis in ſtratis veſtris. Qui comeditis
agnum de grege · et vitulos de medio armenti:
qui canitis ad vocē pſalterij. Sicut dauid puta-
uerūt ſe habere vaſa cantici: bibentes in phialis
vinum · et optimo vngento delibuti: ⁊ nichil
patiebant̄ ſup cōtritione ioſeph. Quapropter
nūc migrabūt ī capite trāſmigrantiū: et auferet̄
factio laſciuientiū. Iurauit dn̄s deus in anima
ſua: dicit dn̄s deus exercituū. Deteſtor ego ſup-
biam iacob: et domos eius odi: et tradā ciuitatē
cum habitatorib9 ſuis. Quod ſi reliqui fuerint
decē viri in domo vna: et ipſi morient̄. Et tollet
eū ꝓpinquus ſuus: et cōburet eū ut efferat oſſa
de domo: et dicet ei qui ī penetralib9 domus eſt.
Nūquid adhuc eſt penes te? Et reſpondebit.
Finis eſt. Et dicet ei. Tace: et non recorderis
noīs dn̄i. Quia ecce dn̄s mādauit: et percutiet
domū maiorē ruinis: ⁊ domū minorē ſciſſio-
nib9. Nūquid currere queunt in petris equi:
aut arari poteſt ī bubalis? Quoniā cōuertiſtis
in amaritudinē iudiciū et fructum iuſticie in
abſinthiū: qui letamini in nichili: qui dicitis.
Nūquid non in fortitudine nr̄a aſſumſimus
nobis cornua? Ecce enī ſuſcitabo ſup vos domus
iſrl' dicit dn̄s deus exercituū gentē: et cōteret vos
ab introitu emath uſq3 ad torrētē deſerti. ·VII·
Hec oſtendit michi dn̄s deus. Et ecce fictor
locuſte ī principio germinantiū ſerotini
ymbris: et ecce ſerotinus poſt tonſorem gregis.
Et factū eſt cū conſūmaſſet comedere herbā terre
dixi. Dn̄e deus ꝓpicius eſto obſecro. Quis ſuſ-
citabit iacob q̄a paruulus eſt? Miſertus eſt dn̄s
ſuper hoc. Nō erit dixit dn̄s. Hec oſtēdit michi
dn̄s deus. Et ecce vocabat iudiciū ad ignem dn̄s
deus: et deuorauit abiſſum multam et comedit
ſimul partē. Et dixi. Dn̄e deus quieſce obſecro.
Quis ſuſcitabit iacob quia paruulus ē? Mi-
ſertus ē dn̄s ſuper hoc. Sed et iſtud nō erit dixit
dn̄s deus. Hec oſtendit michi dn̄s deus. Et ecce
dn̄s ſtans ſuper murum litum: et ī manu eius
trulla cementarij. Et dixit dn̄s ad me. Quid
tu vides amos? Et dixi. Trullam cementarij.
Et dixit dn̄s. Ecce ego ponā trullam in medio
ꝑpl'i mei iſrl'. Nō adiciā vltra ſuper inducere
eū: et demolient̄ excelſa ydoli et ſanctificationes
iſrl' deſolabunt̄: et conſurgā ſuper domū ihero-
boam ī gladio. Et miſit amaſias ſacerdos bethel
ad iheroboam regē iſrl' dicēs. Rebellauit cōtra
te amos in medio domus iſrahel. Nō poterit
terra ſuſtinere vniuerſos ſermones eius. Hec enī
dicit amos. In gladio morietur iheroboam:
et iſrl' captiuus migrabit de terra ſua. Et dixit
amaſias ad amos. Qui vides gradere: fuge in
terrā iuda et comede ibi panem et prophetabis
ibi: et in bethel nō adicies vltra ut ꝓphetes quia
ſāctificatio regis ē et domus regni ē. Rūditq3
amos: et dixit ad amaſiam. Non ſū propheta
et nō ſum filius ꝓphete: ſed armētarius ego ſum
vellicans ficomoros. Et tulit me dn̄s deus cum
ſequerer gregē: et dixit dn̄s ad me. Vade ꝓpheta
ad ꝑpl'm meū iſrahel. Et nūc audi verbū dn̄i.
Tu dicis nō ꝓphetabis ſup iſrl': et nō ſtillabis
ſuper domū ydoli. Propter hoc hec dicit dn̄s.
Vxor tua ī ciuitate fornicabit̄: et filij tui et filie
tue in gladio cadent: ⁊ humus tua funiculo
metiet̄. Et tu in terra polluta morieris: et iſrl'
captiuus migrabit de terra ſua. ·VIII·
Hec oſtendit michi dn̄s deus. Et ecce vnci-
nus pomoꝝ. Et dixit. Quid tu vides
amos? Et dixi. Vncinū pomoꝝ. Et dixit dn̄s
ad me. Venit finis ſuper populū meū iſrahel.
Nō adiciā vltra ut ꝑtranſeā eū. Et ſtridebūt
cardines templi ī die illa dicit dn̄s deus. Multi
morient̄: ī omī loco ꝓicietur ſilentiū. Audite
hoc q̄ conteritis pauperē: et deficere facitis egenos
terre dicētes. Quādo trāſibit meſſis et venūda-
bimus merces · et ſabbatū et aperiemus frumētū:

ut imminuamus mēſuram et augeamus ſiclū
et ſupponamus ſtateras doloſas: ut poſſideamus
in argento egenos, et pauperes pro calciamētis,
et quiſquilias frumēti vēdamus? Iuravit dñs
in ſuperbia iacob: ſi oblitus fuero uſqꝫ ad finē
oīa opa eoꝝ. Nūquid ſup iſto nō cōmovebit̄
terra: et lugebit oīs habitator eius? Et aſcēdet
quaſi fluuius univerſus: et eiicietur et defluet q̄ſi
rivus egipti. Et erit in die illa dicit dñs occidet
ſol meridie: et tenebreſcere faciam terrā in die
luminis. Et cōvertā feſtivitates vr̄as in luctū:
et omnia cantica veſtra in planctū. Et inducā
ſuper omne dorſum veſtrū ſaccū: et ſuper omne
caput calviciū. Et ponā eā q̄ſi luctū unigeniti:
et noviſſima eius quaſi diem amaꝝ. Ecce dies
veniunt dicit dñs et emittā famem in terrā: nō
famē panis neqꝫ ſitim aque: ſed audiēdi verbū
dñi. Et cōmovebunt̄ a mari uſqꝫ ad mare: et
ab aquilone uſqꝫ ad orientē circuibūt querentes
verbū dñi: et nō invenięt. In die illa deficient
virgines pulcre et adoleſcentes in ſiti qui iurant
ī delicto ſamarie et dicūt Vivit deus tuus dan:
et vivit via berſabee. Et cadent: et nō reſurgent
Vidi dñm ſtantē ſuper IX cultra.
altare. Et dixit. Percute cardinem: et
cōmoveantur ſuperliminaria. Avaricia enim
in capite omniū: et noviſſimum eoꝝ in gladio
interficiā. Non erit fuga eis. Fugiet: et nō
ſalvabit̄ ex eis qui fugerit. Si deſcenderint uſqꝫ
ad infernum inde manus mea educet eos: et ſi
aſcenderint uſqꝫ in celum inde detrahā eos. Et ſi
abſcōditi fuerint in vertice carmeli inde ſcrutās
auferam eos: et ſi celaverint ſe ab oculis meis in
pfundū maris: ibi mādabo ſerpēti et mordebit
eos. Et ſi abierint ī captivitatē coram inimicis
ſuis ibi mandabo gladio et occidet eos: et ponā
oculos meos ſuper eos in malū et nō in bonū.
Et dñs deus exercituū q̄ tangit terrā et tabeſcat:
et lugebūt omnes habitantes in ea. Et aſcendet
ſicut rivus oīs: et defluet ſicut fluuius egipti.
Qui edificat ī celo aſcenſionē ſuā: et faſciculū
ſuū ſuper terram fundabit. Qui vocat aquas
maris: et effundit eas ſuper faciem terre. Dñs
nomen eius. Nūquid nō ut filij ethiopū vos
eſtis michi filij iſrl' ait dñs? Nūquid nō iſrahel
aſcēdere feci de terra egipti: et paleſtinos de capa-
docia. et ſyros de cyrene? Ecce oculi dñi dei ſuper
regnū peccans: et conteram illud a facie terre.
Verumtamen conterens nō conteram domum
iacob dicit dominus. Ecce enim mandabo ego:
et concutiā in omnibus gentibus domū iſrahel
ſicut concutitur triticum in cribro: et non cadet
lapillus ſuper terrā. In gladio morient̄ oēs
peccatores populi mei: qui dicūt nō appropin-
quabit: et non veniet ſuper nos malū. In die
illa ſuſcitabo tabernaculū david quod cecidit: et
reedificabo aperturas murorum eius: et ea que
corruerāt inſtaurabo. Et reedificabo eum ſicut
ī dieb9 antiquis: ut poſſideāt reliquias ydumee
et omnes nationes: eo q̄ invocatum ſit nomen
meum ſuper eos dicit dñs faciens hec. Ecce dies
veniēt dicit dñs: et comprehēdet arator meſſorē:
et calcator uve mittentem ſemen. Et ſtillabunt
montes dulcedinē: et omnes colles culti erunt.
Et convertam captivitatem populi mei iſrl': et
edificabunt civitates deſertas et inhabitabunt:
et plantabunt vineas et bibent vinum earū: et
faciēt ortos et comedēt fructus eoꝝ. Et plātabo
eos ſuper humum ſuā: et non evellam eos ultra
de terra ſua quam dedi eis dicit dñs deus tuus.
Incipit Abdias propheta. I.
Viſio abdie. Hec dicit dñs de-
us ad edom. Auditū au-
divimus a dño: et legatum
ad gentes miſit. Surgite:
et conſurgamus adverſus
eum in prelium. Ecce par-
vulum dedi te in gentib9.
Cōtemptibilis tu es valde. Superbia cordis tui
extulit te habitantē in ſciſſuris petraꝝ: exaltantē
ſolium tuum. Qui dicis in corde tuo. Quis
detrahet me in terram? Si exaltatus fueris ut
aquila: et ſi inter ſidera poſueris nidum tuum:
inde detraham te dicit dñs. Si fures introiſſent
ad te ſi latrones p noctē: quomodo cōticuiſſes?
Nonne furati eſſēt ſufficientia ſibi? Si vinde-
miatores introiſſēt ad te. nūquid ſaltē racemos
reliquiſſent tibi? Quomodo ſcrutati ſūt eſau?
Inveſtigaverūt abſcōdita eius. Uſqꝫ ad termi-
num emiſerūt te: oēs viri federis tui illuſerūt
tibi. Invaluerunt adverſum te viri pacis tue.
Qui comedūt tecum ponēt inſidias ſubter te.
Non eſt prudentia in eo. Nūquid nō in die
illa dicit dñs perdam ſapientes de ydumea: et
prudētiam de monte eſau? Et timebunt fortes
tui a meridie: ut intereat vir de monte eſau:
propter interfectionē et propter iniquitatem in
fratrē tuū iacob. Operiet te confuſio: et peribis

in eternum. In die cum ſtares aduerſus eum quando capiebãt alieni exercitũ eius et extranei ingrediebantur portas eius et ſuper iheruſalem mittebant ſortem: tu quoqꝫ eras quaſi vnus ex eis. Et nõ deſpicies ĩ die fratris tui: in die peregrinacõis eius. Et nõ letaberis ſup filios iuda ĩ die pdicõis eoꝝ: et nõ magnificabis os tuũ ĩ die anguſtie. Neqꝫ ingredieris portã ꝓpli mei ĩ die ruine eoꝝ: neqꝫ deſpicies et tu ĩ malis eius in die vaſtitatis illius. Et nõ emitteris aduerſus exercitũ eius ĩ die vaſtitatis illius: neqꝫ ſtabis ĩ exitibꝫ ut interficias eos q̃ fugerint. Et nõ cõcludes reliquos eius ĩ die tribulacõis: quõ iuxta ẽ dies dñi ſuper omnes gentes. Sicut feciſti fiet tibi: retributionẽ tuã cõuertã ĩ caput tuũ. Quomõ enĩ bibiſtis ſuper montẽ ſanctum meũ· bibent omnes gentes iugiter: et bibent et abſorbent: et erũt quaſi nõ ſint. Et ĩ mõte ſyon erit ſaluacõ: et erit ſãcta. Et poſſidebit domus iacob eos qui ſe poſſederant. Et erit domus iacob ignis: & domus ioſeph flamma: et domus eſau ſtipula. Et ſuccendentur in eis et deuorabũt eos: et non erũt reliquie domus eſau: quia dñs locutus ẽ. Et hereditabunt hij qui ad auſtrum ſũt montẽ eſau: et qui in campeſtribꝫ philiſtijm: et poſſidebunt regionem ephraim et regionẽ ſamarie. Et beniamin poſſidebit galaad: et trãſmigratio exercitus huius filioꝝ iſrl' omnia loca chananeoꝝ uſqꝫ ad ſareptam: et tranſmigratio iheruſalem que in boſforo eſt poſſidebit ciuitates auſtri. Et aſcẽdẽt ſaluatores ĩ montẽ ſyon iudicare montẽ eſau: et erit dño regnũ.

Incipit Ionas ꝓpha. I.

Et factum eſt verbum dñi ad ionã filiũ amathi dicẽs. Surge: et vade in niniuen ciuitatẽ grãdem· et predica in ea· quia aſcẽdit malicia eius coram me. Et ſurrexit ionas: ut fugeret in tharſis a facie dñi. Et deſcẽdit ioppẽ: et inuenit nauẽ euntem in tharſis. Et dedit naulum eius: & deſcendit in eam ut iret cũ eis in tharſis a facie dñi. Dñs autẽ miſit ventũ magnum ĩ mare: et facta eſt tempeſtas magna in mari: et nauis periclitabatur conteri. Et timuerunt naute: et clamauerunt viri ad deum ſuũ: et miſerũt vaſa que erant in naui ĩ mare: ut alleuiaret̃ ab eis. Et ionas deſcẽdit ad interiora nauis: et dormiebat ſopore graui. Et acceſſit ad eũ gubernator: et dixit ei. Quid tu ſopore deprimeris? Surge inuoca deũ tuũ: ſi forte recogitet deus de nobis et nõ pereamus. Et dixit vir ad collegam ſuũ. Venite et mittamus ſortes: & ſciamus quare hoc malũ ſit nobis. Et miſerũt ſortes: et cecidit ſors ſup ionã. Et dixerũt ad eũ. Indica nobis cuius cauſa malũ iſtud ſit nobis. Quod eſt opus tuũ que terra tua: et quo vadis uel ex quo ꝓplo tu es? Et dixit ad eos. Hebreus ego ſum: et dñm deũ celi ego timeo qui fecit mare et aridam. Et timuerũt viri timore magno: et dixerũt ad eũ. Quid hoc feciſti? Cognouerunt enim viri q̃ a facie dñi fugeret· quia indicauerat eis ionas. Et dixerunt ad eum. Quid faciemus tibi: & ceſſabit mare a nobis? Quia mare ibat et intumeſcebat. Et dixit ad eos. Tollite me et mittite in mare: et ceſſabit mare a vobis. Scio enĩ ego: quoniã propter me tempeſtas hec grandis venit ſup vos. Et remigabãt viri ut reuerterent̃ ad aridam & non valebant: quia mare ibat et intumeſcebat ſup eos. Et clamauerũt ad dñm: et dixerunt. Queſumus dñe ne pereamus in anima viri iſtius: et ne des ſuper nos ſanguinẽ innocentẽ: quia tu dñe ſicut voluiſti feciſti. Et tulerunt ionam et miſerunt in mare: & ſtetit mare a feruore ſuo. Et timuerunt viri timore magno dominum: & immolauerunt hoſtias domino: & vouerunt vota. II

Et preparauit dñs piſcem grãdem: ut deglutiret ionam. Et erat ionas in vẽtre piſcis tribus diebus et tribus noctibꝫ. Et orauit ionas ad dñm deum ſuum de ventre piſcis. Et dixit. Clamaui de tribulatione mea ad dñm: et exaudiuit me. De ventre inferi clamaui: et exaudiſti vocem meam. Et proieciſti me in ꝓfundum in corde maris: et flumen circumdedit me. Omẽs gurgites tui et fluctus tui ſuper me tranſierũt. Et ego dixi. Abiectus ſũ a cõſpectu oculorum tuorum. Verumtamẽ rurſus videbo templum ſanctum tuum. Circumdederũt me aque uſqꝫ ad animam: abiſſus vallauit me: pelagus operuit caput meum. Ad extrema mõtium deſcendi: terre vectes concluſerunt me in eternum: & ſublenabis de corruptione vitam meam domine deus meus. Cum anguſtiaret̃ in me anima mea domini recordatus ſum: ut veniat ad te oratio mea ad templũ ſanctũ tuũ. Qui cuſtodiunt vanitates: fruſtra miſcdiam ſuam derelinquunt. Ego autem in voce laudis

ĩmmolabo tibi quecunqꝫ voui reddam pro ſa-
lute domino. Et dixit dominus piſci: & euo-
muit ionam in aridam. III.

Et factũ ẽ verbũ dñi ad ionã ſcdo dicens. Surge: et vade ad niniuẽ ciuitatẽ magnã: et pdica in ea predicationẽ quã ego loquor ad te. Et ſurrexit ionas: et abijt ĩ niniuẽ iuxta verbũ dñi. Et niniue erat ciuitas magna itinere dieꝝ triũ. Et cepit ionas introire ciuitatẽ itinere diei vnius: et clamauit et dixit. Adhuc q̈dragita dies: et niniue ſubuertet̃. Et crediderũt viri niniuite in dño: et predicauerũt ieiuniũ: & veſtiti ſunt ſaccis a maiore uſqꝫ ad minorẽ. Et peruenit verbũ ad regẽ niniue. Et ſurrexit de ſolio ſuo: et abiecit veſtimentum ſuũ a ſe & indutus eſt ſacco et ſedit in cinere: et clamauit et dixit in niniue ex ore regis et principum eius dicens. Hoĩes et iumenta et boues et pecora non guſtẽt quicq̈ꝫ nec paſcant̃ et aquã nõ bibant: et operiant̃ ſaccis hoĩes et iumẽta clamẽt ad dñm in fortitudine: et conuertat̃ vir a via ſua mala et ab iniquitate que eſt in manibus eoꝝ. Quis ſcit ſi cõuertatur et ignoſcat deus et reuertatur a furore ire ſue: et nõ peribimus? Et vidit deus opera eoꝝ quia conuerſi ſunt de via ſua mala: & miſertus eſt deus ſuper maliciã quã locutus fuerat ut faceret eis: et non fecit. IIII.

Et afflictus eſt ionas afflictione magna: et iratus eſt et orauit ad dñm: & dixit. Obſecro dñe: nũquid non hoc eſt verbũ meum cum adhuc eſſem in terra mea? Propter hoc preoccupaui ut fugerẽ in tharſis. Scio enĩ quia tu deus clemẽs et miſericors es: patiens et multe miſerationis et ignoſcẽs ſuper malicia. Et nũc dñe tolle queſo animam meã a me: quia melior eſt michi mors q̈ꝫ vita. Et dixit dñs. Putaſne bene iraſceris tu? Et egreſſus ẽ ionas de ciuitate: et ſedit contra orientem ciuitatis. Et ſibimet fecit vmbraculum ibi: et ſedebat ſubter illud in vmbra: donec videret quid accideret ciuitati. Et preparauit dñs deus ederam: & aſcendit ſuper caput ione ut eſſet vmbra ſuper caput eius: et protegeret eum. Laborauerat enĩ. Et letatus ẽ ionas ſuper edera leticia magna. Et parauit deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinum: et percuſſit ederam et exaruit. Et cum ortus fuiſſet ſol precepit dominus vento calido et vrenti: & percuſſit ſol ſuper caput ione: & eſtuabat. Et petiuit aĩe ſue ut moreret̃. Et dixit. Melius eſt michi mori q̈ꝫ viuere. Et dixit dominus ad ionam. Putaſne bene iraſceris tu ſup ederã? Et dixit. Bene iraſcor ego uſqꝫ ad mortem. Et dixit dominus. Tu doles ſuper edera in qua nõ laboraſti, neqꝫ feciſti ut creſceret. q̃ ſub vna nocte nata eſt et ſub vna nocte perijt: et ego nõ parcã niniue ciuitati magne: in qua ſũt plus q̈ꝫ centumuiginti milia hominũ qui neſciũt quid ſit inter dexterã et ſiniſtrã ſuã et iumenta multa?

Incipit micheas pPheta. I.

Verbum domini quod factũ eſt ad micheam moraſtiten ĩ dieb᷒ ioathã achaz ezechie regum iuda: qđ vidit ſuper ſamariam & iheruſalem. Audite populi omnes et attendat terra et plenitudo eius: & ſit dominus deus vobis in teſtem: dñs de templo ſancto ſuo. Quia ecce dñs egredietur de loco ſuo: et deſcendet & calcabit ſuper excelſa terre. Et conſumentur montes ſubtus eum: et valles ſcident̃ ſicut cera a facie ignis: ſicut aque que decurrunt in preceps. In ſcelere iacob oĩne iſtud: et ĩ peccatis domus iſrahel. Quod ſcelus iacob? Nonne ſamaria? Et que excelſa iude? Nõne iheruſalem? Et ponã ſamariam quaſi aceruum lapidum in agro cũ plãtatur vinea: et detrahã in vallẽ lapides eius. Et fundamẽta eius reuelabo: et oĩa ſculptilia eius cõcidẽtur. Et omnes mercedes eius igne comburentur: & omnia ydola eius ponam in perditionẽ quia de mercedibus meretricis congregata ſunt: et uſqꝫ ad mercedem meretricis reuertentur. Super hoc plagam et vlulabo: vadã ſpoliatus et nudus. Faciam planctum velut draconum: et luctũ quaſi ſtrucionum. Quia deſperata eſt plaga eius: quia venit uſqꝫ ad iudam: tetigit portam populi mei uſqꝫ ad iheruſalem. In geth nolite annũciare: lacrimis ne ploretis. In domo pulueris puluere vos conſpergite: et tranſite vobis habitatio pulcra: confuſa ignominia. Non eſt egreſſa q̃ habitat in exitu. Planctũ domus vicine accipiet ex vobis que ſtetit ſibimet: quia infirmata eſt in bonum que habitat in amaritudinibus. Quia deſcendit malum a dño in portam iheruſalẽ: tumultus quadrige ſtuporis habitanti lachis. Principium peccati eſt filie ſyon: q̈a in te inuẽta ſũt ſcelera iſrl'. Propterea dabit emiſſarios ſuper hereditatem geth: domus

mendacij in deceptionem regibus iſrl'. Adhuc
heredem adducam tibi que habitas in mareſa:
uſq; odollam veniet gloria iſrahel. Decalvare
et tondere ſuper filios deliciarum tuarū: dilata
calviciū tuū ſicut aquila: qm̄ captivi ducti ſūt

V e qui cogitatis inutile: II Textus
et operamini malū in cubilib; veſtris.
In luce matutina faciūt illud: quoniā contra
dn̄m eſt manus eorū. Et concupierunt agros et
violenter tulerunt et rapuerūt domos: et calū-
niabant̄ virū et domū eius: virū et hereditatem
eius. Idcirco hec dicit dn̄s. Ecce ego cogito ſup
familiam iſtam malū unde nō auferetis colla
veſtra: et nō ambulabitis ſuperbi: qm̄ tempus
peſſimū ē. In die illa ſumet̄ ſup vos parabola:
et cantabitur canticū cum ſuavitate dicentiū.
Depopulatione vaſtati ſumus. Pars populi
mei cōmutata eſt. Quomodo recedet a me: cū
revertat̄ qui regiones nr̄as dividat. Propter
hoc nō erit tibi mittēs funiculum ſortis in cetu
dn̄i iſrahel. Ne loquamini loquentes. Non
ſtillabit ſuper iſtos: nō comprehendet confuſio
dicit domus iacob. Nunquid abreviatus eſt
ſpiritus dn̄i: aut tales ſunt cogitationes eius?
Nonne verba mea bona ſunt cum eo qui recte
gradit̄? Et econtrario ppl'us meus ī adverſariū
cōſurrexit. De ſuper tunicam palliū ſuſtuliſtis
et eos qui tranſiebant ſimpliciter convertiſtis in
bellum. Mulieres populi mei eieciſtis de domo
deliciarum ſuarū: a parvulis earū tuliſtis laudem
meā in ppetuū. Surgite et ite: quia nō habetis
hic requiē. Propter immūdiciā eius corrūpet̄
putredine peſſima. Utinam nō eſſē vir habēs
ſpiritum: et mēdaciū potius loquerer. Stillabo
tibi in vinum et in ebrietatem: et erit ſuper quē
ſtillatur ppl'us iſte. Congregatione cōgregabo
iacob totum te: in unum conducam reliquias
iſrahel. Pariter ponam illū quaſi gregem in
ovili: q̄ſi pecus in medio caularū. Tumultua-
buntur a multitudine hominū. Aſcendet enī
pandens iter ante eos. Dividet & tranſibunt
portam: et egredient̄ per eam. Et tranſibit rex
eorū coram eis: et dn̄s in capite eorū. III

E t dixi. Audite principes iacob: et duces
domus iſrahel. Nunquid non veſtrum
eſt ſcire iudiciū: q̄ odio habetis bonū et diligitis
malum: qui violēter tollitis pelles eorū de ſuper
eis et carnem eorū de ſuper oſſibus eorum? Qui
comederunt carnem populi mei: et pellem eorū
deſuper excoriaverunt: et oſſa eorū confregerūt:
et conciderunt ſicut in lebete et quaſi carnem in
medio olle. Tunc clamabunt ad dn̄m et non
exaudiet eos: & abſcondet faciem ſuā ab eis in
tempore illo: ſicut nequiter egerūt in adinven-
cōnibus ſuis. Hec dicit dn̄s ſuper prophetas qui
ſeducunt populū meum: qui mordent dentib;
ſuis et predicant pacem. Et ſi quis non dederit
in ore eorū quippiā: ſanctificant ſuper eū preliū.
Propterea nox vob' p viſione erit: et tenebre
vobis pro divinatione. Et occumbet ſol ſuper
prophetas: et obtenebrabitur ſuper eos dies. Et
confundentur qui vident viſiones: et confūdent̄
divini. Et operient vultus ſuos oēs: quia nō
eſt reſponſum dei. Verūtamen ego repletus ſū
fortitudine ſpiritus dn̄i: iudicio & virtute: ut
annunciē iacob ſcelus ſuū: et iſrl' peccatū ſuū.
Audite hoc principes domus iacob & iudices
domus iſrahel: qui abominamini iudicium: et
omnia recta pervertitis. Qui edificatis ſyon
in ſanguinibus: & ihruſalem in iniquitate.
Principes eius in muneribus iudicabant: et
ſacerdotes eius in mercede docebāt. Et prophete
eius in pecunia divinabāt: et ſuper dn̄m requi-
eſcebant dicentes. Nūquid non dn̄s in medio
veſtrū? Non veniēt ſup nos mala. Propter
hoc cauſa veſtri ſyon quaſi ager arabitur: &
ihruſalem quaſi acervus lapidū erit: et mons
templi in excelſa ſilvarum. IIII

E t in noviſſimo dierū erit mons domus
dn̄i preparatus in vertice montium: et
ſublimis ſuper colles. Et fluēt ad eum populi:
et properabunt gentes multe et dicent. Venite
aſcēdamus ad montē dn̄i: et ad domū dei iacob.
Et docebit nos de viis ſuis: et ibimus in ſemitis
eius. Quia de ſyon egredietur lex: et verbum
dn̄i de ihruſalem. Et iudicabit inter populos
multos: et corripiet gētes fortes uſq; in lōginquū.
Et concident gladios ſuos in vomeres: et haſtas
ſuas in ligones. Non ſumet gens adverſum
gentem gladiū: & nō diſcent ultra belligerare.
Et ſedebit vir ſubtus vineam ſuā et ſubtus ficū
ſuam: et non erit qui deterreat: quia os domini
exercituum locutum eſt. Quia omnes populi
ambulabunt unuſquiſq; ī nomine dei ſui: nos
aūt ambulabimus in nomine dn̄i dei noſtri in
eternū et ultra. In die illa dicit dn̄s cōgregabo
claudicantē: et eam quā eieceram colligam: et
quā afflixerā conſolabor. Et ponā claudicantē

in reliquias: et eam que laborauerat in gentem robuſtam. Et regnabit dñs ſuper eos in monte ſyon: ex hoc nūc et uſqꝫ in eternū. Et tu turris gregis nebuloſa filia ſyon uſqꝫ ad te veniet: ⁊ veniet poteſtas prima regnū filie iheruſalem. Nunc quare merore contraheris? Nunquid rex nō eſt tibi· aut cōſiliarius tuus periit: quia cōprehendit te dolor ſicut parturientē? Dole et ſatage filia ſyon ꝗſi parturiēs: quia nūc egredieris de ciuitate· et habitabis ī regione: et venies uſqꝫ ad babilonē. Ibi liberaberis: ibi redimet te dñs de manu inimicoꝝ tuoꝝ. Et nūc cōgregate ſūt ſuper te gentes multe: que dicunt lapidetur: et aſpiciat in ſyon oculus noſter. Ipſi autem nō cognouerūt cogitationes dñi: et nō intellexerūt conſiliū eius: quia cōgregauit eos quaſi fenum aree. Surge et tritura filia ſyō: quia cornu tuū ponam ferreum: et vngulas tuas ponā ereas. Et comminues populos multos: ⁊ interficies domino rapinas eorum: et fortitudinem eorum domino vniuerſe terre. V

Nūc vaſtaberis filia latronis. Obſidionē poſuerunt ſuper nos: in virga percutiēt maxillam iudicis iſrl'. Et tu bethleem effrata: paruulus es ī milibꝫ iuda. Ex te michi egredietᷣ qui ſit dominator in iſrahel: et egreſſus eius ab inicio a diebus eternitatis. Propter hoc dabit eos uſqꝫ ad tempus: in quo parturiens pariet. Reliquie fratrū eius conuertentᷣ ad filios iſrl'. Et ſtabit ⁊ paſcet in fortitudine domini: in ſublimitate nominis dñi dei ſui. Et cōuertentᷣ: quia nunc magnificabitᷣ uſqꝫ ad terminos terre. Et erit· iſte pax aſſirius cum venerit in terram noſtrā: et quando calcauerit in domibus nr̄is. Et ſuſcitabimus ſuper eum ſeptem paſtores: et octo primates homines. Et paſcent terrā aſſur in gladio: ⁊ terram nemrod in lanceis eius. Et liberabit ab aſſur cū venerit in terrā noſtrā: et cū calcauerit ī finibꝫ noſtris. Et erūt reliquie iacob in medio populorum multorū quaſi ros a dño: et quaſi ſtille ſuper herbam ꝗ nō exſpectat virum: et nō preſtolatur filios hominum. Et erunt reliquie iacob in gentibꝫ in medio pploꝝ multorum quaſi leo in iumentis ſiluarum: et quaſi catulus leonis in gregibus pecoꝝ. Qui cum tranſierit et conculcauerit et ceperit: nō eſt qui eruat. Et exaltabitᷣ manus tua ſuper hoſtes tuos: et omnes inimici tui interibunt. Et erit ī die illa dicit dñs: auferā equos tuos de medio tui: ⁊ diſperdam quadrigas tuas. Et perdam ciuitates terre tue: et deſtruā oīes munitiōnes tuas. Et auferam maleficia de manu tua: ⁊ diuinationes nō erunt in te. Et perire faciam ſculptilia tua: et ſtatuas tuas de medio tui. Et nō adorabis vltra opera manuū tuaꝝ: et euellā lucos tuos de medio tui. Et conteram ciuitates tuas: et faciā in furore et indignatione vltionē in gētibꝫ oīibꝫ que nō audierūt. VI

Audite que dñs loquitur. Surge contēde iudicio aduerſum montes: et audiant colles vocē tuā. Audiant montes dñi et fortia fundamenta terre: quia iudiciū dñi cū populo ſuo: et cū iſrl' diiudicabitur. Populus meus quid feci tibi: aut quid moleſtus fui tibi? Reſponde michi. Quia eduxi te de terra egipti ⁊ de domo ſeruientiū liberaui te: et miſi ante faciē tuā moyſen et aaron et mariam: pplus meus memēto queſo quid cogitauerit contra te balach rex moab: et quid reſponderit ei balaam filius beor de ſethim uſqꝫ ad galgalam ut cognoſceres iuſticias dñi. Quid dignum offeram dño? Curuabo genu deo excelſo? Nūquid offerā ei olocauſtomata et vitulos anniculos? Nūquid placari poteſt dñs in milibus arietum: aut in multis milibꝫ hircoꝝ pinguiū? Nūquid dabo primogenitum meū pro ſcelere meo: fructum ventris mei pro peccato anime mee? Indicabo tibi o homo quid ſit bonū: et quid dñs requirat a te. Utiqꝫ facere iudiciū et diligere miſcdiam: et ſollicitum ambulare cū deo tuo. Vox dñi ad ciuitatē clamat: et ſalus erit timentibꝫ nomen eius. Audite tribꝫ. Et quis approbabit illud? Adhuc ignis in domo impii: theſauri iniquitatis: ⁊ menſura minor· ire plena. Nūquid iuſtificabo ſtateram impiā: ⁊ ſacelli pondera doloſa? In quibꝫ diuites eius repleti ſunt iniquitate: et habitātes in ea loquebantᷣ mēdaciū: et lingua eoꝝ fraudulenta in ore eorum. Et ego ergo cepi percutere te perditione: ſuper peccatis tuis. Tu comedes et nō ſaturaberis: et humiliatio tua in medio tui. Et apprehendes ⁊ non ſaluabis: et quos ſaluaueris in gladium dabo. Tu ſeminabis et nō metes: tu calcabis oliuā et nō vngeris oleo: et muſtum et nō bibes vinū. Et cuſtodiſti pcepta amri· et omne opus domus achab: et ambulaſti in voluptatibꝫ eoꝝ ut darē te in perditionē: et habitātes in ea in ſibilū: et obprobriū populi mei portabitis. VII

Ve michi: quia factus ſū ſicut qui colligit
in autumno racemos vindemie. Non
eſt botrus ad comedendū: precoquas ficus deſi:
derauit anima mea. Perijt ſanctus de terra:
et rectus ī hominibus nō eſt. Oēs in ſāguine
inſidiant̄: vir fratrē ſuū ad mortem venatur.
Malum manuum ſuarum dicunt bonum.
Princeps poſtulat: & iudex in reddendo eſt.
Et magnus locutus eſt deſideriū anime ſue: et
conturbauerunt eam. Qui optimus in eis eſt
quaſi paliurus: et q̄ rectus quaſi ſpina de ſepe.
Dies ſpeculacōis tue: viſitatio tua venit. Nūc
erit vaſtitas eorum. Nolite credere amico: &
nolite cōfidere ī duce. Ab ea q̄ dormit in ſinu
tuo cuſtodi clauſtra oris tui: q̄a filius cōtumeliā
facit patri: et filia conſurget aduerſus matrem
ſuā: nurus aduerſus ſocrum ſuam: et inimici
hominis domeſtici eius. Ego autē ad dominū
aſpiciam: exſpectabo deū ſaluatorem meum.
Audiet me deus meus. Ne leteris inimica
mea ſup me: quia cecidi. Conſurgam. Cum
ſedero in tenebris: dn̄s lux mea eſt. Iram dn̄i
portabo quoniā peccaui ei: donec cauſam meā
iudicet: et faciat iudiciū meū. Et educet me in
lucem: videbo iuſticiā eius. Et aſpiciet inimica
mea: et operiet̄ confuſione: q̄ dicit ad me. Vbi
eſt dn̄s deus tuus? Oculi mei videbunt in eam.
Nunc erit in conculcationē: ut lutū plateaꝝ.
Dies: ut edificentur macerie tue. In die illa
longe fiet lex. In die illa et uſq₃ ad te veniet aſ:
ſur: et uſq₃ ad ciuitates munitas: et a ciuitatibꝫ
munitis uſq₃ ad flumen: et ad mare de mari. et
ad montē de mōte. Et terra erit ī deſolationem
ꝓpter habitatores ſuos: et ꝓpter fructū cogitatio:
nū eoꝝ. Paſce ꝑplm tuum ī virga tua: gregē
hereditatis tue: habitātes ſolos ī ſaltu. In me:
dio carmeli paſcent̄ baſan et galaad iuxta dies
antiq̄s: ſcdm dies egreſſionis tue de terra egip:
ti. Oſtendā ei mirabilia. Videbūt gētes: et cō:
fundent̄ ſup oīni fortitudine ſua. Ponēt manū
ſup os: aures eoꝝ ſurde erūt. Ligēt puluerē ſicut
ſerpētes: velut reptilia terre ꝑturbabunt̄ de edibꝫ
ſuis. Dn̄m deū nr̄m deſiderabūt: et timebūt te.
Quis deus ſi'is tui q̄ aufers iniq̄tatē: et trāſfers
pc̄cm reliquiaꝝ hereditatis tue? Nō immittet
vltra furorē ſuū: quī volēs miſcdiaꝫ ē. Reuer:
tet̄ et miſerebit̄ nr̄i. Deponet iniquitates nr̄as:
et ꝓiciet in ꝓfundū maris oīa peccata nr̄a.
Dabis veritatē iacob. miſericordiā abraham:
que iuraſti patribus noſtris a diebus antiquis.

Incipit naum propheta. I

Onus niniue. Liber viſio:
nis naum helcheſei. Deus
emulator & vlciſcens dn̄s:
vlciſcēs dn̄s et habēs furorē:
vlciſcens dn̄s in hoſtes ſuos:
et iraſcēs ipſe inimicis ſuis.
Dn̄s patiens & magnus
fortitudine: et mūdans nō faciet innocentem.
Dominus in tempeſtate et turbine vie eius: &
nebule puluis pedum eius. Increpans mare
exſiccans illud: et omnia flumina ad deſertum
deducens. Infirmatus eſt baſan et carmelus:
et flos libani elanguit. Montes cōmoti ſūt ab
eo: et colles deſolati ſunt. Et contremuit terra a
facie eius: et orbis. & omnes habitantes in eo.
Ante faciem indignationis eius quis ſtabit:
et quis reſiſtet in ira furoris eius? Indignatio
eius effuſa eſt ut ignis: & petre diſſolute ſunt
ab eo. Bonus dn̄s et cōfortās ī die tribulacōis:
et ſciens ſperantes ī ſe. Et in diluuio pretereūte
conſummationem faciet loci eius: et inimicos
eius perſequētur tenebre. Quid cogitatis cōtra
dn̄m? Conſummationem ipſe faciet. Non
conſurget duplex tribulatio quia ſicut ſpine ſe
inuicem complectunt̄: ſic conuiuiū eoꝝ pariter
potantium. Conſumment̄ q̄ſi ſtipula ariditate
plena. Ex te enim exibit cogitans contra dn̄m
maliciā: mente pertractans preuaricationem
hec dicit dn̄s. Si perfecti fuerint et ita plures:
ſic quoq₃ attondent̄ et pertranſibit. Afflixi te:
& non affligam te vltra. Et nunc conteram
virgā eius de dorſo tuo: et vincl'a tua dirumpā.
Et precipiet ſuper te dn̄s. Non ſeminabit̄ ex
noīe tuo amplius. De domo dei tui interficiā.
Sculptile et conflatile ponam ſepulcrum tuū:
quia inhonoratus es. Ecce ſuper montes pedes
euangelizantis: et annunciātis pacem. Celebra
iuda feſtiuitates tuas et redde vota tua: quia nō
adiciet vltra ut pertrāſeat in te belial: vniuerſus
interijt.

II

Aſcendit qui diſpergat
coram te: qui cuſtodiat obſidionē. Cō:
templare viā: conforta lumbos: robora virtutē
valde. Quia reddidit dn̄s ſuperbiā iacob: ſicut
ſuperbiam iſrl'. Quia vaſtatores diſſipauerūt
eos: et propagines eorum corruperunt. Clipeus
fortiū eius ignitus: viri exercitus in coccineis.
Ignee habenē currus in die preparacōnis eius:

et agitatores cõſopiti ſũt. In itineribꝫ cõturbati
ſunt: quadrige colliſe ſunt in plateis. Aſpectus
eoꝝ quaſi lampades: q̃ſi fulgura diſcurrentia.
Recordabitur fortium ſuoꝝ: ruent in itineribꝫ
ſuis. Velociter aſcẽdẽt muros eius: et ꝑparabit̃
vmbraculum. Porte fluuioꝝ aperte ſunt: ⁊
templũ ad ſolum dirutum. Et miles captiuus
adductus eſt: et ancille eius minabant̃ gemẽtes
ut columbe: murmurãtes in cordibus ſuis. Et
niniue· quaſi piſcina aquarum aque eius: ipſi
vero fugerũt. State ſtate: et non eſt q̃ reuertat̃.
Diripite argentũ diripite aurũ: et nõ eſt finis
diuitiarum ex omnibus vaſis deſiderabilibus.
Diſſipata et ſciſſa et dilacerata: et cor tabeſcens
et diſſolutio geniculoꝝ et defectio ĩ cũctis renibꝫ:
et facies oĩm ſicut nigredo olle. Vbi eſt habita-
culũ leonum: et paſcua catuloꝝ leonum? Ad
quã iuit leo ut ingrederet̃ illuc: catulus leonis·
⁊ non eſt qui exterreat. Leo cepit ſufficienter
catulis ſuis: et necauit leenis ſuis. Et impleuit
preda ſpelũcas ſuas: et cubile ſuũ rapina. Ecce
ego ad te dicit dñs exercituũ: et ſuccendã uſqꝫ ad
fumũ quadrigas tuas: et leũcl'os tuos comedet
gladius. Et exterminabo de terra predã tuã: et
nõ audiet̃ vltra vox nũcioꝝ tuoꝝ. III

Ve ciuitas ſanguinũ: vniuerſa mẽdacij:
dilaceratione plena. Non recedat a te
rapina. Vox flagelli· et vox impetus rote· ⁊
equi frementis· et quadrige feruentis· et equitis
aſcendentis· et micantis gladij· ⁊ fulgurantis
haſte· et multitudinis interfecte· ⁊ grauis ru-
ine: nec eſt finis cadauerum. Et corruẽt in cor-
poribus ſuis propter multitudinẽ fornicationũ
meretricis ſpecioſe et grate et habẽtis maleficia:
que vendidit gentes in fornicationibus ſuis: et
familias in maleficijs ſuis. Ecce ego ad te dicit
dñs exercituũ: et reuelabo pudenda tua in facie
tua: et oſtendã in gẽtibꝫ nuditatẽ tuã et regnis
ignominiã tuã. Et ꝓiciã ſuper te abominacões
tuas: et contumelijs te afficiam: et ponam te in
exemplum. Et erit omnis qui viderit te reſiliet
a te: et dicet. Vaſtata eſt niniue. Quis cõmo-
uebit ſup te caput? Vnde queram conſolatorẽ
tibi? Nũquid melior es ab allexandria ꝑploꝝ:
qui habitat in fluminibus? Aque in circuitu
eius: cuius diuitie mare: aque muri eius. Eth-
iopia fortitudo eius et egiptus: et non eſt finis.
Affrica et libies fuerunt in auxilio tuo: ſed et
ipſa in trãſmigratione ducta eſt in captiuitatẽ.

Paruuli eius eliſi ſũt in capite omniũ viarũ:
et ſuper inclitos eius miſerunt ſortem: et oĩes
optimates eius confixi ſunt in compedibus. Et
tu ergo inebriaris ⁊ eris deſpecta: et queres tu
auxilium ab inimico. Omnes municiones tue
ſicut ficus cũ groſſis ſuis: ſi cõcuſſe fuerint cadẽt
in os comedentis. Ecce populus tuus: mulieres
ĩ medio tui. Inimicis tuis ad apertionẽ pãdent̃
porte terre tue: deuorabit ignis vectes tuos. A-
quã ꝓpter obſidionẽ hauri tibi: extrue municões
tuas. Intra in lutum ⁊ calca: ſubigens tene
laterem. Ibi comedet te ignis: peribis gladio:
deuorabit te ut bruchus. Cõgregare ergo ut bru-
cus: multiplicare ut locuſta. Plures feciſti ne-
gociationes tuas: q̃ꝫ ſtelle ſint celi. Brucus ex-
panſus ẽ: et auolauit. Cuſtodes tui q̃ſi locuſta:
et paruuli tui quaſi locuſte locuſtaꝝ: q̃ conſidẽt
in ſepibus ĩ die frigoris. Sol ortus eſt et auola-
uerũt: et nõ eſt cognitus locus eaꝝ vbi fuerint.
Dormitauerũt paſtores tui rex aſſur: ſepelient̃
principes tui. Latitauit ꝑplus tuus ĩ montibꝫ:
et nõ eſt qui cõgreget. Non eſt obſcura cõtritio
tua: peſſima ẽ plaga tua. Oĩes qui audierũt
auditionẽ tuã: compreſſerũt manũ tuã ſup te.
Quia ſuper quẽ nõ trãſijt malicia tua ſemp?

Incipit Abbacuc propheta. I

Onus quod vidit abbacuc
propheta. Vſquequo dñe
clamabo: et non exaudies?
vociferabor ad te vim patiẽs:
⁊ non ſaluabis? Quare
oſtendiſti michi iniquitatẽ
et laborẽ: videre predam ⁊
iniuſticiã contra me? Et factum eſt iudiciũ: et
contradictio potentior. Propter hoc lacerata eſt
lex: et nõ peruenit uſqꝫ ad finẽ iudiciũ. Quia
impius ꝑualet aduerſus iuſtũ: ꝓpterea egredit̃
iudicium peruerſum. Aſpicite in gentibus ⁊
videte et ammiramini et obſtupeſcite: q̃a opus
factum eſt in diebꝫ veſtris: quod nemo credet cũ
narrabitur. Quia ecce ego ſuſcitabo chaldeos
gentem amaram ⁊ velocem ambulantẽ ſuper
latitudinem terre: ut poſſideat tabernacula nõ
ſua. Horribilis et terribilis eſt: ex ſemetipſa iudi-
cium et onus eius egredietur. Leuiores pardis
equi eius: et velociores lupis veſpꝫtinis: et diffũ-
dentur equites eius. Equites nãqꝫ eius de longe
venient: volabunt quaſi aquila feſtinans ad
comedendũ. Omnes ad predam venient: facies

doꝝ ventus vrens. Et congregabit quaſi arenā
captiuitatem: et ipſe de regibus triumphabit: et
tyranni ridiculi eius erunt. Ipſe ſuper omnem
munitionem ridebit: et comportabit aggerem.
et capiet eam. Tunc mutabitur ſpiritus: ⁊
pertranſibit et corruet. Hec eſt fortitudo eius dei
ſui. Nūquid nō tu a principio dn̄e deus meus
ſancte meus: et nō moriemur? Dn̄e in iudiciū
poſuiſti eum: et fortem ut corriperes fūdaſti eū.
Mūdi ſūt oculi tui ne videas malū: et reſpicere
ad iniquitatē non poteris. Quare nō reſpicis
ſuper inique agentes: et taces deuorante impio
iuſtiorē ſe? Et facies hoīes quaſi piſces maris:
et quaſi reptile nō habens principem. Totum
in hamo ſubleuauit: traxit illud ī ſagena ſua:
et congregauit in rete ſuū. Super hoc letabitur
et exultabit: propterea immolabit ſagene ſue:
et ſacrificabit reti ſuo. Quia ī ipſis incraſſata
eſt pars eius: et cibus eius electus. Propter hoc
ergo expandit ſagenam ſuam: et ſemper inter-
ficere gentes non parcet. II.

Super cuſtodiam meam ſtabo: ⁊ figam
gradū ſup munitionē. Et cōtemplabor
ut videā quid dicatur michi: et quid reſpondeā
ad arguentem me. Et reſpondit michi dn̄s. et
dixit. Scribe viſum et explana eū ſup tabulas:
ut percurrat qui legerit eū. Quia adhuc viſus
procul: et apparebit in finem et nō mentietur.
Si morā fecerit expecta illū: quia veniēs veniet
et nō tardabit. Ecce qui incredulus eſt: nō erit
recta anima eius in ſemetipſo. Iuſtus autē in
fide ſua viuet. Et quomodo vinum potantem
decipit: ſic erit vir ſuperbus et non decorabitur.
Qui dilatauit quaſi infernus animā ſuā: ⁊
ipſe quaſi mors: et nō adimpletur. Et cōgregauit
ad ſe omnes gentes ⁊ coaceruauit ad ſe omnes
populos. Nunquid nō omnes iſti ſuper eum
parabolam ſumēt: et loquelā enigmatū eius?
Et dicetur. Ve ei: qui multiplicat non ſua.
Uſquequo et aggrauat contra ſe denſum lutū?
Nūquid nō repente conſurgent qui mordeant
te? Et ſuſcitabuntur lacerātes te: et eris in rapinā
eis. Quia tu ſpoliaſti gētes multas. ſpoliabūt
te omnes qui reliqui fuerint de populis: propter
ſanguinē hominis et iniquitatē terre ciuitatis.
et omniū habitantiū in ea. Ve qui congregat
auariciam malam domui ſue: ut ſit in excelſo
nidus eius: et liberari ſe putat de manu mali.
Cogitaſti confuſionem domui tue: conſcidiſti
populos multos: et peccauit aīa tua. Quia
lapis de pariete clamabit et lignum quod inter
iuncturas edificiorum eſt reſpondebit. Ve qui
edificat ciuitatē in ſanguinibus: et preparat vrbē
in iniquitate. Nūquid nō hec ſunt a domino
exercituū? Laborabūt enī populi ī multo igni:
et gentes in vacuū ⁊ deficient. Quia replebitur
terra ut cognoſcāt gloriā dn̄i: q̄ſi aque operiētes
mare. Ve qui potum dat amico ſuo. mittēs fel
ſuū. ⁊ inebrians ut aſpiciat nuditatem eius.
Repletus eſt ignominia pro gloria. Bibe tu
quoq;: et conſopire. Circūdabit te calix dextere
dn̄i: et vomitus ignominie ſuper gloriam tuā.
Quia iniquitas libani operiet te: ⁊ vaſtitas
animaliū deterrebit eos: de ſanguinibus hoīs et
iniquitate terre et ciuitatis: ⁊ oīm habitantiū
ī ea. Quid prodeſt ſculptile quia ſculpſit illud
fictor ſuus conflatile ⁊ ymaginē falſam: quia
ſperauit ī figmēto fictor eius ut faceret ſimulacra
muta? Ve q̄ dicit ligno expgiſcere: ſurge lapidi
tacenti. Nunquid ipſe docere poterit? Ecce iſte
coopertus eſt auro et argento: et omnis ſpiritus
nō eſt ī viſceribus eius. Dn̄s autē in tēplo ſācto
ſuo: ſileat a facie eius oīs terra. III.

Domine audiui auditionē tuā: et timui.
Dn̄e opus tuū: ī medio annoꝝ viuifica
illud. In medio annoꝝ notū facies: cū iratus
fueris miſericordie recordaberis. Deus ab auſtro
veniet: et ſanctus de monte pharan. Semper.
Operuit celos gloria eius: et laudis eius plena
eſt terra. Splendor eius ut lux erit: cornua in
manibus eius. Ibi abſcōdita eſt fortitudo eius:
ante faciē eius ibit mors. Egredietur dyabolus
ante pedes eius: ſtetit et mēſus ē terrā. Aſpexit
et diſſoluit gētes: et contriti ſūt montes ſeculi.
Incuruati ſūt colles mundi: ab itineribus eter-
nitatis eius. Pro iniquitate vidi tētoria ethi-
opie: turbabūtur pelles terre madian. Nūquid
in fluminibus iratus es dn̄e: aut in fluminibus
furor tuus: uel in mari indignatio tua? Qui
aſcendes ſup equos tuos: et quadrige tue ſalua-
tio. Suſcitās ſuſcitabis arcum tuū: iuramēta
tribubus q̄ locutus es. Semper. Fluuios ſcindēs
terre: viderunt te et doluerunt montes: gurges
aquaꝝ trāſijt. Dedit abiſſus vocē ſuā: altitudo
manus ſuas leuauit. Sol ⁊ luna ſteterunt in
habitaculo ſuo: in luce ſagittarū tuaꝝ ibunt:
in ſplendore fulgurantis haſte tue. In fremitu
conculcabis terram: et in furore obſtupefacies

gentes. Egreſſus eſt in ſalutem populi tui: in
ſalutem cũ xp̃o tuo. Percuſſiſti caput de domo
impij: denudaſti fundamentũ uſqȝ ad collum.
Semp. Maledixiſti ſceptris eius capiti bellato-
rũ eius: venientibus ut turbo ad diſpgendũ me.
Exultatio eoꝝ: ſicut eius qui devorat pauperem
in abſcõdito. Viam feciſti in mari equis tuis:
in luto aquaꝝ multaꝝ. Audivi et cõturbatus
eſt vẽter meus: a voce cõtremuerũt labia mea.
Ingrediatur putredo ĩ oſſibus meis: et ſubter
me ſcateat. Ut requieſcam in die tribulacõis:
ut aſcẽdam ad populũ accinctũ noſtrũ. Ficus
enim non florebit: et nõ erit germen in vineis.
Mentietur opus olive: et arua non afferent
cibum. Abſcidetur de ovili pecus: et non erit
armentum in preſepibus. Ego aũt in domino
gaudebo: et exultabo in deo ihũ meo. Deus dñs
fortitudo mea: et ponet pedes meos q̃ſi cervoꝝ.
Et ſup excelſa mea deducet me victor: ĩ pſalmis
canentẽ. Incipit Sophonias ꝓpheta. I.

Verbum dñi quod factum ẽ
ad ſophoniam filiũ chuſi
filij godolie filij amaſie filij
ezechie: in diebus ioſie filij
ammon regis iuda. Con-
gregans congregabo omnia
a facie terre dicit dñs: cõgre-
gans hominem et pecus: congregans volatilia
celi et piſces maris. Et ruine impiorũ erunt: et
diſperdã hoĩes a facie terre dicit dñs. Et extendã
manũ meã ſuper iudã et ſuper omnes habitãtes
iheruſalem: et diſperdam de loco hoc reliquias
baal et nomina edituoꝝ cũ ſacerdotibꝫ: et eos qui
adorant ſuper tecta miliciam celi: et adorant et
iurãt in dño et iurant in melchon. et qui aver-
tuntur de poſt tergum dñi: et qui nõ queſierũt
dñm: nec inveſtigaverunt eum. Silete a facie
dñi dei: quia iuxta ẽ dies dñi. Quia ꝑparavit
deus hoſtiã: ſanctificavit vocatos ſuos. Et erit:
in die hoſtie dñi viſitabo ſuper principes et ſuper
filios regũ et ſuper omnes qui induti ſunt veſte
peregrina. Et viſitabo ſup omnẽ qui arrogãter
ingreditur ſuper limen in die illa: qui complent
domum dñi dei ſui: iniquitate et dolo. Et erit
in die illa dicit dñs vox clamoris a porta piſciũ
et ululatus a ſcda: et cõtritio magna a collibꝫ.
Ululate habitatores pile. Conticuit omnis pp̃ls
chanaan: diſperierunt omnes involuti argẽto.
Et erit: in tempore illo ſcrutabor iheruſalem in
lucernis et viſitabo ſuper viros defixos in fecibꝫ
ſuis: qui dicunt ĩ cordibꝫ ſuis. Non faciet bene
dñs: et non faciet male. Et erit fortitudo eoꝝ in
direptionem: et domus eorum in deſertum. Et
edificabũt domos et nõ habitabũt: et plantabũt
vineas et nõ bibent vinum eaꝝ. Iuxta eſt dies
dñi magnus: iuxta ẽ et velox nimis. Vox diei
dñi amara: tribulabit̃ ibi fortis. Dies ire dies
illa. dies tribulacõnis et anguſtie: dies calami-
tatis et miſerie. dies tenebrarũ et caliginis. dies
nebule et turbinis: dies tube et clangoris ſuper
civitates munitas et ſup angulos excelſos. Et
tribulabo homines: et ambulabũt ut ceci: quia
dño peccaverũt. Et effundetur ſanguis eorum
ſicut humus: et corpora eoꝝ ſicut ſtercora. Sed
et argẽtum eoꝝ et aurum eoꝝ nõ poterit liberare
eos: in die ire dñi. In igne zeli eius devorabit̃
omnis terra: quia conſũmationẽ cũ feſtinatione
faciet cunctis habitantibꝫ terram. II

Convenite cõgregamini gens nõ amabi-
lis: priuſq̃ȝ pariet iuſſio quaſi pulverẽ
tranſeuntem diem: anteq̃ȝ veniat ſuper vos ira
furoris dñi. Querite dñm omnes mãſueti terre:
qui iudicium eius eſtis operati. Querite iuſtũ
querite manſuetũ: ſi quo modo abſcondamini
in die furoris dñi. Quia gaza deſtructa erit: et
aſcalon ĩ deſertũ. Azotum in meridie eicient:
et accaron eradicabit̃. Ve q̃ habitatis funiculũ
maris: gens perditoꝝ. Verbum dñi ſuper vos
chanaan terra philiſtinoꝝ: et diſperdam te ita
ut non ſit inhabitator et erit funiculus maris
requies paſtoꝝ: et caule pecoꝝ. Et erit funiclus
eius qui remãſerit de domo iuda. Ibi paſcent̃
in domibus aſcalonis: ad veſperũ requieſcent.
Quia viſitavit eos dñs deus eorum: et avertet
captivitatem eoꝝ. Audivi opprobrium moab
et blaſphemias filioꝝ amon que exprobraverũt
populo meo: et magnificati ſup terminos eoꝝ.
Propterea vivo ego dicit dñs deus exercituũ:
deus iſrahel. Quia moab ut ſodoma erit et filij
amon quaſi gomorra: ſiccitas ſpinarũ et acervi
ſalis: et deſertum uſqȝ in eternum. Reliquie
populi mei diripient illos: reſidui gentis mee
poſſidebũt illos. Hoc enĩ eis eveniet pro ſupbia
ſua: quia blaſphemaverũt et magnificati ſunt
ſuper populũ dñi exercituũ. Horribilis dñs ſup
eos: et attenuabit omnes deos terre. Et adorabũt
eum viri de loco ſuo: omnes inſule gentiũ. Sed
et vos ethiopes: interfecti gladio meo eritis. Et

extēdet manum ſuā ſuper aquilonem: et perdet
aſſur. Et ponent ſpecioſam in ſolitudinē et in
inuiū: et quaſi deſertū. Et accubabūt in medio
eius greges. omnes beſtie gentiū: et onocrotalus
et hericius in liminibus eius morabūtur. Vox
cantantis in feneſtra: coruus in ſuperliminari:
quoniam attenuabo robur eius. Hec eſt ciuitas
glorioſa habitans in confidentia: que dicebat in
corde ſuo. Ego ſum: & extra me non eſt alia
amplius. Quomodo facta eſt ī deſertū: cubile
beſtie? Omīs q̄ trāſit ꝑ eā ſibilabit: et mouebit

Ve prouocatrix et ·III· manū ſuā.
redempta ciuitas. colūba. Nō audiuit
vocē: et nō ſuſcepit diſciplinam. In dnō nō eſt
confiſa: ad deum ſuum non appropinquauit.
Principes eius in medio eius: quaſi leones
rugientes. Iudices eius lupi veſpere: nō relin-
quebant in mane. Prophete eius veſani: viri
infideles. Sacerdotes eius polluerūt ſanctum:
iniuſte egerūt contra legē. Dñs iuſtus ī medio
eius: nō faciet iniquitatē. Mane mane iudi-
ciū ſuū dabit ī luce: et nō abſcondet. Neſciuit
autē iniquus confuſionē. Diſperdidi gentes:
et diſſipati ſunt anguli earū. Deſertas feci vias
eoꝝ: dum non eſt qui tranſeat. Deſolate ſunt
ciuitates eorum: non remanente viro neq; vllo
habitatore. Dixi. Attamē timebis me. ſuſci-
pies diſciplinā. Et nō peribit habitaculū eius:
ꝓpter omīa in quibꝫ viſitaui eam. Verūtamen
diluculo ſurgentes corruperūt omnes cogitacōes
ſuas. Quapropter expecta me dicit dñs in die
reſurrectionis mee in futurum: quia iudicium
meū ut congregem gentes et colligam regna.
Et effundam ſuper eos indignationē meam:
omnē iram furoris mei. In igne enī zeli mei
deuorabitur omnis terra. Quia tunc reddam
populis labium electum: ut inuocent omnes
nomen dnī: et ſeruiant ei humero vno. Vltra
flumina ethiopie. inde ſupplices mei: filij diſp-
ſorum meorum deferēt munus michi. In die
illa nō confunderis ſuper cunctis adinuencōibꝫ
tuis: quibus ꝑuaricata es in me. Quia tunc
auferā de medio tui magniloquos ſupbie tue:
et nō adicies exaltari amplius in monte ſancto
meo. Et derelinquā ī medio tui ppl'm pauperē
et egenū: et ſperabūt in nomine dnī. Reliquie
iſrahel non facient iniquitatem nec loquentur
mēdacium: et nō inuenietur in ore eoꝝ lingua
doloſa. Quoniā ipſi paſcentur et accubabūt:
et nō erit qui exterreat. Lauda filia ſyon: iubi-
late iſrahel. Letare et exulta iſrahel ī omī corde
filia iheruſalem. Abſtulit dñs iudicium tuū:
auertit inimicos tuos. Rex iſrl' dñs in medio
tui: nō timebis malum vltra. In die illa dicet
iheruſalem. Noli timere ſyon: nō diſſoluant
manus tue. Dñs deus tuus ī medio tui fortis:
ipſe ſaluabit. Gaudebit ſuper te ī leticia: ſilebit
in dileccōne tua: et exultabit ſuper te in laude.
Nugas qui a lege receſſerant cōgregabo quia
ex te erāt: ut nō vltra habeas ſup eis opprobriū.
Ecce ego interficiam omnes qui afflixerūt te in
tempore illo: et ſaluabo claudicantē: & eā que
eiecta fuerat congregabo. Et ponā eos in laudē
et in nomen in omni terra confuſionis eorum:
in tempore illo quo adducam vos: et in tempore
quo congregabo vos. Dabo enī vos in nomen
et in laudē omībus populis terre: cū conuertero
captiuitatē veſtrā coram oculis veſtris dicit dñs.

Incipit liber Aggey ꝓphete. ·I·

N anno ſecundo darij regis in menſe ſexto in
die vna menſis factū eſt verbum dnī in manu
aggei prophete ad zorobabel filiū ſalathiel ducē
iuda: & ad iheſum filium ioſedech ſacerdotem
magnum dicens. Hec ait dñs exercituū dicens.
Populus iſte dicit. Nondum venit tempus
domus dnī edificande. Et factum eſt verbū dnī
in manu aggei prophete dicēs. Nūquid tēpus
vobis eſt ut habitetis in domibus laqueatis: et
domus iſta deſerta? Et nunc hec dicit dñs exerci-
tuum. Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras.
Seminaſtis multū: et intuliſtis parū. Come-
diſtis: et non eſtis ſaciati. Bibiſtis: et nō eſtis
inebriati. Operuiſtis vos: et nō eſtis calefacti.
Et qui mercedes cōgregauit: miſit eas ī ſacculū
pertuſū. Hec dicit dñs exercituū. Ponite corda
veſtra ſuper vias veſtras. Aſcendite in mōtem
portate lignū: et edificate domū & acceptabilis
michi erit: et glorificabor dicit dñs. Reſpexiſtis
ad amplius: et ecce factū ē minus. Et intuliſtis
in domum: et exſufflaui illud. Quā ob cauſā
dicit dñs exercituū? Quia domus mea deſerta
eſt: et vos feſtinaſtis vnuſquiſq; ī domum ſuā.
Propter hoc ſup vos prohibiti ſūt celi ne darēt
rorem: & terra prohibita eſt ne daret germen
ſuū. Et vocaui ſiccitatem ſuper terram et ſuper
montes et ſuper triticū et ſuper vinum & ſuper
oleum et quecūq; profert humus: et ſuper hoīes
et ſuper iumēta: et ſuper omnē laborē manuū.

Et audiuit zorobabel filius ſalathiel et iheſus fi:
lius ioſedech ſacerdos magnus et om̃es reliquie
populi vocem dei ſui ⁊ verba aggei prophete
ſicut miſit eum dñs deus eoꝝ ad eos: et timuit
om̃is populus a facie domini. Et dixit aggeus
nuncius dñi de nuncijs dñi ꝑplo dicens. Ego
vobiſcũ dicit dñs. Et ſuſcitauit deus ſpiritum
zorobabel filij ſalathiel ducis iuda et ſpiritũ iheſu
filij ioſedech ſacdotis magni et ſpiritũ reliquoꝝ
de omni populo: et ingreſſi ſũt et faciebãt opus
in domũ domini exercituũ dei ſui. II
In die viceſima et quarta menſis in ſexto menſe
in anno ſecũdo darij regis in ſeptimo menſe vi:
ceſima et prima menſis: factũ eſt verbum dñi
in manu aggei prophete dicẽs. Loquere ad zo:
robabel filiũ ſalathiel ducẽ iuda et ad iheſu filiũ
ioſedech ſacerdotẽ magnũ: ⁊ ad reliquos ꝑpli
dicens. Quis in vobis eſt derelictus qui vidit
domũ iſtam in gloria ſua prima? Et quid vos
videtis hanc nũc? Nũquid nõ ita eſt quaſi nõ
ſit ĩ oculis veſtris? Et nũc confortare zorobabel
dicit dñs: et confortare iheſu fili ioſedech ſacerdos
magne: et cõfortare om̃is ꝑplus terre dicit dñs
exercituũ et facite: quĩ ego vobiſcũ ſũ: dicit dñs
exercituũ. Verbũ quod placui vobiſcũ cũ egre:
deremini de terra egipti: et ſpiritus meus erit in
medio vrm̃. Nolite timere: quia hec dicit dñs
exercituũ. Adhuc vnũ modicũ ẽ: et ego cõmo:
uebo celũ et terrã et mare et aridã. Et mouebo
omnes gẽtes: et veniet deſideratus cũctis gẽtibꝫ.
Et implebo domũ iſtam gloria: dicit dñs exer:
cituũ. Meum ẽ argentũ et meũ eſt aurũ: dicit
dñs exercituũ. Magna erit glĩa domus iſtius
nouiſſime pluſq̃ prime: dicit dñs exercituũ.
Et in loco iſto dabo pacem: dicit dñs exercituũ.
In viceſima et quarta noni mẽſis ĩ anno ſcdo
darij regis: factũ eſt verbũ dñi ad aggeũ ꝓphetã
dicẽs. Hec dicit dñs exercituũ. Interroga ſacer:
dotes legẽ dicẽs. Si tulerit homo carnẽ ſanctifi:
catã in ora veſtimẽti ſui et tetigerit de ſũmitate
eius panẽ aut pulmentũ aut vinũ aut oleũ aut
omnẽ cibũ: nũquid ſãctificabit? Reſpondẽtes
aũt ſacerdotes dixerũt. Nõ. Et dixit aggeus.
Si tetigerit pollutus in anima ex om̃ibus hijs
nũquid cõtaminabit? Et reſpõderũt ſacerdotes:
et dixerũt. Cõtaminabit. Et reſpõdit aggeus
et dixit. Sic ꝑplus iſte et ſic gens iſta ante faciẽ
meã dicit dñs: et ſic omne opus manuũ eoꝝ: et
om̃ia que obtulerũt mihi cõtaminata erunt.

Et nunc ponite corda veſtra a die hac ⁊ ſupra
anteq̃ poneret̃ lapis ſup lapidẽ in tẽplo dñi: cũ
accederetis ad aceruũ viginti modioꝝ et fierent
decẽ: et intraretis ad torcular ut exprimeretis quĩ:
quaginta lagenas et fiebant viginti. Percuſſi
vos vento vrente: et aurugine et grãdine om̃ia
opera manuũ veſtraꝝ et non fuit in vobis qui
reuerteret̃ ad me dicit dñs. Ponite corda veſtra
ex die iſta et in futurũ a die viceſima et quarta
noni mẽſis: a die qua fũdamẽta iacta ſũt tẽpli
dñi ponite ſuper cor veſtrũ. Nũquid iam ſemẽ
ĩ germine eſt? Et adhuc vinea et ficus et malo:
granatũ et lignũ oliue non floruit. Ex die iſta
benedicã. Et factũ eſt verbũ dñi ſcdo ad aggeũ
in viceſima et quarta menſis dicẽs. Loquere ad
zorobabel ducẽ iuda dicẽs. Ego mouebo celum
pariter et terrã: et ſubuertã ſoliũ regnoꝝ: et cõ:
terã fortitudinẽ regni gẽtiũ. Et ſubuertã qua:
drigã et aſcenſorẽ eius: et deſcendẽt equi et aſcen:
ſores eoꝝ: vir ĩ gladio frĩs ſui. In die illo dicit
dñs exercituũ aſſumã te zorobabel fili ſalathiel
ſerue meus dicit dñs: et ponam te quaſi ſigna:
culũ: quia te elegi dicit dominus exercituum.
Incipit zacharias propheta. I
In menſe octauo in anno ſecundo darij regis:
factũ ẽ verbũ dñi ad zachariã filiũ barachie filij
addo prophetã. Iratus eſt dñs ſup patres vr̃os
iracũdia. Et dices ad eos. Hec dicit dñs exerci:
tuũ. Conuertimini ad me ait dñs exercituũ: et
cõuertar ad vos dicit dñs exercituũ. Ne ſitis ſi:
cut patres vr̃i ad quos clamabãt ꝓphete priores
dicentes hec dicit dñs exercituũ. conuertimini de
vijs veſtris malis et cogitacõibus vr̃is peſſimis:
et nõ audierũt neq̃ attenderũt ad me dicit dñs.
Patres veſtri vbi ſunt et ꝓphete? Nũquid in
ſempiternũ viuent? Verũtamen verba mea et
legitima mea que mãdaui ſeruis meis ꝓphetis:
nũquid nõ cõprehenderũt patres veſtros? Et cõ:
uerſi ſũt et dixerũt. Sicut cogitauit dñs exerci:
tuũ facere nobis ſcdm vias noſtras et ſcdm ad:
inuẽtiones nr̃as: fecit nobis. In die viceſima
et quarta vndecimi menſis ſabbath in anno ſcdo
darij: factũ eſt verbũ dñi ad zachariã filiũ bara:
chie filij addo ꝓphetã dicẽs. Vidi ꝑ noctẽ: et ecce
vir aſcendẽs ſup equũ rufum: et ipſe ſtabat inter
mirteta que erãt in ꝓfũdo: et poſt eũ equi rufi
varij et albi. Et dixi. Qui ſũt iſti dñe mi? Et
dixit ad me angelus dñi qui loquebatur ĩ me.
Ego oſtendã tibi quid ſint hec. Et reſpondit vir

qui ſtabat inter mirteta et dixit. Iſti ſūt quos
miſit dn̄s: ut pambulēt terrā. Et reſponderūt
angelo dn̄i qui ſtabat inter mirteta: et dixerūt.
Perambulauimus terrā: et ecce o̅ēs terra ha-
bitat̄ et quieſcat. Et reſpōdit angelus dn̄i et dix-
it. Dn̄e exercituum uſqꝫ quo tu nō miſereberis
iheruſalem et vrbiū iuda quibꝫ iratus es? Iſte
iam ſeptuageſimus annus eſt. Et reſpōdit dn̄s
angelo qui loquebatur ī me verba bona: verba
cōſolatoria. Et dixit ad me angelus qui loque-
bat̄ in me. Clama dicēs. Hec dicit dn̄s exercitu-
um. Zelatus ſū iheruſalē et ſyon zelo magno.
Et ira magna ego iraſcor ſup gētes opulētas:
quia ego iratus ſū parū: ipi vero adiuuauerūt
in malū. Propterea hec dicit dn̄s. Reuertar
ad iheruſalem in miſericordijs: et domus mea
edificabit̄ in ea ait dn̄s exercituū: et ꝑ pēdiculū
extendet̄ ſuper iheruſalē. Adhuc clama dicēs.
Hec dicit dn̄s exercituū. Adhuc affluēt ciuita-
tes mee bonis: et conſolabit̄ adhuc dn̄s ſyon: et
eliget adhuc iheruſalē. Et leuaui oculos meos
et vidi: & ecce quatuor cornua. Et dixi ad an-
gelū qui loquebatur in me. Quid ſūt hec? Et
dixit ad me. Hec ſūt cornua: que ventilauerūt
iudā et iſrl' et iheruſalē. Et oſtendit michi dn̄s
quatuor fabros. Et dixi. Quid iſti veniūt fa-
cere? Qui ait dicēs. Hec ſūt cornua que vētila-
uerūt iudā per ſingulos viros: et nemo illoꝝ le-
uauit caput ſuū. Et venerunt iſti deterrere ea:
ut deiciāt cornua gentiū que leuauerūt cornua
ſuper terrā iuda: ut diſpergerēt eam. II.

Et leuaui oculos meos & vidi: et ecce vir
et in manu eius funiculus menſoꝝ. Et
dixi. Quo tu vadis? Et dixit ad me. Ut me-
tiar iudeā et iheruſalē quāta ſit latitudo eius: et
quāta lōgitudo eius. Et ecce āgelus q̄ loquebat̄
in me egrediebat̄: et alius angelus egrediebat̄ in
occurſū eius: & dixit ad eū. Curre: loquere ad
pueꝝ iſtū dicēs. Abſqꝫ muro habitabit̄ ihrl̄m
pre multitudine hoīm et iumētoꝝ ī medio eius.
Et ego ero ei ait dn̄s murus ignis ī circuitu: et
in gloria ero in medio eius. O o fugite de terra
aquilonis dicit dn̄s: qm̄ ī quatuor vētos celi diſ-
perſi vos dicit dn̄s. O ſyon fuge q̄ habitas apud
filiam babilonis: quia hec dicit dn̄s exercituū.
Poſt glAꝫ miſit me ad gētes: que ſpoliauerūt
vos. Qui enī tetigerit vos: tāgit pupillā ocli
mei. Quia ecce ego leuo manū meā ſup eos:
et erūt ꝑde hijs qui ſeruiebāt ſibi: et cognoſcetis
quia dn̄s exercituum miſit me. Lauda et letare
filia ſyon: q̄a ecce ego venio et habitabo ī medio
tui ait dn̄s. Et applicabunt̄ gētes multe ad dn̄m
in die illa: et erūt michi ī pplm. Et habitabo ī
medio tui: et ſcies quia dn̄s exercituū miſit me
ad te. Et poſſidebit dn̄s iudā et partē ſuā ī terra
ſāctificata: et eliget iheruſalē. Sileat o̅īs caro a
facie dn̄i: q̄a cōſurrexit de habitaculo ſācto ſuo. III.

Et oſtēdit michi dn̄s ihm̄ ſacerdotē mag-
nū ſtantē corā angelo dn̄i: et ſathan ſta-
bat a dextris eius ut aduerſaret̄ ei. Et dixit dn̄s
ad ſathan. Increpet dn̄s ī te Sathan: et increpet
dn̄s in te q̄ elegit ihrl̄m. Nūquid nō iſte torris
ē erutus de igne? Et ihs̄ erat indutus veſtibꝫ
ſordidis: et ſtabat ante faciē angeli. Qui reſpō-
dit: et ait ad eos q̄ ſtabāt corā ſe dicēs. Auferte
veſtimēta ſordida ab eo. Et dixit ad eum. Ecce
abſtuli a te iniq̄tatē tuā: et indui te mutatori-
is. Et dixit. Ponite cidarim mūdā ſup caput
eius. Et poſuerūt cidarim ſup caput eius mun-
dā: et induerūt eū veſtibꝫ. Et angelus dn̄i ſta-
bat: et cōteſtabat̄ āgelus dn̄i ihm̄ dicēs. Hec dicit
dn̄s exercituū. Si in vijs meis ambulaueris et
cuſtodiā meā cuſtodieris: tu qꝫ iudicabis domū
meā et cuſtodies atria mea: et dabo tibi ambu-
lantes de hijs qui nūc hic aſſiſtūt. Audi ihs̄
ſacdos magne: tu et amici tui qui habitāt corā
te: q̄a viri portendētes ſūt. Ecce enī ego adducā
ſeruū meū orientē: quia ecce lapis quē dedi corā
ihu: ſuper lapidē vnū ſeptē ocli ſūt. Et ecce ego
celabo ſculpturā eius ait dn̄s exercituū: et auferā
ini-iquitatē terre illius ī die vna. In die illa
dicit dn̄s exercituum: vocabit vir amicum ſuū
ſubter vineam et ſubter ficum. IIII.

Et reuerſus ē angelus q̄ loquebat̄ in me:
et ſuſcitauit me quaſi virū qui ſuſcitat̄
de ſomno ſuo. Et dixit ad me. Quid tu vides?
Et dixi. Vidi: et ecce cādelabrū aureū totū et
lampas eius ſuper caput ipſius: et ſeptē lucerne
eius ſup illud: et ſeptē infuſoria lucernis q̄ erant
ſup caput eius: & due oliue ſuper illud: vna a
dextris lampadis et vna a ſiniſtris eius. Et reſ-
pōdi: et aio ad angelū qui loquebat̄ ī me dicēs.
Quid ſūt hec dn̄e mi? Et reſpōdit angelus qui
loquebat̄ ī me: et dixit ad me. Nūquid neſcis
q̄d ſūt hec? Et dixi. Non dn̄e mi. Et reſpōdit:
et ait ad me dicēs. Hoc ē verbū dn̄i ad zorobabel
dicēs. Nō in exercitu nec ī robore: ſed ī ſpiritu
meo dicit dn̄s exercituū. Quis tu mōs magne

cozam zorobabel in planum? Et educet lapidem primarium: et exequabit gratiā gratie eius. Et factū est verbū dñi ad me dicēs. Manus zorobabel fūdauerūt domū istā: et manus eius perficiēt eam: et scietis quia dñs exercituū misit me ad vos. Quis enī despexit dies paruos? Et letabunt: et videbunt lapidem stagneū in manu zorobabel. Septē sūt isti oculi dñi: qui discurrūt ī vniuersā terrā. Et respondi: et dixi ad eum. Quid sunt due olive iste ad dexterā candelabri et ad sinistrā eius? Et respōdi secūdo: et dixi ad eū. Quid sūt due spice olivarū que sunt iuxta duo rostra aurea: ī quibus sūt suffusoria ex auro? Et ait ad me dicēs. Nūquid nescis qd sūt hec? Et dixi. Non dñe mi. Et dixit. Isti sūt duo filij olei splēdoris: q assistūt dñatori vniūsi terre.

Et cōuersus sum: et leuaui oculos V meos et vidi: et ecce volumē volās. Et dixit ad me. Quid tu vides? Et dixi. Ecce ego video volumē volās: lōgitudo eius viginti cubitoz: et latitudo eius decem cubitoz. Et dixit ad me. Hec est maledictio que egredit super faciē omnis terre: quia omnis fur sicut ibi scriptū est iudicabit: et oīs iurās ex hoc similiter iudicabit. Educā illud dicit dñs exercituū: et veniet ad domū furis et ad domū iurātis in noīe meo mēdaciter: et cōmorabit in medio domus eius: et consumet eū et ligna eius et lapides eius. Et egressus ē angelus qui loquebat in me: et dixit ad me. Leua oculos tuos et vide. Quid est hoc qd egredit? Et dixi. Quidnā est? Et ait. Hec ē anfora egrediēs. Et dixit. Hec est oculus eoz in vniuersa terra. Et ecce talentū plūbi portabat: et ecce mlier vna sedēs ī medio anfore. Et dixit. Hec est impietas. Et piecit eā ī medio anfore: et misit massā plumbeā in os eius. Et leuaui oculos meos et vidi: et ecce due mulieres egredientes: et spiritus ī alis eaz. Et habebāt alas qsi alas milui: et leuauerūt anforam inter terrā et celum. Et dixi ad angelū qui loquebat in me. Quo iste deferūt anforā? Et dixit ad me. Vt edificet ei domus ī terra sennaar: et stabiliatur et ponatur ibi super basem suam. VI

Et conuersus sū: et leuaui oculos meos et vidi: et ecce quatuor quadrige egredientes de medio duoz montiū: et mōtes mōtes erei. In quadriga prima equi rufi: ī quadriga scđa equi nigri ī quadriga tercia equi albi. et ī qdriga quarta equi varij et fortes. Et respondi: et dixi ad angelum qui loquebatur in me. Quid sūt hec dñe mi? Et respōdit angelus et ait ad me. Isti sūt quatuor venti celi: q egrediunt ut stent corā dñatore oīs terre. In qua erāt equi nigri egrediebant in terram aquilonis: et albi egressi sūt post eos: et varij egressi sūt ad terrā austri. Qui aūt erāt robustissimi exierūt: et querebāt ire et discurrere per omnē terrā. Et dixit. Ite: et perambulate terrā. Et pambulauerūt terrā. Et vocauit me: et locutus est ad me dicēs. Ecce qui egrediuntur in terrā aquilonis: requiescere fecerūt spiritū meū ī terra aquilonis. Et factū ē verbū dñi ad me dicēs. Sume a trāsmigracōe ab oldai et a thobia et ab idaia et venies tu ī die illa et intrabis domum iosye filij sophonie qui venerūt de babilone: et sumes aurū et argentū et facies coronas et pones ī capite ihū filij iosedech sacerdotis magni: et loqueris ad eū dicens. Hec ait dñs exercituū dicēs. Ecce vir: oriens nomē eius. Et subter eū orietur: et edificabit templū dño: et ipse extruet templū dño. Et ipse portabit gloriam: et sedebit et dñabit super solio suo. Et erit sacerdos super solio suo: et consiliū pacis erit inter illos duos. Et corone erūt heleni et thobie et idaie et hen filio sophonie: memoriale ī templo dñi. Et qui procul sūt veniēt et edificabūt in tēplo dñi: et scietis quia dñs exercituū misit me ad vos. Erit autē hoc: si auditu audieritis vocem domini dei vestri. VII

Et factum est in anno quarto darij regis: factū est verbū dñi ad zachariā ī quarta mensis noni qui ē casleu. Et miserūt ad domū dei sarasar et rogomelech et viri qui erant cū eis ad deprecandā faciē dñi: ut dicerēt sacerdotibus domus dñi exercituū et pphetis loquētes. Nunquid flendū est michi ī quinto mense: vel sctificare me debeo sicut feci iam multis annis? Et factū est verbū dñi exercituū ad me dicēs. Loquere ad omnē pplm terre: et ad sacerdotes dicēs. Cū ieiunaretis et plāgeretis ī quinto et septimo p hos septuaginta annos: nūquid ieiuniū ieiunastis michi? Et cū comedistis et bibistis: nūquid nō vobis comedistis et vobismetipsis bibistis? Nūquid nō hec sūt verba que locutus ē dñs ī manu pphetaz priorū cū adhuc ihrlm habitaretur et esset opulēta: ipsa et vrbes ī circuitu eius: et ad austz et in campestribus habitaret? Et factū est verbū dñi ad zachariā dicēs. Hec ait dñs exercituū dicens. Iudiciū verū iudicate: et misericordiam

et miſerationes facite vnuſquiſqȝ cū fratre ſuo.
Et viduā et pupillū et aduenā et pauperē noli-
te calūniari: et malū vir fratri ſuo nō cogitet in
corde ſuo. Et noluerunt attendere et auerterūt
ſcapulā recedētes: et aures ſuas aggrauauerūt
ne audirēt: et cor ſuū poſuerūt vt adamantē ne
audirēt legē et verba que miſit dn̄s exercituū in
ſpiritu ſuo ſācto ꝑ manū ꝓphetaꝝ priorꝝ. Et facta
eſt indignatio magna a dn̄o exercituū. Et fac-
tū ē: ſicut locutus ſū et nō audierūt: ſic clama-
būt et nō exaudiā dicit dn̄s exercituū. Et diſpſi
eos ꝑ oīa regna q̄ neſciūt: et terra deſolata eſt
ab eis eo ꝙ nō eſſet trāſiens et reuertēs: et poſue-
rūt terrā deſiderabilē in deſertū. ·VIII·
Et factū eſt verbū dn̄i exercituū dicēs. Hec
dicit dn̄s exercituū. Zelatus ſū ſyon zelo
magno: et indignacōe magna zelatus ſū eam.
Hec dicit dn̄s exercituū: reuerſus ſū ad ſyon: et
habitabo in medio ihrl̄m. Et vocabitur ihrl̄m
ciuitas veritatis: et mons dn̄i exercituū mons
ſāctificatus. Hec dicit dn̄s exercituum. Adhuc
habitabūt ſenes et anus ī plateis ihrl̄m: et viri
baculus ī manu eius pre multitudine dieꝝ. Et
platee ciuitatis complebunt̄ infātibꝰ: et puellis
ludētibꝰ in plateis eius. Hec dicit dn̄s exercituū.
Si videbitur difficile in oculis reliquiarum po-
puli huius in diebus illis: nunquid in oculis
meis difficile erit dicit dominus exercituū: Hec
dicit dominus exercituū Ecce ego ſaluabo ppl̄m
meū de terra orientis et de terra occaſus ſolis:
et adducam eos et habitabūt ī medio ihrl̄m: et
erūt michi ī ppl̄m et ego ero eis ī deū in veritate
et ī iuſticia. Hec dicit dn̄s exercituū. Cōfortent̄
manus veſtre qui auditis ī hijs diebꝰ ſermones
iſtos ꝑ os ꝓphetaꝝ: in die qua fūdata eſt domus
dn̄i exercituū vt tēplū edificaret̄. Siquidē ante
dies illos merces hoīm nō erat nec merces iumē-
toꝝ erat: neqȝ introeūti et exeūti erat pax pre tri-
bulacōe: et dimiſi oēs hoīes vnūquemqȝ cōtra
ꝓximū ſuū. Nūc autē nō iuxta dies priores ego
faciā reliquijs ppl̄i huius dicit dn̄s exercituū: ſꝫ
ſemē pacis erit. Vinea dabit fructū ſuū: et terra
dabit germē ſuū. Et celi dabūt rorē ſuū: et poſſi-
dere faciā reliquias ppl̄i huius vniuerſa hec. Et
erit: ſicut eratis maledictio ī gētibꝰ domus iuda
et domus iſrl̄: ſic ſaluabo vos et eritis benedictō.
Nolite timere. Confortent̄ manus veſtre: q̄a
hec dicit dn̄s exercituū. Sicut cogitaui vt affli-
gerē vos cū ad iracūdiā ꝓuocaſſēt patres veſtri
me dicit dn̄s et nō ſum miſertus: ſic conuerſus
cogitaui in diebꝰ iſtis vt benefaciā domui iuda
et ihrl̄m. Nolite timere. Hec ſūt ergo verba q̄
facietis. Loquimini veritatē vnuſquiſqȝ cū ꝓxi-
mo ſuo. Veritatē et iudiciū pacis iudicate in
portis veſtris: et vnuſquiſqȝ malū cōtra amicū
ſuū ne cogitetis ī cordibꝰ veſtris: et iuramentū
mēdax ne diligatis. Oīa enī hec ſūt que odi
dicit dn̄s. Et factū ē verbū dn̄i exercituū ad me
dicens. Hec dicit dn̄s exercituū. Ieiuniū quarti
et ieiuniū quīti et ieiuniū ſeptimi et ieiunium
decimi erit domui iude ī gaudiū et in leticiā: et
in ſolēnitates ꝑclaras. Veritatē tantū et pacem
diligite. Hec dicit dn̄s exercituū. Vſquequo ve-
niāt ppl̄i et habitēt ī ciuitatibꝰ multis: et vadāt
habitatores vnus ad alterum dicētes. Eamus et
deꝑcemꝰ faciē dn̄i: et queramus dn̄m exercituū.
Vadam etiā ego. Et veniēt ppl̄i multi et gentes
robuſte ad querendū dn̄m exercituū in ihrl̄m:
et deprecandā faciē dn̄i. Hec dicit dn̄s exercituū.
In diebꝰ illis in quibꝰ apprehendēt decem hoīes
ex oībꝰ liguis gentiū: et apprehendēt fimbriā
viri iudei dicentes: ibimus vobiſcū. Audiui-
mus enī quoniā deus vobiſcū eſt. ·IX·
Onus verbi dn̄i ī terra adrach et damaſci
requiei eius: quia dn̄s eſt oculus hoīs: et
omniū tribuū iſrl̄. Emath q̄ȝ in terminis eius:
et tyrus et ſydon. Aſſumpſerūt quippe ſibi ſa-
pientiā valde. Et edificauit tyrus municōnem
ſuā: et coaceruauit argentū q̄ſi humū: et aurū
vt lutū plateaꝝ. Et ecce dn̄s poſſidebit eam: et
pcutiet ī mari fortitudinē eius: et hec igni deuo-
rabitur. Videbit aſcalon et timebit: et gaza et
dolebit nimis: et accaron quī cōfuſa ē ſpes eius.
Et ꝑibit rex de gaza: et aſcalon nō habitabit̄.
Et ſedebit ſeparator in azoto: et diſperdā ſupbiā
philiſtinoꝝ. Et auferam ſāguinem eius de ore
eius: et abominacōes eius de medio dētiū eius.
Et relinquet̄ etiā ipſe deo nr̄o: et erit quaſi dux
ī iuda: et accaron quaſi iebuſeus. Et circūdabo
domū meā ex hijs qui militant michi euntes et
reūtētes: et nō trāſibit ſup eos vltra exactor: q̄a
nūc vidi ī oculis meis. Exulta ſatis filia ſyon:
iubila filia iheruſalē. Ecce rex tuus veniet tibi
iuſtus et ſaluator: ipſe pauper et aſcendens ſuper
aſinā: et ſuper pullū filiū aſine. Et diſperdam
quadrigam ex ephraim: et equum de ihrl̄m: et
diſſipabit̄ arcus belli. Et loquet̄ pacē gentibꝰ: et
poteſtas eius a mari vſqȝ ad mare: et a fluminibꝰ

uſq; ad fines terre. Tu quoq; in ſanguine teſtamēti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu: in quo non eſt aqua. Conuertimini ad munitionem uincti ſpei. Hodie q; annūcians duplicia reddā tibi: quō extēdi michi iudā quaſi arcū: impleui terrā ephraim. Et ſuſcitabo filios tuos ſyon ſup filios tuos grecia: et ponā te q̄ſi gladiū fortiū. et dñs deus ſuper eos videbit̄: et exibit ut fulgur iaculū eius. Et dñs deus in tuba canet: et vadet in turbine auſtri. Dñs exercituū ꝓteget eos: et deuorabūt et ſubiciēt lapidib; fūde. Et bibētes inebriabunt̄ quaſi a vino: et replebunt̄ ut phiale: et quaſi cornua altaris. Et ſaluabit eos dñs deus eoꝝ ī die illa ut gregē ppl'i ſui: quia lapides ſacti eleuabunt̄ ſup terrā eius. Quid enī bonū eius eſt. et quid pulcrum eius: niſi frumētum electoꝝ et vinum germinans virgines: X.

Petite pluuiā a dño ī tempore ſerotino: et dñs faciet niues et pluuiam ymbris: et dabit eis ſingl'is herbā ī agro. Quia ſimulacra locuta ſūt inutile: et diuini viderūt mendaciū: et ſompniatores locuti ſūt fruſtra et vane cōſolabant̄. Idcirco adducti ſūt quaſi grex: affligent̄ quia non eſt paſtor eis. Sup paſtores iratus eſt furor meus: et ſup hircos viſitabo. Quia viſitauit dñs exercituū gregē ſuū domū iuda: et poſuit eos quaſi equū glorie ſue ī bello. Ex ipſo angulus: et ex ipſo paxillus: ex ipſo arcus p̄lij: et ex ipſo egrediet̄ oīs exactor ſimul. Et erūt q̄ſi fortes: cōculcātes lutū viaꝝ in prelio. Et bellabūt quia dñs cum eis: et cōfundent aſcenſores equoꝝ. Et cōfortabo domū iuda: et domū ioſeph ſaluabo. Et cōuertā eos quia miſerebor eoꝝ: et erūt ſicut fuerūt quādo nō ꝓiecerā eos. Ego enī dñs deus eoꝝ: et exaudiā eos. Et erūt q̄ſi fortes ephraim: et letabit̄ cor eoꝝ q̄ſi a vino. Et filij eoꝝ videbūt et letabunt̄: et exultabit cor eoꝝ ī dño. Sibilabo eis et cōgregabo illos: quia redemi eos. Et mltiplicabo eos ſicut āte fuerāt mltiplicati: et ſemīabo eos ī ppl'is. Et de lōge recordabūt̄ mei: et viuēt cū filijs ſuis et reuertent̄. Et reducā eos de terra egipti: et de aſſirijs congregabo eos. Et ad terrā galaad et libani adducam eos: et non inuenietur eis locus. Et tranſijt in maris freto: et percutiet in mari fluctus: et confundentur omnia profunda fluminis. Et humiliabitur ſuperbia aſſur: et ſceptrum egipti recedet. Confortabo eos in domino: et in nomine eius ambulabunt dicit dominus. XI.

Aperi libane portas tuas: ut comedat ignis cedros tuas. Vlula abies q̄a cecidit cedrus: quoniā magnifici vaſtati ſūt. Vlulate quercus baſan: quō ſucciſus eſt ſaltus munitus. Vox vlulatus paſtoꝝ: quia vaſtata eſt magnificētia eoꝝ. Vox rugitus leonū: quō vaſtata eſt ſupbia iordanis. Hec dicit dominus deus meus. Paſce pecora occiſionis: que qui poſſederāt occidebāt et nō dolebant: et vendebāt ea dicentes. Benedictus dñs: diuites facti ſumus. Et paſtores eoꝝ nō parcebāt eis: et ego nō parcā vltra ſuper habitātes terrā dicit dñs. Ecce ego tradam hoīes. vnūquēq; ī manu ꝓximi ſui. et ī manu regis ſui: et cōſcindent terrā et nō eruā de manu eoꝝ: et paſcā pecus occiſionis propter hoc o pauperes gregis. Et aſſumpſi michi duas virgas: vnā vocaui decorē et alterā vocaui funiculū: et paui gregem. Et ſuccidi tres paſtores in menſe vno: et cōtracta eſt anima mea ī eis. Siquidē et anima eoꝝ variauit in me. Et dixi. Nō paſcā vos. Quod moritur moriatur: et quod ſucciditur ſuccidat̄: et reliqui deuorēt vnuſquiſq; carnem ꝓximi ſui. Et tuli virgam meā que vocabatur decus et abſcīdi eam: ut irritū facerē fedus meū quod ꝑcuſſi cū oībus ppl'is: et ī irritū deductū eſt ī die illa. Et cognouerūt ſic pauperes gregis qui cuſtodiūt michi: quia verbū dñi ē. Et dixi ad eos. Si bonū eſt in oculis veſtris afferte mercedē meā: et ſi nō. quieſcite. Et appēderūt mercedem meā: triginta argenteos. Et dixit dñs ad me. Proice illud ad ſtatuariū. Decoꝝ pciū: quo appreciatus ſū ab eis. Et tuli triginta argēteos: et ꝓieci illos ī domo dñi ad ſtatuariū. Et ꝑſcidi virgā meā ſcdam q̄ appellabat̄ funiculus: ut diſſoluerem germanitatē inter iudā et iſrl'. Et dixit dñs ad me. Adhuc ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti. Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorem in terra qui derelicta nō viſitabit. diſperſum nō queret: et contritū nō ſanabit et id quod ſtat nō enutriet: et carnes pinguiū comedet. et vngulas eoꝝ diſſoluet. O paſtor et ydolum: derelinquēs gregē. Gladius ſuper brachiū eius: et ſup oculū dextrū eius. Brachiū eius ariditate ſiccabit̄: et oculus dexter eius tenebreſcēs obſcurabit̄. XII.

Onus verbi dñi ſuper iſrl'. Dixit dñs extendēs celū et fundās terrā: et fingēs ſpiritū hoīs in eo. Ecce ego ponā iheruſalē ſuperliminare crapule oībus ppl'is in circuitu: ſed et iuda erit in obſidione cōtra iheruſalē. Et erit:

in die illa ponam iheruſalē lapidē oneris cūctis
populis. Om̄es qui eleuabūt eā cōciſione lace-
rabunt̄: et colligent̄ aduerſus eam om̄ia regna
terre. In die illa dicit dn̄s percutiā omnē equum
in ſtupore: et aſcenſorē eius ī amētia. Et ſuper
domū iuda aperiā oculos meos: et omnē equū
ꝑploꝝ percutiā cecitate. Et dicēt duces iuda ī corde
ſuo. confortent̄ michi habitatores ihrl'm: ī dn̄o
exercituū deo eoꝝ. In die illa ponā duces iuda
ſicut caminū ignis ī lignis et ſicut facē ignis in
feno: et deuorabūt ad dexterā et ad ſiniſtrā om̄s
ꝑplos ī circuitu. Et habitabit̄ ihrl'm rurſus in
loco ſuo ī ihrl'm: et ſaluabit dn̄s tabernacl'a iuda
ſicut ī principio: ut nō magnifice glet̄ domus
dauid: et gloria habitantiū ihrl'm contra iudā.
In die illo proteget dn̄s habitatores ihrl'm. Et
erit qui offēderit ex eis in die illa quaſi dauid: et
domus dauid q̄ſi dei: ſicut angelus dn̄i ī cōſpectu
eius. Et erit ī die illa querā cōterere om̄es gētes
que veniūt cōtra ihrl'm: et effundā ſup domum
dauid & ſuper habitatores ihrl'm ſpiritū gratie
et precū. Et aſpicient ad me quē confixerūt: et
plāgēt eū plāctu q̄ſi ſup vnigenitū: & dolebūt
ſup eū ut doleri ſolet ī morte primogeniti. In
die illa magnus erit plāctus ī ihrl'm ſicut plāc-
tus adrēmon: in campo magedon. Et planget
t̄ra: familie et familie ſeorſū. Familie domus
dauid ſeorſū: & mulieres eoꝝ ſeorſū. Familie
domus nathan ſeorſū: & mulieres eoꝝ ſeorſū.
Familie domus leui ſeorſū: et mulieres eoꝝ ſe-
orſū. Familie ſemei ſeorſū: et mulieres eoꝝ ſe-
orſū. Om̄es familie relique: familie et familie
ſeorſū: et mulieres eoꝝ ſeorſū. XIII
In die illa erit fons patēs domus dauid et habitā-
tibꝫ ihrl'm: ī ablucōꝫ peccatoris et menſtruate.
Et erit ī die illa dicit dn̄s exercituū diſꝑdā noīa
ydoloꝝ de terra: et non memorabunt̄ vltra. Et
pſeudo ꝓphetas & ſpiritū immundū auferā de
terra. Et erit cū ꝓphetauerit quiſpiā vltra: dicēt
ei pater eius & mater eius q̄ genuerūt eū. Nō
viues: quia mēdaciū locutus es in noīe dn̄i. Et
configent eū pater eius et mater eius genitores
eius cū ꝓphetauerit. Et erit: ī die illa cōfundent̄
ꝓphete vnuſquiſqꝫ ex viſione ſua cum ꝓphetaue-
rint: nec operient̄ pallio ſaccino ut mētiantur.
Sed dicet: nō ſum ꝓpheta. Homo agricola ego
ſū: quū adam exemplū meū ab adoleſcētia mea:
Et dicet̄ ei. Quid ſūt plage iſte in medio ma-
nuū tuaꝝ? Et dicet. His plagatus ſū in domo
eoꝝ qui diligebant me. Framea ſuſcitare ſuper
paſtorē meū: et ſup viꝝ coherentem michi dicit
dn̄s exercituū. Percute paſtorē: et diſꝑgentur
oues. Et conuertā manū meā ad paruulos: et
erūt in omni terra dicit dn̄s. Partes due in ea
diſpergent̄ et deficiēt: et tercia pars relinquet̄ in
ea. Et ducā terciā partē per ignē: & vram eos
ſicut vrit̄ argentū: et ꝓbabo eos ſicut ꝓbat̄ auꝝ.
Ipſe vocabit nomē meū: et ego exaudiā eum.
Et dicam. ꝑpl'us meus es: et ipſe dicet. dn̄s deus
Ecce dies veniūt dicit XIIII meus.
dn̄s: et diuident̄ ſpolia tua ī medio tui.
Et cōgregabo om̄es gētes ad ihrl'm in preliū: et
capiet̄ ciuitas et vaſtabunt̄ domus: et mulieres
violabunt̄. Et egrediet̄ media pars ciuitatis ī
captiuitatē: et reliquū ꝑpl'i nō auferet̄ ex vrbe.
Et egrediet̄ dn̄s et ꝑliabit̄ cōtra gētes illas: ſicut
ꝑliatus ē ī die certaminis. Et ſtabūt pedes eius
in die illa ſup montē oliuaꝝ: qui ē cōtra ihrl'm
ad orientem. Et ſcindet̄ mons oliuaꝝ ex media
parte ſui ad orientē et ad occident̄ ꝑrupto grādi
valle. Et ſeparabit̄ mediū mōtis ad aquilonē:
et mediū eius ad aquilonem: & mediū eius ad
meridiē. Et fugietis ad vallē montiū eoꝝ: quī
cōiunget̄ vallis montiū uſqꝫ ad ꝓximū. Et fu-
gietis ſicut fugiſtis a facie t̄remotus ī diebꝫ ozie
regis iuda. Et veniet dn̄s deus meus: omneſqꝫ
ſancti cū eo. Et erit: ī die illa nō erit lux ſed fri-
gus et gelu. Et erit dies vna que nota eſt dn̄o:
nō dies neqꝫ nox: et in tēpore veſperi erit lux. Et
erit: ī die illa exibūt aque viue de ihrl'm. Mē-
diū eaꝝ ad mare orientale: et mediū eaꝝ ad mare
nouiſſimū. In eſtate et in hyeme erunt: et erit
dn̄s rex ſuper omnē terrā. In die illa erit dn̄s
vnus: et erit nomē eius vnū. Et reuertet̄ om̄is
terra uſqꝫ ad deſertū: de colle remmon ad auſtrū
ihrl'm. Et exaltabitur et habitabit ī loco ſuo a
porta beniamin uſqꝫ ad locū porte prioris et uſqꝫ
ad portam anguloꝝ: et a turre ananehel uſqꝫ ad
torcl'aria regis. Et habitabūt ī ea: et anathema
non erit amplius. Sed ſedebit ihrl'm ſecura: et
hec erit plaga qua percutiet dn̄s om̄es gētes que
pugnauerunt aduerſus ihrl'm. Tabeſcet caro
vniuſcuiuſqꝫ ſtātis ſup pedes ſuos: et oculi eius
cōtabeſcēt ī foraminibꝫ ſuis: et lingua eoꝝ cōta-
beſcet in ore ſuo. In die illa erit tumultus dn̄i
magnus in eis: et apprehēdet vir manū ꝓximi
ſui: et cōſeret̄ manus eius ſup manū ꝓximi ſui.
Sed & iudas pugnabit aduerſus iheruſalem.

Et congregabuntur diuicie omnium gentium
in circuitu: auꝝ et argentū et veſtes multe ſatis.
Et ſic erit ruina equi ⁊ muli et cameli et aſini
et oīm iumētoꝝ que fuerint ī caſtris illis: ſicut
ruina hec. Et oēs qui reliqui fuerint de vni:
uerſis gētibꝫ que venerūt cōtra ihrl'm: aſcendēt
ab anno ī annū ut adorēt regē dñm exercituū.
et celebrēt feſtiuitates tabernaculoꝝ. Et erit qui
nō aſcēderit de familijs terre ad ihrl'm ut adorent
regē dñm exercituū: nō erit ſuꝑ eos ymber. Q᷒
et ſi familia egipti nō aſcenderit et non venerit:
nec ſuꝑ eos erit. Sed erit ruina qua ꝑcutiet dñs
oēs gētes: que nō aſcēderint ad celebrandā feſ:
tiuitatē tabernaculoꝝ. Hoc erit peccatū egipti et
hoc peccatū omniū gentiū: que nō aſcēderint ad
celebrādā feſtiuitatē tabernaculoꝝ. In die illa
erit quod ſuꝑ frenū eſt equi ſanctū dño: et erunt
lebetes ī domo dñi quaſi phyale corā altari. Et
erit oēs lebes ī ihrl'm et ī iuda ſāctificatus dño
exercituū. Et veniēt oēs ymmolātes et ſumēt
ex eis: et coquēt ī eis. Et nō erit mercator vltra
in domo dñi exercituū in die illo.

Incipit malachias propheta. I.

Onus verbi dñi ad iſrl' in
manu malachie prophete.
Dilexi vos dicit dñs. Et di
xiſtis. In q̄ dilexiſti nos?
Nonne frater erat eſau ia:
cob dicit dñs? Et dilexi ia:
cob: eſau autē odio habui. Et poſui ſeyr mōtes
eius in ſolitudinē: et hereditatē eius ī dracones
deſerti. Quod ſi dixerit ydumea deſtructi ſu:
mus ſed reuertentes edificabimus que deſtructa
ſūt: hec dicit dñs exercituum. Iſti edificabūt et
ego deſtruā. Et vocabunt̄ termini iniquitatis:
et ꝑplus cui iratus eſt dñs uſqꝫ ī eternū. Et ocli
veſtri videbūt: et vos dicetis. Magnificet̄ dñs
ſuꝑ terminū iſrl'. Filius honorat patrē: et ſer:
uus dñm ſuū. Si ergo pater ego ſū. vbi ē honor
meus: et ſi dñs ego ſū. vbi eſt timor meus dicit
dñs exercituū? Ad vos o ſacerdotes: q̄ deſpicitis
nomē meū. Et dixiſtis In q̄ deſpeximus nomē
tuū? Offertis ſuꝑ altare meū panem pollutū.
Et dicitis. In quo polluimus te? In eo ꝙ dici:
tis: mēſa dñi deſpecta ē. Si offeratis cecū ad im:
molandū: nōne malū eſt? Et ſi offeratis clau:
dū et lāguidū: nōne malū eſt? Offer illud duci
tuo: ſi placuerit ei. aut ſi ſuſceperit faciē tuā di:
cit dñs exercituū. Et nūc deꝑcamini vultū dei ut
miſereatur veſtri: de manu enim veſtra factum
eſt hoc: ſi quo modo ſuſcipiat facies veſtras dicit
dñs exercituū. Quis eſt ī vobis q̄ claudat oſtia
et incendit altare meū gratuito? Nō eſt michi
volūtas in vobis dicit dñs exercituū: et munus
nō ſuſcipiā de manu veſtra. Ab ortu enī ſolis
uſqꝫ ad occaſū magnū eſt nomē meū ī gētibꝫ:
et in oīni loco ſanctificat̄ et offert̄ nomini meo
oblatio munda: quia magnū nomē meū in gē:
tibꝫ dicit dñs exercituū. Et vos polluiſtis illud
in eo ꝙ dicitis mēſa dñi cōtaminata eſt: et quod
ſuperponit̄ cōtemptibile eſt cū igne qui illud
deuorat. Et dixiſtis. Ecce de labore: et exſufflaſ:
tis illud dicit dñs exercituū. Et intuliſtis de ra:
pinis claudū et lāguidū: et intuliſtis munus.
Nūquid ſuſcipiam illud de manu veſtra dicit
dñs? Maledictus doloſus qui habet ī grege ſuo
maſculū: et votum faciēs immolat debile dño.
Quia rex magnus ego dicit dñs exercituū ⁊
nomē meū horribile ī gentibus. II.

Et nūc ad vos mandatū hoc o ſacerdotes.
Si nolueritis audire et ſi nolueritis po:
nere ſuper cor ut detis gloriam nomini meo ait
dñs exercituū: mittā ī vos egeſtatē et maledicā
benedictiōibus veſtris: et maledicā illis quī nō
poſuiſtis ſuꝑ cor. Ecce ego ꝓiciā vobis brachiū:
et diſpergā ſuper vultū veſtrū ſtercus ſolemnita:
tū veſtrarū: et aſſumet vos ſecū. Et ſcietis quia
miſi ad vos mandatū iſtud: ut eſſet pactū meū
cū leui dicit dominus exercituū. Pactū meū
fuit cū eo vite et pacis: et dedi ei timorē et timuit
me: et a facie nōis mei pauebat. Lex veritatis
fuit ī ore eius: et iniquitas nō ē inuēta ī labijs
eius. In pace et ī equitate ambulauit mecū: et
multos auertit ab iniquitate. Labia enī ſacer:
dotis cuſtodiūt ſciētiā: et legem requirēt ex ore
eius: quia angelus dñi exercituū eſt. Vos autē
receſſiſtis de via: et ſcandalizaſtis plurimos in
lege. Irritū feciſtis pactū leui: dicit dñs exerci:
tuū. Propter q̄d et ego dedi vos cōtemptibiles
et humiles oībꝫ ꝑplis: ſicut nō ſeruaſtis vias
meas: et accepiſtis faciē in lege. Nūquid non
pater vnus omniū noſtrū? Nunquid nō deus
vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſ:
quiſqꝫ noſtrū fratrē ſuū: violans pactū patrum
noſtroꝝ? Tranſgreſſus eſt iuda et abominatio
facta eſt ī iſrl' et in iheruſalē: quia cōtaminauit
iudas ſāctificacōez dñi quā dilexit: et habuerūt
filiā dei alieni. Diſperdat dñs viꝝ q̄ fecerit hoc:

magiſtrũ ⁊ diſcipulũ de tabernaculo iacob et offerentẽ munus dño exercituũ. Et hoc rurſum feciſtis. Operiebatis lacrimis altare dñi fletu et mugitu: ita ut nõ reſpiciã ultra ad ſacrificiũ: nec accipiã placabile quid de manu veſtra. Et dixiſtis. Quã ob cauſã? Quia dñs teſtificatus eſt inter te et vxorem pubertatis tue: quã tu deſpexiſti. Et hec particeps tua: ⁊ vxor federis tui. Nonne vnus fecit: et reſiduũ ſpiritus eius eſt? Et quid vnus querit: niſi ſemẽ dei? Cuſtodite ergo ſpiritũ veſtrũ et vxorem adoleſcẽtie tue noli deſpicere. Cũ odio habueris dimitte: dicit dñs deus iſrl. Operiet autẽ iniquitas veſtimentũ eius: dicit dñs exercituũ. Cuſtodite ſpiritum veſtrũ: et nolite deſpicere. Laborare feciſtis dñm in ſermonibꝫ veſtris. Et dixiſtis. In quo eum fecimus laborare? In eo q̧ dicitis. Omñis q̃ facit malũ bonus ẽ ĩ cõſpectu dñi: et tales ei placẽt. Aut certe: vbi eſt deus iudicij? .III.

Ecce ego mittã angelũ meũ: ⁊ p̃parabit viã ante faciem meã. Et ſtatim veniet ad templũ ſuũ dñator quẽ vos queritis: et angelus teſtamenti quẽ vos vultis. Ecce venit: dicit dñs exercituũ. Et quis poterit cogitare diem aduẽtus eius? Et quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enĩ quaſi ignis conflans et quaſi herba fullonũ. Et ſedebit cõflans et emũdans argentũ: et purgabit filios leui. Et colabit eos q̃ſi aurũ et quaſi argentũ: et erũt dño offerẽtes ſacrificia in iuſticia. Et placebit dño ſacrificiũ iuda et iheruſalem ſicut dies ſeculi: et ſicut anni antiqui. Et accedam ad vos in iudicio: et ero teſtis velox maleficis et adulteris et periuris: et qui calũniãt mercedem mercẽnarij: et humiliãt viduas et pupillos et opprimũt p̃egrinũ: nec timuerũt me dicit dñs exercituũ. Ego enĩ dñs et nõ mutor: et vos filij iacob nõ eſtis conſũpti. A diebꝫ enĩ patrũ veſtroꝝ receſſiſtis a legitimis meis: et nõ cuſtodiſtis. Reuertimini ad me et reuertar ad vos: dicit dñs exercituũ. Et dixiſtis. In quo reuertemur? Si effiget homo deũ: quia vos cõfigitis me. Et dixiſtis? In quo cõfigimus te? In decimis et in primitijs et in penuria. Vos maledicti eſtis: et me vos configitis gens tota. Inferte omnẽ decimã in horreũ: et ſit cibus in domo mea: et p̃bate me ſuper hoc dicit dñs. Si non aperuero vobis katharactas celi: et effudero vobis benedictionẽ uſq; ad abundantiã. Et increpabo pro vobis deuorantem: et nõ corrumpet fructũ terre veſtre: nec erit ſterilis vinea in agro dicit dñs exercituũ. Et beatos vos dicent omnes gentes. Eritis enim vos terra deſiderabilis dicit dñs exercituũ. Inualuerũt ſuper me verba vr̃a dicit dñs. Et dixiſtis. Quid locuti ſumus cõtra te? Dixiſtis. Vanus ẽ qui ſeruit deo. Et quod emolumẽtum quia cuſtodiuimus p̃cepta eius: et q̃a ambulauimus triſtes corã dño exercituũ? Ergo nunc beatos dicimus arrogãtes. Siquidẽ edificati ſũt faciẽtes impietates: et temptauerũt deum et ſalui facti ſũt. Tunc locuti ſũt timẽtes deum: vnuſquiſq; cũ proximo ſuo. Et attendit dñs et audiuit: et ſcriptus eſt liber monumenti corã eo timentibus dñm et cogitantibus nomen eius. Et erũt michi ait dominus exercituũ ĩ die qua ego faciam in peculiũ: ⁊ parcam eis ſicut parcit vir filio ſuo ſeruiẽti ſibi. Et cõuertemini et videbitis quid ſit inter iuſtum et impium: et inter ſeruientẽ deo et nõ ſeruientẽ ei. .IIII.

Ecce enĩ dies veniet ſuccenſa quaſi caminus: et erunt omnes ſuperbi ⁊ omnes facientes impietatem ſtipula. Et inflammabit eos dies veniens dicit dñs exercituum: que non derelinquet eis radicem ⁊ germen. Et orietur vobis timentibus nomen meum ſol iuſticie: et ſanitas ĩ pennis eius. Et egrediemini et ſalietis ſicut vituli de armento: et calcabitis impios cũ fuerint cinis ſub planta pedum veſtrorũ in die qua ego facio dicit dominus exercituũ. Memẽtote legis moyſi ſerui mei: quam mandaui ei in oreb ad omnem iſrahel: p̃cepta et iudicia. Ecce ego mittam vobis helyam prophetam: anteq̃ veniat dies domini magnus ⁊ horribilis. Et conuertet cor patrũ ad filios: et cor filioꝝ ad pr̃es eoꝝ: ne forte veniã et p̃cutiã terrã anathemate.

Incipit prologus beati Iheronimi pbri.
in librum Machabeorum

Machabeorum libri duo prenotãt
ꝑlia. ĩter hebreoꝝ duces genteſqꝫ
perſarũ: pugnã qꝫ ſabbatoꝝ. et
nobiles machabei ducis triũ-
phos: ex cuius nomine et libri ipẽ ſunt nun
cupati. Hec qꝫ hiſtoria continet etiã inclita illa
geſta machabeorum fratrum: qui ſub antiocho
rege ꝓ ſacris legibus dira tormẽta perpeſſi ſũt.
Quos mater pia dum diuerſis ſupplicijs urge-
rentur nõ ſolum nõ fleuit: ſed et gaudens hor-
tabatur ad gloriam paſſionis.

Incipit liber machabeorum primus.

ET factũ eſt poſtqꝫ percuſſit
alexander philippi rex ma-
cedo qui primus regnauit ĩ
grecia egreſſus de ẗra cethim
dariũ regẽ pſarũ et medoꝝ.
cõſtituit ꝑlia multa: et obtinuit omniũ muni-
ciones: et interfecit reges terre. Et ptrãſijt uſqꝫ
ad fines terre: et accepit ſpolia mltitudinis gen-
tiũ: et ſiluit terra ĩ conſpectu eius. Et cõgrega-
uit uirtutẽ ⁊ exercitũ fortẽ nimis: et exaltatũ
eſt et eleuatũ cor eius: et obtinuit regiones gen-
tiũ et tirannos et facti ſũt illi ĩ tributũ. Et poſt
hec decidit ĩ lectum: et cognouit quia moreretur.
Et uocauit pueros ſuos nobiles qui ſecũ erant
nutriti a iuuentute ſua: ⁊ diuiſit illis regnũ
ſuum cũ adhuc uiueret. Et regnauit alexãder
annis duodecim: et mortuus eſt. Et obtinuerũt
pueri eius regnũ unuſquiſque in loco ſuo: ⁊
impoſuerũt oĩes ſibi diademata poſt mortem
eius et filij eoꝝ poſt eos annis mltis et mltipli-
cata ſũt mala ĩ terra. Et exijt ex eis radix pcti.
antiochus illuſtris filius antiochi regis qui fu-
erat rome obſes: et regnauit ĩ anno centeſimo-
triceſimo et ſeptimo regni grecorum. In diebus
illis exierũt ex yſrahel filij iniqui: ⁊ ſuaſerũt
multis dicentes. Eamus ⁊ diſponamus teſta-
mentũ cum gentibus q̃ circa nos ſũt: quia exq̃
receſſimus ab eis inuenerunt nos multa mala.
Et bonus uiſus ẽ ſermo in oculis eoꝝ. Et deſti-
nauerũt aliqui de populo et abierũt ad regem:
⁊ dedit illis poteſtatem. ut facerent iuſticiam
gencium. Et edificauerũt gymnaſium ĩ ihero-
ſolimis ſcđm leges nacionũ. et fecerũt ſibi ꝑpu-
cia: et receſſerũt a teſtamẽto ſancto. et iuncti ſũt
nacionibus: et uenũdati ſũt ut facerẽt malum.

Et paratũ eſt regnũ in conſpectu antiochi: et
cepit regnare in terra egipti: ut regnaret ſuper
duo regna. Et intrauit in egiptũ in mltitudine
graui in curribꝫ et elephantis et equitibus: ⁊
copioſa nauiũ mltitudine. Et conſtituit bellũ
aduerſus ptolomeũ regem egipti: et ueritus eſt
ptolomeus a facie eius ⁊ fugit: et ceciderunt
uulnerati mlti. Et compꝛhendit ciuitates mu-
nitas ĩ terra egipti: ⁊ accepit ſpolia ẗre egipti.
Et conuertit antiochus poſtqꝫ pcuſſit egiptũ ĩ
centeſimo ⁊ quadrageſimo et tercio anno ⁊
aſcendit ad iſrahel: et aſcendit iheroſolimis in
mltitudĩe graui. Et intrauit ĩ ſãctificacõnem
cũ ſupbia: et accepit altare aureũ et candelabrũ
luminis et uniuerſa uaſa eius et menſam ꝓpo-
ſicõnis et libatoria et fialas et mortariola aurea
et uelũ et coronas et ornamentũ aureũ qđ in fa-
cie templi erat: et comminuit omĩa. Et accepit
argentũ et aurũ et uaſa concupiſcabilia: et acce-
pit theſauros occltos q̃s ĩuenit: et ſublatis oĩibꝫ
abijt in terram ſuã. Et fecit cedem hominũ: et
locutus ẽ in ſupbia magna. Et factus eſt planc-
tus magnus in iſrahel: et in omĩ loco eorũ. Et
ingemuerũt principes et ſeniores: et iuuenes et
uirgines infirmati ſũt: et ſpecioſitas mlierum
immutata ẽ. Omĩs maritus ſumpſit lamẽtũ:
⁊ que ſedebant in thoro maritali lugebant.
Et commota eſt terra ſuper habitantes in ea: ⁊
uniuerſa domus iacob induit cõfuſionem. Et
poſt duos annos dieꝝ miſit rex principẽ tribu-
toꝝ in ciuitates iuda: ⁊ uenit ihrlm cũ turba
magna. Et locutus eſt ad eos uerba pacifica in
dolo: ⁊ crediderũt ei. Et irruit ſup ciuitatem
repẽte: et pcuſſit eam plaga magna: et pdidit
ppłm mltũ ex iſrl. Et accepit ſpolia ciuitatis:
et ſuccendit eam igni. Et deſtruxit domos eius
et muros eius in circuitu: et captiuas duxerũt
mlieres et natos: et pecora poſſederũt. Et edifi-
cauerũt ciuitatẽ dauid muro magno et firmo et
turribꝫ firmis: et facta ẽ illis in arcem. Et po-
ſuerũt illic gentem peccatricem uiros iniquos:
⁊ conualuerũt in ea. Et poſuerũt arma ⁊
eſcas: et congregauerũt ſpolia ihrlm et repoſu-
erũt illic: ⁊ facti ſũt in laqueum magnũ. Et
factum eſt hoc ad inſidias ſanctificacõni ⁊ in
diabolũ magnum in iſrl ſemper. Et effuderũt
ſanguinẽ innocentẽ ꝑ circuitũ ſanctificacõnis:
et cõtaminauerũt ſanctificacõnem. Et fugerũt
habitatores ihrlm ꝓpter eos: et facta ẽ habitacio

exteroꝝ et facta eſt extera ſemī ſuo: et nati eius
reliquerūt eā. Sanctificacō eius deſolata ē ſicut
ſolitudo: dies feſti eius conuerſi ſunt in luctū:
ſabbata eius ī opprobriū. honores eius ī nichi-
lum. Secundū gliam eius multiplicata ē igno-
minia eius: et ſublimitas eius conuerſa eſt in
luctū. Et ſcripſit rex ātiochus oīi regno ſuo: ut
eſſet oīs pplus unus. Et reliqrunt unuſquiſqꝫ
legem ſuā: ⁊ conſenſerunt omnes gentes ſcdm
vbū regis antiochi. Et multi ex iſrł cōſenſerūt
ei: et ſacrificauerunt ydolis: et coinquinauerūt
ſabbatū. Et miſit rex antiochus libros ꝑ ma-
nus nunciorꝝ in ihrlm et ī oīes ciuitates iude.
ut ſequerent̄ leges gentium terre: ⁊ ꝓhiberent
olocauſta et ſacrifitia et placacōnes fieri in tēplo
dei: et ꝓhiberent celebrari ſabbatū ⁊ dies ſolē-
nes. Et iuſſit coinquinari ſancta: et ſanctum
populū iſrahel. Et iuſſit edificari aras et temp-
la et ydola et immolari carnes ſuillas et pecora
cōmunia: et relinquere filios ſuos incircūciſos
et coinquinari aīas eoꝝ ī oībꝫ inmūdicijs et
abominacōnibus: ita ut obliuiſcerentur legem
et immutarēt oīes iuſtificationes dei. Et qui-
cūqꝫ non feciſſent ſecundū verbū regis antiochi
morerent̄. Secundū oīa verba hec ſcripſit oīi
regno ſuo: et ꝑpoſuit principes populo qui hec
fieri cogerent. Et iuſſerūt ciuitatibꝫ iude ſacri-
ficare. Et cōgregati ſūt multi de populo ad eos
qui dereliquerāt legem dñi: et fecerūt mala ſup
terrā: et effugauerūt populū iſrahel in abditis
et ī abſcōditis fugitiuoꝝ locis. Die qūta decia
menſis caſleu. quinto et quadrageſimo et cente-
ſimo anno edificauit rex antiochus abomīandū
ydolum deſolacōnis ſup altare dei: et ꝑ uniuſas
ciuitates iude in circuitu edificauerūt aras: et
ante ianuas domorū et in plateis incendebant
thura et ſacrificabant. Et libros legis dei com-
buſſerūt igni ſcindentes eos: et apud quemcūqꝫ
inueniebant̄ libri teſtamenti dñi et quicūqꝫ ob-
ſeruabat legē dñi: ſcdm edictū regis trucidabāt
eū. In vtute ſua faciebant hec populo iſrł: qui
inueniebat̄ ī oīi menſe ī ciuitatibꝫ. Et qūta
et viceſima die menſis ſacrificabant ſup aram
que erat contra altare: et mulieres que circūci-
debant filios ſuos trucidabant̄ ſcdm iuſſū regis
antiochi. Et ſuſpendebant pueros a ceruicibus
ꝑ uniuerſas domos eoꝝ: et eos qui circūciderant
illos trucidabant. Et multi de populo iſrahel
diffinierūt apud ſe. ut nō māducarēt īmūda:

⁊ elegerunt magis mori q̄ȝ cibis coinquinari
immūdis: ⁊ noluerunt infringere legem dei
ſanctā. et trucidati ſunt. Et facta ē ira magna
In diebꝫ illis ſurrexit ·II· ſup populū valde.
Matathias filius iohannis filij ſimeonis ſacdos
ex filijs ioarim ab iheruſalem: ⁊ conſedit in
mōte modin. Et habebat filios quīqꝫ: iohānan
qui cognomīabat̄ gaddis. et ſimonē qui cogno-
mīabat̄ thaſi. et iudam qui vocabatur macha-
beus: et eleazarū qui cognominabat̄ abaron. et
ionathan qui cognoīabat̄ apphus. Hij viderūt
mala que fiebant in populo iuda et in ihrlm.
Et dixit matathias. Ve michi. Vt qd natus
ſum videre contricōem ppli mei et contricōnem
ciuitatis ſancte. et ſedere illic cū dat̄ in manibꝫ
inimicoꝝ? Sancta ī manu extraneoꝝ facta ſūt:
templum eius ſicut homo ignobilis. Vaſa gle
eius captiua adducta ſunt: trucidati ſunt ſenes
eius ī plateis: et iuuenes eius ceciderūt ī gladio
inimicorum. Que gens nō hereditauit regnū
eius: et nō obtinuit ſpolia eius? Omīs compo-
ſitio eius ablata eſt. Que erat libera. facta eſt
ancilla. Et ecce ſancta nr̄a et pulcritudo noſtra
et claritas nr̄a deſolata eſt et coinquinauerunt
eā gentes. Quo ergo nobis adhuc viuere? Et
ſcidit veſtimenta ſua matathias et filij eius: et
operuerūt ſe cilicijs: et planxerūt valde. Et vene-
rūt illuc qui miſſi erant a rege antiocho: ut co-
gerent eos qui confugerant ī ciuitatem modin
immolare et accendere thura: et a lege dei diſce-
dere. Et multi de populo iſrahel conſentientes
acceſſerūt ad eos: ſed matathias et filij eius con-
ſtanter ſteterūt. Et reſpondētes qui miſſi erant
ab antiocho dixerunt matathie. Princeps et
clariſſimus ⁊ magnus es in hac ciuitate: ⁊
ornatus filijs et fratribꝫ. Ergo accede ꝑor et fac
iuſſū regis ſicut fecerūt oīes gētes et viri iuda
et qui remanſerūt in ihrlm: et eris tu et filij tui
inter amicos regis: et amplificatus auro et ar-
gento et muneribꝫ multis. Et reſpondit mata-
thias: ⁊ dixit magna voce. Et ſi oīes gentes
regi antiocho obediūt ut diſcedant unuſquiſqꝫ a
ſeruitute legis patrū ſuoꝝ et cōſentiāt mādatis
eius: ego ⁊ filij mei et fratres mei obediemus
legi patrum nr̄oꝝ. Propicius ſit nobis deus:
nō eſt nobis vtile relinquere legem et iuſticias
dei. Non audiemus verba regis antiochi: nec
ſacrificabimus tranſgredientes legis nr̄e man-
data: ut eamus altera via. Et ut ceſſauit loqui

ūba hec: acceſſit quidā iudeus ī oīm oculis ſacri
ficare ydolis ſup aram in ciuitate modin ſcdm
iuſſū regis. Et vidit matathias ⁊ doluit: et
contremuerūt renes eius. Et accenſus eſt furor
eius ſcdm iudiciū legis: ⁊ inſiliens trucidauit
eū ſup aram. Sed ⁊ virum quē rex antiochus
miſerat q̄ cogebat immolari occidit in ipō tpe.
et aram deſtruxit: ⁊ zelatus ē legem ſicut fecit
finees zambri filio ſalomi. Et exclamauit ma-
tathias voce magna ī ciuitate dicens. Omnis
qui zelū habet legis ſtatuens teſtamētum exeat
poſt me. Et fugit ipſe et filij eius in montes:
et reliquerūt quecūqꝫ habebant ī ciuitate. Tūc
deſcenderūt multi querentes iudiciū et iuſticiā
in deſertū: et ſederūt ibi ipſi et filij eius et mu-
lieres eoꝝ et pecora eoꝝ: quoniā indurauerunt
ſup eos mala. Et renunciatū eſt viris regis ⁊
exercitui qui erant in iheruſalē ciuitate dauid:
quoniā diſceſſiſſent viri quidā qui diſſipauerūt
mandatum regis in loca occulta in deſerto: ⁊
abiſſent poſt illos multi. Et ſtatim prexerunt
ad eos: et cōſtituerunt ad verſus eos p̄lium in
die ſabbatoꝝ. Et dixerūt ad eos. Reſiſtitis ⁊
nūc adhuc? Exite: et facite ſecundū verbū regis
antiochi · ⁊ viuetis. Et dixerūt. Non exibi-
mus: neqꝫ faciemus verbū regis ut polluamus
diem ſabbatorū. Et concitauerūt aduerſus eos
prelium: ⁊ nō reſponderūt illis · nec lapidem
miſerūt in eos nec oppilauerūt loca occulta di-
centes. Moriamur oēs in ſimplicitate nr̄a:
et teſtes erunt ſup nos celū et terra quod iniuſte
perditis nos. Et intulerūt illis bellū ſabbatis:
et mortui ſūt ipſi et vxores eoꝝ ⁊ filij eoꝝ et pe-
cora eorū: uſqꝫ ad mille animas hoīm. Et cog-
nouit matathias et amici eius: et luctū habue-
runt ſup eos valde. Et dixit vir ꝓximo ſuo. Si
oēs fecerimus ſicut fratres noſtri fecerūt et nō
pugnauerimus adūſus gētes ꝓ aīabꝫ noſtris
⁊ iuſtificacōibꝫ nr̄is: citius diſperdent nos a
terra. Et cogitauerūt ī die illa dicentes. Oēs
homo quicūqꝫ venerit ad nos in bello die ſabba-
torū pugnemus aduerſus eū: et nō moriemur
omnes ſicut mortui ſūt fratres nr̄i in occultis.
Tunc congregata eſt ad eos ſinagoga iudeorū
fortibꝫ viribꝫ ex iſrahel: oēs voluntarius ī lege
et oēs qui fugiebāt a malis additi ſūt ad eos:
et facti ſūt illis ad firmamentū. Et collegerūt
exercitū: et pcuſſerūt pctores ī ira ſua ⁊ viros
iniquos ī indignatione ſua: et ceteri fugerunt

ad naciones ut euaderent. Et circuiuit mata-
thias et amici eius et deſtruxerūt aras: et circū-
ciderunt pueros incircūciſos quotqt inuenerūt
in finibꝫ iſrahel in fortitudine. Et pſecuti ſunt
filios ſupbie: et ꝓſperatum ē opus in manibus
eorū. Et obtinuerūt legem de manibꝫ gentium
et de manibꝫ regū: ⁊ nō dederūt cornu pctori.
Et appropinquauerūt dies matathie moriēdi:
et dixit filijs ſuis. Nūc confortata eſt ſuperbia
et caſtigatio: ⁊ tp̄s euerſionis et ira indigna-
cōis. Nūc ergo o filij emulatores eſtote legis:
et date animas veſtras ꝓ teſtamento patrū. Et
memētote opum patrū que fecerūt in generati-
onibꝫ ſuis: et accipietis gloriā magnā et nomē
eternū. Abrahā nōne in temptatione inuētus
eſt fidelis: et reputatū eſt ei ad iuſticiā? Joſeph
ī tpe anguſtie ſue cuſtodiuit mādatū: et factus
eſt dn̄s egipti. Finees pater noſter zelando zelū
dei accepit teſtamentū ſacerdotij eterni. Iheſus
dum impleuit verbum factus ē dux ī iſrahel.
Caleph dum teſtificat̄ in eccleſia accepit heredi-
tatem. Dauid ī ſua miſericordia conſecutus eſt
ſedem regni in ſecula. Helias dum zelat zelum
legis · receptus ē in celum. Ananias azarias et
miſahel credentes liberati ſūt de flāma. Daniel
in ſua ſimplicitate liberatus ē de ore leonū. Et
ita cogitate ꝑ generationē et generationē: quia
omnes qui ſperant in eum nō infirmant̄. Et a
ūbis viri pctoris ne timueritis: quia gloria eius
ſtercus et vermis eſt. Hodie extollit̄ et cras non
inuenietur: quia conuerſus eſt ī terram ſuā: ⁊
cogitacō eius perit. Vos ergo filij cōfortamini
et viriliter agite ī lege: quia cū feceritis q̄ vobis
p̄cepta ſūt in lege a dn̄o deo veſtro: in ipā gloſi
eritis. Et ecce ſimon frater veſter ſcio quod vir
conſilij eſt. Ipm̄ audite ſemp: et ipē erit vobis
pr̄. Et iudas machabeus fortis viribꝫ a iuuen-
tute ſua ſit vobis princeps milicie: et ipſe aget
bellū populi. Et adducetis ad vos oēs factores
legis: et vindicate vindictā populi veſtri. Re-
tribuite retribucōnem gentibꝫ: et intendite in
p̄ceptū legis. Et benedixit eos: et appoſitus ē ad
patres ſuos. Et defūctus ē cēteſimo et quadra-
geſimo ſexto anno: ⁊ ſepultus ē a filijs ſuis in
ſepulcris patrum ſuoꝝ in modin: et planxerūt
eum omnis iſrahel planctu magno. III.

Et ſurrexit iudas qui vocabat̄ machabeus
filius eius ꝓ eo: et adiuuabāt eū oēs
fratres eius et uniuerſi qui ſe cōiunxerant patri

eius: et ꝓliabant̄ prelium iſrahel cū leticia. Et
dilatauit gloriā populo ſuo: et induit ſe loricā
ſicut gigas & ſuccinxit ſe arma bellica ſua in
prelijs: et ꝓtegebat caſtra gladio ſuo. Similis
factus eſt leoni in opibus ſuis: et ſicut catulus
leonis rugiens in venatione. Et perſecutus eſt
iniquos ꝑſcrutans eos: et qui cōturbabāt ꝑplm
ſuum· eos ſuccendit flammis: et repulſi ſūt in=
imici eius ꝑ timore eius. Et oēs operarij ini=
quitatis cōturbati ſūt: et directa ē ſalus ī manu
eius. Et exacerbabat reges multos: et letificabat
iacob ī operib; ſuis: et ī ſeculum memoria eius
in benediccōne. Et ꝑambulabat ciuitates iuda
et perdidit impios ex eis: et auertit irā ab iſrl.
Et nominatus eſt uſq; ad nouiſſimū terre: &
congregauit pereuntes. Et congregauit appol=
lonius gentes: et a ſamaria virtutem multā et
magnā ad bellandū cōtra iſrahel. Et cognouit
iudas et exijt obuiā illi: et ꝑcuſſit et occidit illū
et ceciderunt vulnerati multi et reliqui fugerūt:
et accepit ſpolia eoꝝ. Et gladiū appollonij abſ=
tulit iudas: et erat pugnās in eo oīb; dieb;.
Et audiuit ſeron princeps exercitus ſirie: quod
congregauit iudas cōgregacōnem fidelium &
eccleſiā ſecum. Et ait. Faciā michi nomē &
glorificabor ī regno: et debellabo iudā et eos qui
cum ipſo ſūt: qui ſpernebant verbum regis. Et
ꝑparauit ſe: et aſcenderūt cum eo caſtra impioꝝ
fortes auxiliarij ut facerent vindictam in filios
iſrl. Et appropinquauerunt uſq; bethoron: et
exiuit iudas obuiā illis cū paucis. Ut autem
viderūt exercitum venientē ſibi obuiā: dixerūt
iude. Quomō poterimus pauci pugnare cōtra
multitudinē tantā· tam fortē? Et nos fatigati
ſumus ieiunio hodie. Et ait iudas. Facile eſt
concludi multos in manu paucoꝝ: et non eſt
differentia in conſpectu dei celi liberare in multis
et ī paucis: quoniā nō in multitudine exercitus
victoria belli: ſed de celo fortitudo eſt. Ipſi ve=
niunt ad nos in multitudine contumacia et ſu=
perbia: ut diſperdāt nos et vxores nr̄as et filios
noſtros: et ut ſpolient nos. Nos vero pugna=
bimus ꝓ animab; nr̄is et legib; noſtris· et ipſe
dn̄s conteret eos ante faciem noſtrā. Vos autē
ne timueritis eos. Ut ceſſauit autē loq; inſiluit
in eos ſubito: et contritus eſt ſeron et exercitus
eius in conſpectu ipſius: & ꝑſecutus eſt eū in
deſcenſu bethoron uſq; in campū. Et ceciderunt
ex eis octingēti viri: reliqui autē fugerūt ī terrā

philiſtijm. Et cecidit timor iude ac fratrū eius
et formido ſup oēs gentes· in circuitu eoꝝ: &
peruenit ad regem nomē eius: et ď prelijs iude
narrabant oēs gentes. Ut audiuit autē rex
antiochus ſermones iſtos iratus ē aīo: et miſit
et cōgregauit exercitū vniuerſi regni ſui caſtra
fortia valde. Et aperuit erarium ſuum: et dedit
ſtipendia exercitui in annum: et mādauit illis
ut eſſent parati ad oīa. Et vidit ꝙ defecit pe=
cunia de theſauris ſuis et tributa regionis mo=
dica ꝓpter diſſenſionem et plagam quā fecit in
terra: ut tolleret legitima q̄ erāt a primis dieb;.
Et timuit ne nō haberet et ſemel et bis ī ſūptus
et donatiua que dederat ante larga manu: &
abundauerat ſup reges qui ante eum fuerant.
Et conſternatus erat aīo valde: et cogitauit ire
in ꝑſidem et accipere tributa regionū: & con=
gregare argentū multū. Et reliquit liſiā hoīem
nobilem de genere regali ſuper negocia regia a
flumine eufraten uſq; ad flumen egipti: & ut
nutriret antiochū filium ſuū donec rediret. Et
tradidit ei medium exercitū et elephantos: &
mandauit ei de oīb; que volebat et de inhabi=
tantib; iudeam & iheruſalem: et ut mitteret
ad eos exercitū ad conterendā et extirpandā vir=
tutem iſrahel· et reliquias ihrlm· et auferendā
memoriā eoꝝ de loco: et ut conſtitueret habita=
tores filios alienigenas in omnib; finib; eoꝝ:
et ſorte diſtribueret terram eoꝝ. Et rex aſſūpſit
partem exercitus reſidui· et exiuit ab antiochia
ciuitate regni ſui anno centeſimo et quadrage=
ſimo ſeptimo: et tranſfretauit eufraten flumē:
et perambulabat ſuperiores regiones. Et elegit
liſias ptholomeū filium dorimini et nichanorē
et gorgiā viros potentes ex amicis regis: et miſit
cū eis quadraginta milia viroꝝ et ſeptem milia
equitū: ut venirent in terrā iuda et diſperderēt
eā ſecundum verbū regis. Et ꝓceſſerūt ut irēt
cū vniūſa virtute ſua: et venerūt et applicuerūt
ammaūn in terra cāpeſtri. Et audierunt merca=
tores regionū nomē eoꝝ: & acceperūt argentū
et aurū multū valde et pueros· et venerūt ī caſt̄
ut acciperent filios iſrahel ī ſeruos: et additi ſūt
ad eos exercitus ſirie et terre alienigenarum. Et
vidit iudas et fratres eius quia multiplicata ſūt
mala: et exercitus applicabat ad fines eoꝝ: &
cognouerūt verba regis que mandauit populo
facere ī interitū et conſūmacōnem. Et dixerūt
vnuſquiſq; ad ꝓximū ſuū. Erigamus deieccōēꝫ

populi noſtri: et pugnemus ꝑ populo noſtro
et ſanctis noſtris. Et congregatus ē conuentus
ut eſſent parati in preliū: et ut orarent et peterēt
miſericordiam et miſerationes. Et iheruſalem
nō habitabatᷣ: ſed erat ſicut deſertū. Non erat
qui ingrederetᷣ et egrederetur de natis eius: &
ſanctū conculcabatᷣ. Et filij alienigenaꝝ erant
in arce: ibi erat habitatio gentiū. Et ablata eſt
voluptas a iacob: et defecit ibi tibia et cithara.
Et congregati ſūt et venerūt in maſphat cōtra
iheruſalem. quia locus oracōnis erat ī maſphat
ante iſrahel. Et ieiunauerūt illa die: et indu-
erunt ſe cilicijs et cinerē impoſuerūt capiti ſuo:
et diſciderūt veſtimenta ſua. Et expanderunt
libros legis de quibꝫ ſcrutabanᷣ gētes ſimilitudinē
ſimulacroꝝ ſuorū: & attullerunt ornamenta
ſacerdotalia et primicias et decimas: et ſuſcitaue-
rūt nazareos q̄ impleuerāt dies: et clamauerūt
voce magna in celū dicentes. Quid faciemus
iſtis: et quo eos ducemus? Et ſancta tua cōcul-
cata ſūt et cōtaminata ſūt: et ſacerdotes tui facti
ſunt in luctū et ī humilitatē. Et ecce nationes
conuenerūt aduerſum nos: ut nos diſperdāt.
Tu ſcis que cogitant in nos. Quō poterimus
ſubſiſtere ante faciem eoꝝ: niſi tu deus adiuues
nos? Et tubis exclamauerūt voce magna. Et
poſt hec cōſtituit iudas duces populi: tribunos
et cēturiones et pentacontarchos et decuriones.
Et dixit hijs qui edificabant domos et ſpōſabāt
vxores & plantabant vineas et formidoloſis:
ut redirent vnuſquiſq; in domū ſuā ſecundum
legem. Et mouerūt caſtra: et collocauerūt ad
auſtrū ammaum. Et ait iudas. Accingimini
& eſtote filij potentes. et eſtote parati in mane
ut pugnetis aduſus nacōnes has q̄ conuenerūt
diſperdere nos et ſancta noſtra: quoniā melius
eſt nos mori in bello: q̄ȝ videre mala gentis nr̄e
et ſanctoꝝ. Sicut autē fuerit voluntas ī celo ſic
(fiat.

IIII

Et aſſūpſit gorgias quinq;
milia viroꝝ: et mille equites electos. Et
mouerūt caſtᷣ nocte ut applicarēt ad caſtᷣ iudeo-
rū: et percuterēt eos ſubito. Et filij q̄ erāt ex arce
erāt illis duces. Et audiuit iudas: & ſurrexit
ipſe et potētes percutere vtutē exercitūū regis: q̄ erāt
ī ammaū. Adhuc enī diſperſus erat exercitus
a caſtris. Et venit gorgias ī caſtra iude noctu:
et nemīnē inuenit. Et q̄rebat eos in montibꝫ:
quī dixit: fugiūt hij a nobis. Et cū dies factus
eſſet apparuit iudas in campo cū tribus milibꝫ
viroꝝ tantū: qui tegimēta et gladios nō habe-
bant. Et viderūt caſtra gentiū valida: et lorica-
tus et equitatus in circuitu eoꝝ: & hij docti ad
preliū. Et ait iudas viris qui ſecum erāt. Ne
timueritis multitudinē eoꝝ: et impetū eorū ne
formidetis. Mementote qualiter ſalui facti ſunt
p̄res nr̄i in mari rubro: cū ſequeretᷣ eos pharao
cū exercitu multo. Et nūc clamemus in celum
et miſerebiᷣ nr̄i dn̄s: et memor erit teſtamenti
patrū nr̄oꝝ et conteret exercitū iſtū ante faciem
nr̄am hodie: et ſcient oīes gentes quia eſt deus
qui redimat & liberet iſrahel. Et leuauerunt
alienigene oculos ſuos: et viderūt eos venientes
ex aduſo. Et exierūt de caſtris in preliū: et tuba
cecinerūt hij qui fuerant cū iuda. Et congreſſi
ſūt: et contrite ſūt gentes et fugerūt in campū.
Nouiſſimi autē ceciderūt in gladio: et pſecuti
ſunt eos uſq; gezeron et uſq; in campos ydumee
et azoti et iamnie: et ceciderūt ex illis uſq; ad tria
milia viroꝝ. Et reuerſus eſt iudas: et exercitus
eius ſequens eū. Dixitq; ad populum. Non
concupiſcatis ſpolia quia bellū contra nos eſt:
et gorgias et exercitus eius ꝓpe nos ī montibꝫ:
ſed ſtate nūc contra inimicos noſtros et expug-
nate eos: et ſumetis poſtea ſpolia ſecuri. Et ad-
huc loquente iuda hec: ecce apparuit pars quedā
pſpiciens de monte. Et vidit gorgias q ī fugā
conuerſi ſūt ſui: et ſuccēſa ſūt caſtra. Fumus
enī qui videbatᷣ declarabat qd̄ factū eſt. Quibꝫ
illi conſpectis timuerūt valde: aſpicientes ſimul
et iudā et exercitū in campo paratū ad preliū.
Et fugerunt omnes in campo alienigenarū: et
iudas reuerſus eſt ad ſpolia caſtroꝝ. Et accepit
aurū multū et argentū et iacinctū et purpurā
marinā et opes magnas: et conuerſi ymnū cane-
bāt et benedicebāt deū in celū quoniā bonus ē:
quī in ſeculum miſericordia eius. Et facta eſt ſalus
magna in iſrahel in die illa. Quicūq; autem
alienigenaꝝ euaſerūt: venerūt et nunciauerūt
liſie vniuerſa que acciderāt. Quibꝫ ille auditis
conſternatus aīo deficiebat: q nō qualia voluit
talia contigerūt in iſrahel: et qualia mandauit
rex. Et ſequenti anno congregauit liſias viroꝝ
electoꝝ ſexaginta milia et equitū quinq; milia:
ut debellaret eos. Et venerunt ī iudeā: et caſtra
poſuerūt in bethoron: et occurrit illis iudas cū
decē milibꝫ viris. Et viderūt exercitum fortē: et
orauit et dixit. Benedictus es ſaluator iſrl' qui
contriuiſti impetū potentis in manu ſerui tui

dauid: et tradidiſti caſtra alienigenaꝝ ĩ manu
ionathe filij ſaul et armigeri eius. Cõclude ex-
ercitũ iſtũ ĩ manu ꝓpli tui iſrl': et ꝯfundantᷣ in
exercitu ſuo et eq̃tibus. Da illis formidinẽ: &
tabefac audaciã v̓tutis eoꝝ: et cõmoueantᷣ cõtri-
cõne ſua. Deice illos gladio diligẽtium te: &
collaudent te om̃es qui nouerũt nomẽ tuum in
ymnis. Et cõmiſerũt prelium: & ceciderũt de
exercitu liſie quinq3 milia viroꝝ. Videns autẽ liſi-
as ſuoꝝ fugã · et iudeoꝝ audaciã · et ꝙ parati ſũt
aut viuere aut mori fortiter: abijt antiochiam
et elegit milites: ut multiplicati rurſus venirẽt
in iudeã. Dixit autẽ iudas et fratres eius. Ecce
contriti ſũt ĩimici nr̃i: aſcẽdamus nũc mũdare
ſancta & renouare. Et congregatus eſt om̃is
exercitus: & aſcenderũt in montem ſyon. Et
viderunt ſantificationem deſertam & altare
ꝓphanatũ · et portas exuſtas: et ĩ atrijs v̓gulta
nata ſicut ĩ ſaltu · uel ĩ montib9: et paſtoforia
diruta. Et ſciderũt veſtimẽta ſua et planxerũt
planctu magno: et impoſuerũt cinerem ſuper
caput ſuũ · et ceciderunt in faciẽ ſup terram: &
exclamauerũt tubis ſignoꝝ & clamauerũt in
celũ. Tũc ordinauit iudas viros ut pugnarẽt
aduſus eos qui erãt in arce: donec emũdarent
ſancta. Et elegit ſacerdotes ſine macula voluntatẽ
habentes in lege dei: et mundauerũt ſancta: et
tulerũt lapides cõtaminacõis ĩ locũ immũdũ.
Et cogitauit de altari olocauſtorũ qđ ꝓphanatũ
erat: quid de eo faceret. Et incidit illi cõſilium
bonum ut deſtrueret illud: ne forte illis eſſet in
opprobriũ quia cõtaminauerũt illud gentes: et
demoliti ſunt illud. Et repoſuerunt lapides in
montem domus ĩ loco apto: quoadusq3 veniret
ꝓpheta et reſponderet de eis. Et acceperũt lapides
integros ſcḋm legem: & edificauerunt altare
nouũ ſecundũ illud quod fuit prius: & edifi-
cauerũt ſancta: et que intra domũ erãt intrin-
ſecus et edẽ: et atria ſanctificauerũt. Et fecerũt
vaſa ſancta noua: et intulerũt candelabrũ &
altare ĩcenſoꝝ et menſã ĩ templũ. Et incẽſum
poſuerũt ſup altare: et accenderũt lucernas que
ſup candelabrũ erant: & lucebant in templo.
Et poſuerũt ſuper menſã panes: et appenderũt
velamina: & conſũmauerũt om̃ia opera que
fecerãt. Et ante matutinũ ſurrexerũt quĩta et
viceſima die menſis noni · hic eſt menſis caſleu
centeſimi quadrageſimioctaui anni: et obtule-
rũt ſacrificiũ ſecundũ legem ſup altare olocau-
ſtoꝝ nouũ qđ fecerũt. Secundũ tempus et ſcḋm
diẽ in qua cõtaminauerũt illud gentes: in ipſa
renouatũ eſt in canticis et citharis et cinyris &
cimbalis. Et cecidit om̃is ꝓplus in faciẽ: et ado-
rauerũt et benedixerũt in celum eũ qui ꝓſpera-
uit eis. Et fecerũt dedicationem altaris diebus
octo: & obtulerũt olocauſta cũ leticia: et ſalu-
taria laudis. Et ornauerũt faciẽ templi coronis
aureis et ſcutulis: et dedicauerũt portas & pa-
ſtoforia: et impoſuerũt eis ianuas. Et facta ẽ
leticia in populo magna valde: et auerſum eſt
opprobriũ gentiũ. Et ſtatuit iudas et fratres eius
et vniuſa eccleſia iſrl' ut agantᷣ dies dedicacionis
altaris ĩ temporib9 ſuis ab anno in annũ ꝑ dies
octo: a quinta et viceſima die menſis caſleu cũ
leticia & gaudio. Et edificauerũt in tempore
illo montẽ ſion et per circuitũ muros altos &
turres firmas: nequando venirent gentes et cõ-
culcarẽt eũ ſicut antea fecerunt. Et collocauit
illic exercitũ ut ſeruarent eũ: et muniuit eum
ad cuſtodiendã bethſuram: ut haberet populus
municionem contra faciem ydumee. V.

Et factũ eſt ut audierũt gentes ĩ circuitu
quia edificatum ẽ altare et ſãctuarium
ſicut prius irate ſũt valde: & cogitabãt tollere
genus iacob · qui erant inter eos: & ceperunt
occidere de populo et ꝑſeq̃. Et debellabat iudas
filios eſau ĩ ydumea et eos q̇ erãt ĩ arabathane
quia circũ ſedebãt iſrlitas: et ꝑcuſſit eos plaga
magna. Et recordatus ẽ malicia filioꝝ bean: q̇
erant ꝓplo in laqueum et ĩ ſcandalũ inſidiãtes
ei in via. Et concluſi ſũt ab eo in turribus: &
applicuit ad eos · et anathematizauit eos: et in-
cendit turres eoꝝ igni cum om̃ib9 q̇ in eis erãt.
Et trãſiuit ad filios ammon et inuenit manũ
fortẽ & populũ copioſum: et timotheum ducẽ
ipſoꝝ. Et cõmiſit cum eis ꝓlia multa et cõtriti
ſũt in conſpectu eoꝝ et ꝑcuſſit eos: et cepit iazer
ciuitatẽ et filias eius: et reuerſus ẽ in iudeam.
Et cõgregate ſũt gẽtes que ſũt ĩ galaad aduſus
iſrahelitas qui erãt ĩ finib9 eoꝝ ut tollerẽt eos:
et fugerunt ĩ datheman munitionẽ: et miſerũt
litteras ad iudam et fratres eius dicentes. Con-
gregate ſũt aduſũ nos gentes ꝑ circuitũ ut nos
auferant: et parant venire et occupare municõez
in quã cõfugimus: et timotheus ẽ dux exercitus
eoꝝ. Nunc ergo veni et eripe nos de manibus
eoꝝ: quia cecidit multitudo de nobis. Et om̃es
fratres nr̃i qui erant ĩ locis tubin interfecti ſũt:

et captiuas duxerunt vxores eorũ ⁊ natus ⁊
ſpolia: ⁊ peremerũt illic fere mille viros. Et
adhuc epiſtole legebantꝰ: et ecce alij nuncij vene
runt de galilea conciſſis tunicis nũciantes ſcdm
verba hec: dicentes conueniſſe aduerſum ſe a
ptholomaida et tyro ⁊ ſydone: et repleta eſt
om̃is galilea alienigenis: ut nos conſumant.
Vt audiuit autem iudas et populus ſermones
iſtos: cõuenit eccleſia magna cogitare quid fa-
cerent fratribꝫ ſuis qui in tribulacõne erant ⁊
expugnabantur ab eis. Dixitq́ꝫ iudas ſymoni
fratri ſuo. Elige tibi viros et vade et libera frẽs
tuos ĩ galilea: ego autẽ et fratꝰ meus ionathas
ibimus in galaditidim. Et reliquit ioſephum
filiũ zacharie ⁊ azariã duces populi cũ reſiduo
exercitu in iudea ad cuſtodiã: ⁊ precepit illis
dicens. Preeſtote populo huic: et nolite bellũ
cõmittere adũſum gentes donec reuertamꝰ. Et
dati ſũt ſymoni viri tria milia ut iret ĩ galileã:
iude autem octo milia ĩ galaditidim. Et abijt
ſymon in galileã: et cõmiſit prelia multa cum
gentibus. Et contrite ſũt gentes a facie eius: et
perſecutus eſt eos uſq́ꝫ ad portã ptholomaidis.
Et ceciderũt de gentibꝫ fere tria milia viroꝝ: ⁊
accepit ſpolia eoꝝ. Et aſſumpſit eos qui erãt in
galilea et in arbatis cũ vxoribꝫ et natis et om̃ibꝫ
que erãt illis: ⁊ adduxit in iudeam cũ leticia
magna. Et iudas machabeus et ionathas ⁊
fratres eius trãſierũt iordanen: et abierũt viã
triũ dieꝝ in deſertũ. Et occurrerũt eis nabuthei
et ſuſceperũt eos pacifice: et narrauerũt eis om-
nia que acciderant fratribus eoꝝ in galaditide:
et quia multi ex eis cõprehenſi ſũt in baraſa et
boſor et in alimis ⁊ in caſphor et mageth ⁊
carnaim. Hee om̃es ciuitates munite et mag-
ne. Sed et ĩ ceteris ciuitatibꝫ galaditidis tenentꝰ
cõprehenſi. Et ĩ craſtinũ cõſtituerũt admouere
exercitũ ciuitatibꝫ hijs: et cõprehendere et tollere
eos in vna die. Et conuertit iudas et exercitus
eius viã in deſertũ boſor repente: ⁊ occupauit
ciuitatẽ et occidit omnem maſculũ in ore gladij:
et accepit om̃ia ſpolia eorũ et ſuccendit eã igni.
Et ſurrexerũt inde nocte: et ibant uſq́ꝫ ad mu-
nicõnem. Et factum eſt diluculo cũ eleuaſſent
oculos ſuos: et ecce populus multus cuius non
erat numerus: portantes ſcalas et machinas ut
cõprehenderẽt munitionẽ et expugnarẽt eos.
Et vidit iudas quia cepit bellũ: et clamor belli
aſcẽdit ad celũ ſicut tuba: et clamor magnus de

ciuitate. Et dixit exercitui ſuo. Pugnate ho-
die ꝓ fratribꝫ veſtris. Et venit tribꝫ ordinibus
poſt eos: et exclamauerũt tubis: et clamauerũt
in oratione. Et cognouerũt caſtra timothei quia
machabeus eſt: et refugerũt a facie eius. Et p-
cuſſerunt eos plaga magna: et ceciderũt ex eis
in die illa fere octo milia viroꝝ. Et diuertit iudas
in maſphat et expugnauit et cepit eã: et occidit
omnẽ maſculũ eius et ſumpſit ſpolia eius: ⁊
ſuccendit eã igni. Inde perrexit et cepit caſbon.
et maged et boſor: et reliquas ciuitates galadi-
tidis. Poſt hec autẽ verba congregauit timo-
theus exercitũ aliũ: et caſtꝰ poſuit cõtra raphon
trãs torrentẽ. Et miſit iudas ſpeculari exercitũ:
et renũciauerũt ei dicentes. quia conuenerunt
ad eum om̃es gentes que in circuitu nr̃o ſunt:
et exercitus multus nimis. Et arabas cõduxerũt
in auxiliũ ſibi: et caſtra poſuerũt trans torrentẽ
parati ad te venire in prelium. Et abijt iudas
obuiã illis. Et ait timotheus principibus exer-
citus ſui. Cũ appropinquauerit iudas et exerci-
tus eius ad torrentem aque: ſi tranſierit ad nos
prior. non poterimus ſuſtinere eũ: quia potens
poterit adũſum nos. Si vero timuerit tranſire
et poſuerit caſtra extra flumẽ: trãſfretemus ad
eos: ⁊ poterimus aduerſus illum. Vt autem
appropinquauit iudas ad torrentem aque ſtatuit
ſcribas populi ſecus torrentẽ: ⁊ mandauit eis
dicens. Neminẽ hoĩm reliqueritis: ſed veniãt
omnes in preliũ. Et tranſfretauit ad illos prior:
et om̃is populus poſt eũ. Et contrite ſũt om̃es
gẽtes a facie eoꝝ: et proiecerũt arma ſua: et fuge-
runt ad phanũ qd erat ĩ carnaim. Et occupauit
ipſam ciuitatẽ: et phanũ ſuccẽdit igni: cũ om̃ibꝫ
que erãt in ipſo. Et oppreſſa eſt carnaim: et nõ
potuit ſuſtinere cõtra faciẽ iude. Et cõgregauit
iudas vniuſos iſrahelitas qui erãt in galaditide
a minimo uſq́ꝫ ad maximũ: et vxores eorũ ⁊
natos et exercitũ magnũ valde: ut venirent in
terrã iude. Et venerũt uſq́ꝫ ephrõ: et hec ciuitas
magna ĩ ingreſſu poſita munita valde. Et nõ
erat declinare ab ea dextra uel ſiniſtꝰ: ſꝫ ꝑ mediã
iter erat. Et incluſerũt ſe qui erant ĩ ciuitate:
et obſtruxerũt portas lapidibꝫ. Et miſit ad eos
iudas verbis pacificis dicens. Tranſeamus per
terram vrãm ut eamus ĩ terrã nrãm: et nemo
vobis nocebit: tantum pedibꝫ trãſibimus. Et
nolebant eis aperire. Et ꝑcepit iudas ꝑdicare ĩ
caſtris: ut applicarẽt vnuſquiſq́ꝫ in quo erat loco.

Et applicauerūt ſe viri virtutis: et oppugnauit
ciuitatem illā tota die et tota nocte: ⁊ tradita
eſt ciuitas in manu eius. Et peremerūt omnē
maſculū ī ore gladij: et eradicauit eā et accepit
ſpolia eius: et trāſiuit ꝑ totam ciuitatē ſuper in-
terfectos. Et tranſgreſſi ſūt iordanen in campo
magno contra faciē bethſan. Et erat iudas cō-
gregans extremos: ⁊ exhortabat̄ populū· per
totam viā donec venirēt in terrā iuda. Et aſcē-
derūt ī montem ſyon· cū letitia et gaudio: ⁊
obtulerunt olocauſta: q̄ nemo ex eis cecidiſſet
donec reuīterent̄ in pace. Et in dieb; quib; erat
iudas et ionathas ī terra galaad· et ſymon frat̄
eius in galilea· contra faciē ptholomaidis au-
diuit ioſephus zacharie filius et azarias p̄ńceps
virtutis res bene geſtas: et prelia que facta ſūt:
et dixit. Faciamus et ipſi nobis nomen: ⁊
eamus pugnare adūſus gentes que in circuitu
noſtro ſunt. Et p̄cepit hijs qui erāt in exercitu
ſuo et abierunt iamniam: et exiuit gorgias de ci-
uitate· et viri eius obuiam illis in pugnā. Et
fugati ſūt ioſephus et azarias uſq; in fines iu-
dee: et ceciderūt illa die de populo iſrahel ad duo
milia viri. Et facta eſt plaga magna ī ꝑplo:
quia nō audierūt iudam et fratres eius: exiſti-
mantes fortiter ſe facturos. Ipſi autē nō erāt
de ſemine viroꝝ illoꝝ: per quos ſalus facta eſt in
iſrahel. Et viri iuda magnificati ſunt valde in
conſpectu oīūs iſrahel ⁊ gentiū omniū: vbi
audiebat̄ nomē eoꝝ. Et cōuenerūt ad eos fau-
ſta acclamātes. Et exiuit iudas et fratres eius et
expugnabāt filios eſau in terra q̄ ad auſtrū eſt:
et ꝑcuſſit chebron et filias eius: et muros eius et
turres eius ſuccendit igne ī circuitu. Et mouit
caſt̄ ut iret ī terrā alienigenaꝝ: et ꝑambulabat
ſamariā. In illa die ceciderūt ſacerdotes ī bello
dum volūt fortiter facere: dū ſine conſilio exeūt
in preliū. Et declinauit iudas in azotū in terrā
alienigenaꝝ: et diruit aras eoꝝ et ſpolia deorum
ſuoꝝ ſuccendit igni: ⁊ cepit ſpolia ciuitatum
et reuerſus eſt in terram iuda. VI

Et rex antiochus perambulauit ſuꝑiores
regiones. Et audiuit eſſe ciuitatem eli-
maidē in ꝑſide nobiliſſimā et copioſā in argēto
et auro: templūq; in ea locuplex valde. Et illic
velamina aurea et lorice ⁊ ſcuta: que reliquit
alexāder philippi rex macedo q̄ regnauit p̄mus
in grecia. Et venit ⁊ querebat capere ciuitatē
et deꝑ̄dari eā: ⁊ nō potuit qm̄ innotuit ſermo
hijs qui erāt in ciuitate. Et inſurrexerūt in p̄-
lium et fugit inde: et abijt cū triſticia magna:
et reuerſus eſt babiloniā. Et venit qui nūciaret
ei in ꝑſide: quia fugata ſūt caſtra que erant in
terra iuda: et quia abijt liſias cū virtute forti in
p̄mis et fugatus eſt a facie iudeoꝝ: et inualue-
rūt armis et virib; et ſpolijs multis que ceperūt
de caſtris q̄ exciderūt: et quia diruerūt abomīa-
cōnem quā edificauerāt ſuꝑ altare quod erat in
iheruſalem· et ſanctificacōnem ſicut prius ar-
cūdederūt muris excelſis: ſed et bethſurā ciuitatē
ſuā. Et factū eſt ut audiuit rex ſermones iſtos
expauit et cōmotus eſt valde: et decidit in lectū
et incidit in languorē p̄re triſticia: quia nō eſt
factū ſicut cogitabat. Et erat illic dies multos:
quia renouata eſt in eo triſticia magna: et ar-
bitratus eſt ſe mori. Et vocauit omnes amicos
ſuos: et dixit illis. Receſſit ſomnus ab oculis
meis: et cōcidi· et corrui corde p̄ ſolicitudine. Et
dixi ī corde meo. In quātam tribulacionē deue-
ni: et in quos fluctus triſticie ī qua nūc ſum:
qui iocundus erā et dilectus in poteſtate mea.
Nūc vero reminiſcor maloꝝ que feci ī ihrlm:
vnde et abſtuli oīa ſpolia aurea ⁊ argentea
que erāt in ea: et miſi auferre habitantes iudeā
ſine cauſa. Cognoui ergo q̄ ꝓpterea inuenerūt
me mala iſta: et ecce pereo triſticia magna in
t̄ra aliena. Et vocauit philippū vnū de amicis
ſuis: et ꝓpoſuit eū ſuꝑ vniuerſū regnū ſuū. Et
dedit ei diadema· et ſtolā ſuā et anulū: ut ad-
duceret antiochū filiū ſuum et nutriret eum et
regnaret. Et mortuus ē illic antiochus rex āno
centeſimoquadrageſimonono. Et cognouit li-
ſias qm̄ mortuus eſt rex: et conſtituit regnare
antiochū filiū eius quē nutriuit adoleſcentē: et
vocauit nomē eius eupatorē. Et hij qui erant ī
arce concluſerāt iſrahel in circuitu ſanctoꝝ: ⁊
q̄rebant eis mala ſemꝑ ad firmamentū gentiū.
Et cogitauit iudas diſperdere eos: et cōuocauit
vniuerſū populū ut obſideret eos. Et cōuenerūt
ſimul: et obſederūt eos anno cēteſimoquinqua-
geſimo: et fecerūt baliſtas et machinas. Et exi-
erūt quidā ex eis qui obſidebant̄: et adiūxerūt
ſe illis aliqui impij ex iſrahel: ⁊ abierunt ad
regem et dixerūt. Quouſq; nō facis iudiciū:
et vindicas fratres noſtros? Nos decreuimus
ſeruire patri tuo et ambulare in p̄ceptis eius ⁊
obſequi edictis eius: et filij populi nr̄i ꝓpter hec
alienabant ſe a nobis. Et quicūq; inueniebant̄

ex nobis interficiebantur: et hereditates nostre
diripiebant̄. Et non ad nos tantū extenderunt
manū: sed et in om̄es fines nostros. Et ecce ap=
plicuerūt hodie ad arcem ī ihrl̄m occupare eā:
et munic̄onem in bethsurā munierūt. Et niſi
p̄ueniens eos velocius maiora q̄z hec faciēt: et nō
poteris obtinere eos. Et iratus ē rex vt hec audi=
uit: et cōuocauit om̄es amicos ſuos: et p̄ncipes
exercitus ſui: et eos qui ſup equites erāt. Sed et
de regnis alijs et de inſulis maritimis venerūt
ad eū: exercitus cōducticiis. Et erat numerus
exercitus eius cētum milia peditū et viginti mi=
lia eq̄tū: et elephāti triginta duo: docti ad p̄lium.
Et venerūt p ydumeā et applicuerūt ad bethſu=
ram: et pugnauerūt dies multos: & fecerunt
machinas. Et exierūt et ſuccēderūt eas igni: et
pugnauerūt viriliter. Et receſſit iudas ab ar=
ce: & mouit caſtra ad bethzacharā cōtra caſtra
regis. Et ſurrexit rex ante lucē: et cōcitauit exē
citus impetū cōtra viā bethzacharan. Et cōpa=
rauerūt ſe exercitus in p̄liū: et tubis cecinerūt.
Et elephātis oſtēderūt ſanguinē vue et mori: ad
acuēdos eos in p̄liū. Et diuiſerūt beſtias p legi=
ones: et aſtiterūt ſingulis elephātis mille viri ī
loricis cōcathenatis et galee eree ī capitib₉ eoꝝ:
et quīgenti equites ordinati vniuſq̄z beſtie electi
erāt. Hij ante tempus vbicūq̄z erat beſtia ibi
erāt: et quocūq̄z ibat ibāt: et nō diſcedebant ab
ea. Sed et turres lignee ſup eos firme p̄tegētes
ſup ſingulas beſtias: et ſup eas machine. Et ſu=
per ſingulas viri virtutis triginta duo q̄ pugna=
bāt deſup: et intus magiſter beſtie. Et reſiduū
eq̄tatū hinc et inde ſtatuit ī duas partes: tubis
exercitū cōmonere: et purgere cōſtipatos ī legi
onib₉ eius. Et ut refulſit ſol in clipeos aureos
et ereos reſplēduerūt mōtes ab eis: et reſplēdue
rūt ſicut lāpades ignis. Et diſtēta ē pars exerci
tus regis p mōtes excelſos: & alij p loca humi
lia: et ibant caute et ordinate. Et cōmouebant̄
om̄es habitātes terrā a voce m̄ltitudinis eoꝝ:
et inceſſu turbe & colliſione armoꝝ. Erat enī
exercitus magnus valde et fortis. Et appropia=
uit iudas et exercitus eius in p̄liū: et ceciderūt
de exercitu regis ſexcēti viri. Et vidit eleazar fi=
lius ſaura vnā de beſtijs loricatā loricis regis: et
erat eminēs ſup ceteras beſtias. Et viſū ē ei q in
ea eſſet rex: et dedit ſe ut liberaret p̄plm ſuū: et
acq̄reret ſibi nomē eternū. Et cucurrit ad eam
audacter ī medio legionis īterficiēs a dextris et
a ſiniſtris: & cadebant ab eo huc atq̄z illuc. Et
iuit ſub pedes elephātis et ſuppoſuit ſe ei: et occi=
dit eū et cecidit ī terrā ſup ip̄m: et mortuus eſt
illic. Et videntes virtutē regis et impetū exercitus
eius. diuerterūt ſe ab eis. Caſtra autē regis aſcē=
derūt cōtra eos in ihrl̄m: et applicuerūt caſtra
regis ad iudeā et mōtem ſyon. Et fecit pacem
cū hijs q̄ erāt ī bethſura: et exierūt de ciuitate q̄a
nō erāt eis ibi alimenta cōcluſis: quia ſabbata
erāt terre. Et comp̄hendit rex bethſuram et cō=
ſtituit ibi cuſtodiā ſeruare eā: et cōuertit caſtrā ad
locū ſanctificac̄onis dies multos. Et ſtatuit illic
baliſtas et machinas: et ignis iacula et tormē=
ta ad lapides iactādos: et ſpicula & ſcorpios
ad mittēdas ſagittas: et fundibula. Fecerūt au
tem et ipſi machinas aduerſus machinas eoꝝ:
et pugnauerūt dies multos. Eſce autē nō erāt
in ciuitate eo q ſeptimus annus eſſet: et q̄ remā
ſerāt in iudea de gētib₉ cōſumpſerāt reliq̄as eoꝝ
que repoſite fuerāt. Et remāſerūt ī ſanctis viri
pauci quoniā obtinuerat eos fames: et diſperſi
ſūt vnuſquiſq̄z in locū ſuū. Et audiuit liſias q
philippus quē cōſtituerat rex antiochus cū ad=
huc viueret ut nutriret antiochum filiū ſuū &
regnaret: reūſus ē a p̄ſide et media et exercitus
qui abierat cū ip̄o: et q̄a querit ſuſcipere regni
negotia. Et feſtinauit ire: et dicere ad regē &
duces exercitus. Deficimus cotidie et eſca nobis
modica ē: et locus quē obſidemus ē munitus:
et incūbit nobis ordinare de regno. Nūc itaq̄
q̄z demus dextras hoib₉ iſtis: et faciamus cū illis
pacē et cū omni gente eoꝝ: et cōſtituamus illis
ut ambulēt ī legitimis ſuis ſicut p̄us. Prop=
ter legitima enī ip̄oꝝ que deſpeximus irati ſūt:
et fecerūt oīa hec. Et placuit ſermo in cōſpectu
regis et p̄ncipū: et miſit ad eos pacem facere:
et ceperūt illā: et iurauit illis rex et p̄ncipes &
exierūt de munic̄one. Et intrauit rex mōtem
ſyon et vidit munitionem loci: et rupit cicius
iuramētum q̄d iurauit: & mādauit deſtruere
murū in giro. Et diſceſſit feſtināter et reūſus ē
antiochiā: et īuenit philippū dn̄antē ciuitati:
et pugnauit adūſus eū & occupauit ciuitatē.

Anno cēteſimoquīquageſimo et **VII**
primo exiuit demetrius ſeleucī filius ab
vrbe roma: & aſcēdit cū paucis viris ī ciuitatē
maritimā: et regnauit illic. Et factū ē ut ingſ
ſus ē domū regni patrū ſuoꝝ comp̄hendit exer=
citus āntiochū et liſiam ut adduceret eos ad eū:

modo moleſtiā patiat̄ de hijs que ꝑ ignorātiam
geſta ſūt. Miſimus autē et menelaum qui vos
alloquat̄. Valete. Anno cēteſimoq̄dragesimo-
octauo xandici mēſis quīdecima die. Miſerunt
autē etiā romani epiſtolā ita ſe habentē. Quī-
tus memmius et titus manilius legati romano-
rū: ꝑplo iudeoꝝ ſalutē. De hijs que liſias cog-
natus regis cōceſſit vobis· et nos cōceſſimus: de
quibꝫ autē ad regē iudicauit referendū· cōfeſtim
aliquē mittite diligentius inter vos cōferentes:
ut decernamus ſicut congruit vobis. Nos enī
antiochiam accedimus. Ideoqꝫ feſtinate reſcri-
bere: ut nos quoqꝫ ſciamus cuius eſtis volūta-
tis. Bene valete. Anno cēteſimoq̄dragesimo-
octauo quītadecima die mēſis xādici. XII.

His factis paccōibꝫ liſias ꝑgebat ad regē:
iudei autē agriculture operā dabāt. Sed
hij q̄ reſederāt timotheus et appollonius gennei
filius· ſed et ieronimus et demophon· ſuper hos
et nichanor cypriarches nō ſinebāt eos ī ſilentio
agere et quiete. Ioppite vero tale quoddā flagi-
tiū ꝑpetrarūt. Rogauerūt iudeos cū quibꝫ ha-
bitabāt aſcēdere ſcaphas q̄s parauerāt cū vxoribꝫ
et filijs: quaſi nullis inimicicijs inter eos ſubia-
centibꝫ. Scd̄m cōmune itaqꝫ decretū ciuitatis· et
ipſis acquieſcentibꝫ pacīſqꝫ cauſa nichil ſuſpectū
habentibꝫ: cū in altū ꝓceſſiſſent ſubmerſerūt nō
minus ducentos. Quā crudelitatē iudas ī ſue
gentis hoīes factā ut cognouit· p̄cepit viris qui
erāt cū ipſo· et inuocato iuſto iudice deo venit
aduſus interfectores fratrū: et portū quidē nocte
ſuccendit: ſcaphas exuſſit: eos autē qui ab igne
refugerāt gladio peremit. Et cū hec ita egiſſet
diſceſſit q̄ſi iterū reuerſurus: et vniuerſos ioppitas
eradicaturus. Sed cū cognouiſſet et eos qui erāt
iamnie velle pari modo facere habitantibꝫ ſecū

iudeis: iamnitis quoqꝫ noctē ſuꝑuenit· et portū
cū nauibꝫ ſuccēdit: ita ut lumē ignis appareret
iheroſolimis ab ſtadijs ducentis quadraginta.
Inde cū iā abijſſent nouē ſtadijs et iter facerēt
ad timotheum: cōmiſerunt cū eo arabes quinqꝫ
milia viri· et equites quingēti. Cumqꝫ pugna
valida fieret et auxilio dei ꝓſpere ceſſiſſet: reſidui
victi arabes petebāt a iuda dextras ſibi dari pro-
mittētes ſe paſcua daturos: et in ceteris ꝓfutu-
ros. Iudas autē arbitratus vere in multis eos
vtiles ꝓmiſit pacē: dextriſqꝫ acceptis diſceſſere·
ad tabernacula ſua. Aggreſſus eſt autē et ciui-
tatē quandā firmā· pontibꝫ muriſqꝫ circūſeptā
q̄ a t̄bis habitabat̄ gentiū ꝓmiſcuaꝝ: cui nomē
caſphin. Hij vero qui intus erāt cōfidentes in
ſtabilitate muroꝝ et apparatu alimoniaꝝ remiſ-
ſius agebāt: maledictis laceſcentes iudā ac blaſ-
phemātes: et loquētes q̄ fas nō eſt. Machabeus
autē inuocato magno mundi principe qui ſine
arietibꝫ et machinis temporibꝫ iheſu p̄cipitauit
iericho· irruit ferociter muris: et capta ciuitate
ꝑ dn̄i volūtatē innumerabiles cedes fecit: ita ut
adiacens ſtagnū ſtadioꝝ duoꝝ latitudinis ſag-
uine interfectoꝝ fluere videret̄. Inde diſceſſerūt
ſtadia ſeptingētaquīnq̄gita et venerūt ī characa
ad eos qui dicunt̄ tibianei iudeos: et timotheū
quidē in illis locis nō comprehenderūt: nulloqꝫ
negocio ꝑfecto regreſſus ē· relicto in quodā loco
firmiſſimo p̄ſidio. Doſitheus autē et ſoſipater
qui erāt duces cū machabeo ꝑemerūt a timotheo
relictos ī preſidio decē milia viros. At macha-
beus ordinatis circū ſe ſex milibꝫ et cōſtitutis per
cohortes: aduſus timotheū ꝓceſſit habentē ſecū·
centūuiginti milia peditū: equitūqꝫ duo milia
quingētos. Cognito autē iude aduētu timothe-
us p̄miſit mulieres· et filios et reliquū apparatū
in preſidiū qd̄ carnion dicit̄. Erat enī inexpug-
nabile et acceſſu difficile: ꝓpter locoꝝ āguſtias.
Cūqꝫ cohors iude prima apparuiſſet· timor hoſ-
tibꝫ incuſſus ē ex p̄ſentia dei q̄ vniuerſa cōſpicit:
et in fugā verſi ſūt alius ab alio: ita ut magis a
ſuis deicerēt̄· et gladioꝝ ſuoꝝ ictibꝫ debilitarent̄.
Iudas autē vehemēt̄ inſtabat puniēs ꝓphanos
et ꝓſtrauit ex eis triginta milia viroꝝ. Ipſe vero
timotheus incidit ī partes doſithei et ſoſipatris:
et multis p̄cibꝫ poſtulabat ut viuus dimitteret̄:
eo qꝙ multorū ex iudeis parētes haberet ac fratres
quos morte eius decipi eueniret. Et cū fidē dediſ-
ſet reſtituturū ſe eos ſcd̄m cōſtitutū: illeſū eum

dimiſerũt ꝓpẽ fratrũ ſalutẽ. Judas autẽ regreſ=
ſus ẽ a carnion interfectis · viginti quinqꝫ milibꝫ.
Poſt hoꝝ fugã et necẽ mouit exercitũ ad effron
ciuitatẽ munitã in qua multitudo diuerſarum
gentiũ habitabat: ⁊ robuſti iuuenes ꝓ muris
cõſiſtentes fortiter repugnabãt. In hac autem
machine multe: et teloꝝ erãt apparatus. Sed cũ
omnipotentẽ inuocaſſent · qui poteſtate vires hoſ=
tiũ cõfringit ceperũt ciuitatẽ: et ex eis qui intus
erãt viginti quinqꝫ milia ꝓſtrauerũt. Inde ad
ciuitatẽ ſcitaꝝ abierũt: que ab iheroſolimis ſex=
centis ſtadijs aberat. Conteſtãtibꝫ autẽ hijs qui
apud ſcitopolitas erant iudeis · ꝙ benigne ab eis
haberentᷣ: ⁊ temporibꝫ infelicitatis · ꝙ modeſte
ſecũ egerunt: gratias agẽtes eis · et exhortati etiã
de cetero erga genus ſuũ benignus eſſe venerũt
iheroſolimã · die ſolemni ſeptimanaꝝ inſtante.
Et poſt pẽtecoſten abierũt cõtra gorgiã p̄poſitũ
ydumee. Exiuit autẽ cũ peditibꝫ tribꝫ milibꝫ:
⁊ equitibꝫ quadringentis. Quibꝫ congreſſis
cõtigit paucos ruere iudeoꝝ · doſitheus vero qui=
dẽ de bachinoris eques vir fortis gorgiã tenebat:
et cũ vellet illũ capere viuũ · eques quidã de traci=
bꝫ irruit in eũ · humerũqꝫ eius amputauit: atqꝫ
ita gorgias effugit in mariſa. At illis qui cũ
heſdrin erãt diucius pugnãtibꝫ et fatigatis in=
uocauit dñm iudas adiutorẽ et ducẽ belli fieri:
incipiens voce patria · et cũ ymnis clamorẽ extol
lens · fugã gorgie militibꝫ incuſſit. Judas autẽ
collecto exercitu venit in ciuitatẽ odollã. Et cũ
ſeptima dies ſuperueniret: ſcdm̃ cõſuetudinẽ pu=
rificati in eodẽ loco ſabbatũ egerũt. Et ſequẽti
die venit cũ ſuis iudas ut corpa ꝓſtratoꝝ tolle=
ret: et cũ parẽtibꝫ poneret ĩ ſepulcris paternis:
Inuenerũt autẽ ſub tunicis interfectoꝝ de dona=
rijs ydoloꝝ que aput iamniam fuerũt: a quibus
lex ꝓhibet iudeos. Omnibꝫ ergo manifeſtũ fac=
tũ eſt: ob hãc cauſam eos corruiſſe. Omnes itaqꝫ
benedixerũt iuſtũ iudiciũ dñi: q̇ occulta fecerat
manifeſta. Atqꝫ ita ad preces cõuerſi rogaue=
rũt: ut id qđ factũ erat delictũ obliuioni trade=
retᷣ. At vero fortiſſimus iudas hortabatᷣ pplm̄
cõſeruare ſe ſine peccato: ſub oculis videntes que
facta ſũt ꝓ peccatis eoꝝ qui ꝓſtrati ſũt. Et facta
collacõne duodecim milia dragmas argenti mi=
ſit iheroſolimã offerri ꝓ pctĩs mortuoꝝ ſacrifi=
ciũ: bene ⁊ religioſe de reſurrectione cogitans.
Niſi enĩ eos qui ceciderãt reſurrecturos ſpera=
ret: ſuperfluũ videretᷣ et vanũ orare ꝓ mortuis.

Et quia cõſiderabat ꝙ hij qui cũ pietate dormi=
tionẽ acceperãt: optimã haberẽt repoſitã gratiã.
Sancta ergo et ſalubris ẽ cogitacõ ꝓ defũctis ex=
orare: ut a peccatis ſoluantur. XIII.

Anno cẽteſimo q̇dragesimo nono cognouit
iudas antiochũ eupatoris venire cũ mul=
titudine aduſus iudeã: et cũ eo liſiã ꝓcuratorẽ
et p̄poſitũ negocioꝝ ſecũ habentẽ peditũ centũ=
decem milia · et equitũ quinqꝫ milia · et elephãtes
vigintiduos: currus cũ falcibꝫ trecentos. Com=
miſcuit autẽ ſe illis ⁊ menelaus ⁊ cũ multa
fallacia depcabatᷣ antiochũ nõ ꝓ patrie ſalute: ſꝫ
ſperãs ſe cõſtitui in principatũ. Sed rex regum
ſuſcitauit aĩos antiochi ĩ peccatorẽ: et ſuggerẽte
liſia hũc eſſe cauſã omniũ maloꝝ: iuſſit ut eis ẽ
cõſuetudo apprehenſũ in eodẽ loco necari. Erat
autẽ in eodẽ loco turris quĩquaginta cubitorũ:
aggeſtum vndiqꝫ habens cineris. Hec proſpectũ
habebat ĩ preceps. Inde in cinerẽ deici iuſſit ſa=
crilegũ: omnibꝫ eũ ꝓpellentibꝫ ad interitũ. Et tali
lege preuaricatorẽ legis contigit mori: nec terre
dari menelaũ. Et quidẽ ſatis iuſte. Nã quia
multa erga aram dei delicta cõmiſit cuius ignis
et cinis erat ſãctus: ipſe ĩ cineris morte dampnatus
eſt. Sed rex mẽte effrenatus veniebat nequiorẽ
ſe p̃re ſuo iudeis oſtenſurus. Quibꝫ iudas cog=
nitis p̄cepit pplo ut die ac nocte dñm inuocarẽt
quo ſicut ſemper ⁊ nũc adiuuaret eos: quippe
qui lege et patria ſanctoqꝫ tẽplo p̃uari vererentᷣ:
ac pplm q̇ nuper paululũ reſpiraſſet · ne ſineret
blaſphemis rurſus nacõibꝫ ſubdi. Omnibꝫ itaqꝫ
ſimul id facientibꝫ et petentibꝫ a dño miſcdiam
cũ fletu et ieiunijs ꝑ triduũ continuũ ꝓſtratis:
hortatus eſt eos iudas ut ſe p̄pararent. Ipſe vero
cũ ſenioribus cogitauit · priuſq̃ʒ rex admoneret
exercitũ ad iudeam et obtineret ciuitatẽ exire: et
dñi iudicio cõmittere exitũ rei · dans itaqꝫ poteſ=
tatẽ omniũ deo mũdi creatori · et hortatus ſuos
ut fortiter dimicarẽt: et uſqꝫ ad mortẽ ꝓ legibꝫ ·
templo · ciuitate · patria · ⁊ ciuibꝫ ſtarẽt · circa
modin exercitũ cõſtituit. Et dato ſigno ſuis dei
victorie · iuuenibꝫ fortiſſimis electis nocte aggreſ
ſus aulã regiã in caſtris interfecit viros quatu=
ordecim milia: ⁊ maximũ elephantoꝝ cũ hijs
qui ſuperpoſiti fuerãt. Summoqꝫ metu ac ꝑtur=
bacõne hoſtiũ caſtra replentes: rebuſqꝫ proſpere
geſtis abierũt. Hoc autẽ factũ eſt die illuceſcẽte:
adiuuãte eũ dñi ꝓteccõe. Sed rex accepto guſtu
audacie iudeoꝝ arte difficultatẽ locoꝝ tẽptabat:

et bethſure q̄ꝺ erat iuꝺeoꝝ ꝑ ſiḋū munitū caſtra
ammouebat· ſꝫ fugabat̄· impingebat̄· minora-
bat̄. Hijs autē qui intus erant iuꝺas neceſſaria
mittebat. Enūciauit autem miſteria hoſtibus
roꝺochus quiꝺā ꝺe iuꝺaico exercitu: qui requi-
ſitus cōprehēſus ē et cōcluſus. Iteꝝ rex ſermonē
habuit aꝺ eos qui erāt ī bethſuris: ꝺextrā ꝺeꝺit·
accepit· abijt· cōmiſit cū iuꝺa: ſuperatus ē. Vt
autē cognouit rebellaſſe philippū antiochie qui
relictus erat ſuper negocia· mēte conſternatus
iuꝺeos ꝺeprecans· ſubꝺituſq; eis iurat ꝺe oībꝫ
quibꝫ iuſtū viſū eſt: et recōciliatus obtulit ſacri-
ficium· honorauit templum et munera poſuit:
machabeū amplexatus eſt: et fecit eū a ptolo-
maiꝺe uſq; aꝺ gerrenos ꝺucē et principem. Vt
autē venit ptolomaiꝺā grauit̄ ferebāt ptolomē-
ſes amicicie cōuentionem inꝺignantes: ne forte
feꝺus irrumperēt. Tūc aſcēꝺit liſias tribunal:
et expoſuit rationē· et ꝓplm ſeꝺauit: reūſuſq; eſt
ātiochiam. Et hoc moꝺo regis ꝓfectio et reꝺitus
ꝓceſſit.

IIII

Seꝺ poſt trienniū
tempus cognouit iuꝺas et qui cū eo erāt
ꝺemetriū ſeleuci cū multituꝺine valiꝺa et na-
uibꝫ ꝑ portū tripolis aſcēꝺiſſe aꝺ loca oportuna:
et tenuiſſe regiones aduerſus antiochū et eius
ꝺucē liſiam. Alchimus autē quiꝺā qui ſūmus
ſacerꝺos fuerat· ſeꝺ volūtarie coinquinatus eſt
in tēporibꝫ cōmixtionis· conſiꝺerās nullo moꝺo
ſibi eſſe ſalutē neq; acceſſum aꝺ altare: venit aꝺ
regem ꝺemetriū centeſimoquīquageſimo anno
offerēs ei coronā aureā et palmā: ſuꝑ hec et tilos
qui tēpli eſſe viꝺebant̄. Et ipa quiꝺā ꝺie ſiluit.
Tempus autē oportunū ꝺemētie ſue nactus: et
cōuocatus a ꝺemetrio aꝺ conſiliū· et interrogatus
quibꝫ rebꝫ et conſilijs iuꝺei vterent̄: reſponꝺit.
Ipi q̄ ꝺicunt̄ aſſiꝺei iuꝺeorū quibꝫ preeſt iuꝺas
machabeus bella nutriūt et ſeꝺitiones mouent:
nec paciunt̄ regnū eſſe quietū. Nā et ego ꝺe-
frauꝺatus parentū gl'a· ꝺico autē ſummo ſacer-
ꝺocio huc veni: ꝑmo quiꝺē vtilitatibꝫ regis fiꝺē
ſeruans: ſcꝺo autē etiā ciuibꝫ conſulens. Nam
illoꝝ prauitate vniuerſū genus noſtrū nō mi-
nime vexat̄. Seꝺ oro hijs ſingulis o rex cognitis:
et regioni· et generi ſcꝺm humanitatē tuā pro-
mulgatā omnibꝫ ꝓſpice. Nam q̄ꝺiu ſupereſt
iuꝺas: impoſſibile ē pacē eſſe negocijs. Talibꝫ
autē ab hoc ꝺictis: et ceteri amici hoſtiliter ſe ha-
bentes aꝺūſus iuꝺā· inflammauerūt ꝺemetriū.
Qui ſtatim nichanorem prepoſitū elephantoꝝ
ꝺucē miſit ī iuꝺeā· ꝺatis māꝺatis ut ipm quiꝺē
iuꝺā caperet viuū: eos vero qui cū illo erāt ꝺiſp-
geret: et conſtitueret alchimū maximi templi
ſummū ſacerꝺotē. Tūc gētes q̄ ꝺe iuꝺa fugerāt
iuꝺeā· ſegregatim ſe nichanori miſcebāt: miſe-
rias et claꝺes iuꝺeoꝝ· ꝓſperitates reꝝ ſuarū exiſ-
timātes. Auꝺito itaq; iuꝺei nichanoris aduen-
tu· et cōuentu nationū: cōſperſi terra rogabant
eū qui ꝓplm ſuū conſtituit ī eternū cuſtoꝺiret:
quiq; ſuā portionē ſignis euiꝺētibꝫ ꝓtegit. Im-
perāte autē ꝺuce ſtatim inꝺe mouerūt: cōuene-
rūtq; aꝺ caſtellū ꝺeſſau. Symō vero frater iuꝺe
cōmiſerat cū nichanore: ſeꝺ contritus ē repētino
aduentu aduſarioꝝ. Nichanor tamē auꝺiens
v̄tutē comitū iuꝺe et animi magnituꝺinē quā
ꝓ patrie certaminibꝫ habebāt: ſanguine iuꝺiciū
facere metuebat. Quāobrē ꝑmiſit poſſiꝺoniū
et theoꝺotū· et mathiam· ut ꝺarēt ꝺextras· atq;
acciperent: et cū ꝺiu ꝺe hijs conſiliū agerent· et
ipe ꝺux aꝺ multituꝺinē retuliſſet: oīm vna fuit
ſentēcia amicicijs annuere. Itaq; ꝺiē conſtitue-
rūt qua ſecreto inter ſe agerēt: et ſingulis ſelle
ꝓlate ſūt et poſite. Precepit autē iuꝺas arma-
tos eſſe locis oportunis: ne forte ab hoſtibꝫ repēte
mali aliq̄ꝺ oriret̄. Et cōgruū colloquiū fecerūt.
Morabat̄ autē nichanor iheroſolimis: nichilq;
inique agebat: gregeſq; turbarū que cōgregate
fuerāt ꝺimiſit. Habebat autē iuꝺā ſemper carū
ex aīo: et erat viro inclinatus. Rogauitq; eū
ꝺucere vxorē: filioſq; ꝓcreare. Nuptias fecit:
quiete egit: cōmuniterq; viuebant. Alchimus
autē viꝺēs caritatē illoꝝ aꝺ inuicē et cōuencōes:
venit aꝺ ꝺemetriū et ꝺicebat nichanorem rebus
alienis aſſentire: iuꝺāq; regni inſiꝺiatorē ſucceſ-
ſorē· ſibi ꝺeſtinaſſe. Itaq; rex exaſperatus et peſ-
ſimis huius criminationibus irritatus ſcripſit
nichanori ꝺicēs: grauit̄ quiꝺē ſe ferre ꝺe amicicie
cōuencōe: iubere tamē machabeū citius vinctū
mittere antiochiam. Quibꝫ cognitis nichanor
cōſternabat̄: et grauit̄ ferebat ſi ea q̄ cōuenerāt
irrita faceret nichil leſus a viro: ſꝫ quia regi re-
ſiſtere nō poterat oportunitatē obſeruabat qua
preceptū perficeret. At machabeus viꝺens ſecū
auſterius agere nichanorē: et conſuetū occurſū
ferocius exhibentē: intelligēs nō ex bono eſſe auſ-
teritatē iſtā: paucis ſuoꝝ cōgregatis occultauit
ſe a nichanore. Quoꝺ cū ille cognouit fortiter
ſe a viro preuentū: venit aꝺ maximū et ſāctiſſi-
mū tēpluū: et ſacꝺotibꝫ ſolitas hoſtias offerētibꝫ·

iuſſit ſibi tradi virū. Quibꝰ cū iuramēto dicē:
tibus neſcire ſe vbi eſſet quē querebāt: extendens
manū ad tēplū iurauit dicēs. Niſi iudā victū
michi tradideritis iſtud dei fanum ī planiciem
deducam · et altare effodiā: et templū hoc libero
patri cōſecrabo. Et hijs dictis abijt. Sacerdotes
autē ꝓtendētes manus in celū iuocabāt eū qui
ſemꝑ ꝓpugnator eſſet gētis ipoꝝ · hec dicētes. Tu
dn̄e vniuſoꝝ q̄ nullius indiges: voluiſti templū
habitacōis tue fieri ī nobis. Et nūc ſācte ſāctoꝝ
oīm dn̄e cōſerua ineternū impollutā domū iſtā:
que nuper mūdata eſt. Razias autē quidā de
ſenioribꝰ ab ieroſolimis delatus ē nichanori vir
amator ciuitatis · et bene audiēs: qui pro affectu
pater iudeoꝝ appellabat̄. Hic multis temporibꝰ
cōtinentie ꝓpoſitū tenuit ī iudaiſmo: corpuſq; et
aīam tradere contentus ꝓ pſeuerātia. Volens
autē nichanor manifeſtare odiū qđ habebat in
iudeos miſit milites quingētos: ut eū comphen
derēt. Putabat enī ſi illū decepiſſet: ſeſe cladē
iudeis maximā illaturū. Turbis autē irruere
domū eius et ianuā diſrūpere · atq; ignem am:
mouere cupiētibꝰ · cū iam cōprehenderet̄ gladio
ſe petijt: eligens nobiliter mori potius · q̄ ſubdi:
tus fieri peccatoribꝰ: et cōtra natales ſuos iniurijs
indignis agi. Sed cū ꝑ feſtinationē nō certo ictu
plagā dediſſet · et turbe inter oſtia irrūperent re:
currens audacter ad murū · precipitauit ſemet:
ipm viriliter ī turbas: quibꝰ velocit̄ locū dantibꝰ
caſui eius · venit ꝑ mediā ceruicē. Et cū adhuc
ſpiraret accenſus aīo ſurrexit: et cū ſanguis eius
magno fluxu deflueret · et grauiſſimis vulneri:
bꝰ eſſet ſaucius: curſu turbam ptrāſijt: et ſtans
ſupra quādam petrā preruptā · et iam exſāguis
effectus: cōplexus in teſtina ſua vtriſq; manibꝰ
ꝓiecit ſuper turbas inuocās dominatorē vite ac
ſpiritus: ut hec illi iterū redderet: atq; ita vita
defunctus ē.

XV

Nichanor autē ut
cōperit iudā eſſe in locis ſamarie: co:
gitauit cū oīi impetu die ſabbati cōmittere bel:
lū. Iudeis vero qui illū ꝑ neceſſitatē ſequebāt̄
dicentibus · ne ita ferociter et barbare feceris · ſed
honorē tribue diei ſanctificacōis · et honora eū q̄
vniuſa conſpicit: at ille infelix īterogauit ſi eſt
potens ī celo qui imperauit agi diē ſabbatoꝝ: et
reſpōdentibꝰ illis · eſt dn̄s viuus ipſe in celo potēs
qui iuſſit agi ſeptimā diē: at ille ait. Et ego po:
tens ſū ſuper terrā: qui impero ſumi arma &
negocia regis impleri. Tamen nō obtinuit ut
conſiliū pficeret. Et nichanor quidē cū ſumma
ſuperbia erectus cogitauerat cōmune trophēum
ſtatuere de iuda. Machabeus autē ſemper con:
fidebat cū oīi ſpe auxiliū ſibi a dn̄o affuturū · et
hortabat̄ ſuos ne formidarēt ad aduentū natio:
nū · ſed in mēte haberent adiutoria ſibi facta de
celo: et nūc ſperarent ab oīpotente · ſibi affutu
rā victoriā. Et allocutus eos de lege · et ꝓphetis:
ammonens etiā certamina que fecerant prius:
promptiores cōſtituit eos. Et ita animis eoꝝ
erectis: ſimul oſtēdebat gentiū fallaciā · et iura:
mentoꝝ preuaricationē. Singulos autē illoꝝ
armauit nō clipei et haſte munitōne · ſed ſermo
nibꝰ optimis et exhortacōibꝰ: expoſito digno fide
ſomnio: per qđ vniuerſos letificauit. Erat autē
huiuſmodi viſus. Oniam qui fuerat ſummus
ſacerdos virū bonū et benignū vereandū viſu ·
modeſtū moribꝰ · et eloquio decoꝝ · et qui a puero
in virtutibꝰ exercitatus ſit · manus ꝓtendentē:
orare ꝓ oīi populo iudeoꝝ. Poſt hoc apparuiſ
ſe et aliū virū etate et gloria mirabilē: et magni
decoris habitudinē circa illū. Reſpondētē vero
oniam dixiſſe. Hic ē fratrū amator et ꝑli iſrl̄:
hic eſt qui multū orat pro populo & vniuerſa
ſancta ciuitate ieremias ꝓpheta dei. Extendiſſe
autē ieremiam dextrā: & dediſſe iude gladium
aureū dicentē. Accipe ſanctū gladiū munus a
deo: ī quo deicies aduſarios ꝑli mei iſrl̄. Exhor
tati itaq; iude ſermonibꝰ bonis valde · de quibus
extolli poſſet impetus · et animi iuuenū confor:
tari: ſtatuerūt dimicare & cōfligere fortiter ut
virtus de negotijs iudicaret: eo q; ciuitas ſācta et
templū piclitarent̄. Erat enī ꝓ vxoribꝰ et filijs ·
itemq; ꝓ fratribꝰ et cognatis minor ſollicitudo:
maximus vero et primus ꝓ ſāctitate timor erat
templi: ſed et eos qui ī ciuitate erāt nō minima
ſollicitudo habebat ꝓ hijs qui cōgreſſuri erāt. Et
iam cū oēs ſperarēt iudiciū futuꝝ: hoſteſq; ad:
eſſēt atq; exercitus erat ordinatus · beſtie equiteſ:
q; oportuno loco cōpoſiti: cōſiderans machabeus
aduentū multitudinis et apparatū variū armoꝝ ·
ac ferocitatē beſtiarū extendens manus in celū ·
ꝓdigia facientem dn̄m inuocauit: qui nō ſcdm
armoꝝ potentiā · ſed prout ipſi placet dat dignis
victoriā. Dixit autē inuocans hoc modo. Tu
dn̄e q̄ miſiſti angelū tuū ſub ezechia rege iude:
et interfeciſti de caſtris ſennacherib centūoctogīta
quinq; milia: et nūc dn̄ator celoꝝ mitte angelum
tuum bonum ante nos in timore & tremore

magnitudinis brachij tui: ut metuant qui cũ
blaſphemia veniũt aduerſus ſanctũ ꝑplm tuũ.
Et hic quidẽ ita oravit: nichanor autẽ et qui
cũ ipſo erant cũ tubis et canticis admouebant.
Judas vero ⁊ qui cũ eo erãt invocato deo per
orõnes cõgreſſi ſũt: manu quidẽ pugnãtes · ſ; et
dñm cordibꝫ orãtes ꝓſtrauerũt nõ minus trigĩ=
taquinq; milia preſentia dei magnifice delectati.
Cũq; ceſſaſſẽt et cũ gaudio redirẽt: cognouerũt
nichanorem ruiſſe cũ armis ſuis. Facto itaq;
clamore ⁊ perturbacõne ſuſcitata: patria voce
omnipotẽtem dñm benedicebãt. Precepit autẽ
iudas qui ꝑ omnia corpore et aĩo mori pro civibꝫ
paratus erat: caput nichanoris et manũ cũ hu=
mero abſciſam iheroſolimã perferri. Quo cũ
ꝑueniſſet cõuocatis cõtribulibꝫ et ſacerdotibꝫ ad
altare: accerſijt et eos qui ĩ arce erãt. Et oſtenſo
capite nichanoris et manu nepharia quã exten=
derat contra domum ſanctam omnipotentis dei:
magnifice gloriatus ẽ. Linguam etiam impij
nichanoris preciſam iuſſit particulatim avibꝫ
dari: manũ autẽ dementis cõtra templũ ſuſpẽdi.
Omnes igit̃ celi benedixerũt dñm dicentes: bene=
dictus qui locum ſuũ incõtaminatũ ſeruauit.
Suſpẽdit autẽ nichanoris caput ĩ ſumma arce:
ut evidens eſſet et manifeſtũ ſignũ auxilij dei.
Itaq; omnes cõmuni conſilio decreuerũt nullo
modo diẽ iſtũ abſq; celebritate preterire: habere
autẽ celebritatẽ terciadecima die menſis adar: q̃
dicit̃ voce ſiriaca pridie mardochei die. Igitur
hijs erga nichanorẽ geſtis: et ex illis temporibꝫ
ab hebreis civitate poſſeſſa · ego q̃; in hijs faciã
finẽ ſermonis. Et ſi quidẽ bene et ut hiſtorie cõ=
petit hoc et ipſe velim: ſi autẽ minus digne: con=
cedendũ eſt michi. Sicut enĩ vinũ ſemper bibere
aut ſemper aquã · contrariũ eſt: alternis aũt uti
delectabile: ita legẽtibꝫ ſi ſemꝑ exactus ſit ſermo
non erit gratus: hic ergo erit conſummatus.

Beatiſſimo pape damaſo iero=
nimus. Novum opus me
facere cogis ex veteri: ut poſt
exemplaria ſcripturarũ toto
orbe diſpſa q̃ſi quidã arbiter
ſedeã: et quia inter ſe variãt
que ſint illa que cũ greca cõ=
ſentiant veritate decernã. Pius labor ſed peri=
culoſa preſumptio · iudicare de ceteris · ipſum ab
omnibꝫ iudicandũ: ſenis mutare linguã: et ca=
neſcentẽ mundũ ad initia retrahere parvuloꝝ.
Quis enim doctus parit̃ uel indoctus cum in
manus volumen aſſumpſerit · ⁊ a ſaliua quã
ſemel inbibit viderit diſcrepare quod lectitat · nõ
ſtatim erũpat ĩ vocẽ me falſariũ me clamãs eſſe
ſacrilegũ: qui audeã aliq̃d in veteribꝫ libris ad=
dere · mutare · corrigere? Adverſus quã inuidiã
duplex cauſa me cõſolat̃: q̃d et tu qui ſummus
ſacerdos es fieri iubes: et verũ nõ eſſe q̃d variat ·
etiã maledicoꝝ teſtimonio cõprobat̃. Si enĩ la=
tinis exemplaribꝫ fides ẽ adhibenda · reſpõdeant
quibꝫ tot ſũt exemplaria pene quot codices. Sin
autẽ veritas eſt querenda de pluribꝫ: cur nõ ad
grecam originẽ revertentes ea que uel a vicioſis
interpretibꝫ male edita vel a preſumptoribꝫ im=
peritis emẽdata ꝑverſius · vel a librarijs dormi=
tãtibꝫ aut addita ſũt aut mutata corrigimus?
Neq; vero ego de veteri diſputo teſtamẽto: q̃d a
ſeptuaginta ſenioribus in grecam linguã verſũ
tercio gradu ad nos uſq; ꝑuenit. Nõ quero q̃d
aquila q̃d ſymmachus ſapiãt: quare theodotion
inter novos et veteres medius incedat. Sit illa
vera interpretatio: quã apoſtoli ꝓbauerũt. De
novo nũc loquor teſtamento q̃d grecũ eſſe nõ du=
biũ eſt: excepto apoſtolo matheo qui primus in
iudea euangelium xp̄i hebraicis litteris edidit.
Hoc certe cũ in noſtro ſermone diſcordat · et di=
ſos rivuloꝝ tramites ducit: uno de fonte querẽ=
dus ẽ. Pretermitto eos codices quos a luciano
et eſycio nũcupatores paucoꝝ hoĩm aſſerit per=
verſa cõtentio: quibꝫ utiq; nec in veteri inſtru=
mento poſt ſeptuaginta interpretes emẽdare q̃d
licuit · nec ĩ novo ꝓfuit emẽdaſſe: cũ multarũ
gentium linguis ſcriptura ante trãſlata doceat
falſa eſſe q̃ addita ſũt. Igit̃ hec preſens prefaci=
uncula pollicet̃ quatuor tantũ euãgelia · quoꝝ
ordo eſt iſte · matheus · marcus: lucas · iohãnes ·
codicũ grecoꝝ emẽdata collatione ſed veteꝝ: que
ne multũ a lectionis latine conſuetudine diſcre=
pa-ita parẽt · calamo imperavimus: ut hijs tãtũ q̃
ſenſũ videbant̃ mutare · correctis · reliqua ma=
nere pateremur ut fuerãt. Canones quoq; quos
euſebius ceſarienſis epiſcopus alexandrinũ ſecu=
tus ammoniũ in decẽ numeros ordinauit: ſicut
in greco habent̃ expreſſimus. Quod ſi quis de=
curioſis voluerit noſſe que ĩ euangelijs vel eadẽ
vel vicina uel ſola ſint · eoꝝ diſtinccõne cognoſ=
ſcet. Magnus ſiquidẽ hic in noſtris codicibus

erroꝛ inoleuit: dū qđ in eadē re alius euangelia
plus dixit · in alio quia minus putauerunt ad⸗
diderūt: vel dū eundē ſenſū alius alit̄ expreſſit ·
ille qui vnum e quatuoꝛ primū legerat · ad eius
exemplū ceteros quoq; eſtimauerit emēdandos ·
vnde accidit · ut aput nos mixta ſūt oīa: ⁊
ī marco plura luce atq; mathei: rurſū ī matheo
iohannis et marci: et in ceteris reliquoꝝ que in
alijs ꝓpria ſūt inueniantur. Cū itaq; canones
legens q̄ ſubiecti ſūt: cōfuſionis errore ſublato ·
et ſimilia omniū ſcies: et ſingulis ſua queq; reſ⸗
titues. In canone primo cōcordant quatuoꝛ:
matheus · marcus · lucas · iohannes. In ſecūdo
tres: matheus · marcus · lucas. In tercio tres:
matheus · lucas · iohānes. In q̄rto tres: mathe⸗
us · marcus · iohānes. In quīto duo: matheus ·
lucas. In ſexto duo: matheus · marcus. In
ſeptimo duo: matheus · iohannes. In octauo
duo: lucas · marcus. In nono duo: lucas · io⸗
hannes. In decimo · ꝓpria vnuſquiſq; que non
habent̄ in alijs ediderūt. Singulis vero euange⸗
lijs ab vno incipiens uſq; ad finē librorū diſpar
numerus accreſcit. Hic nigro colore preſcriptus
ſub ſe habet aliū ex minio diſcolorē numeꝝ: qui
ad decē uſq; ꝓcedens indicat: prioꝛ numerus in
quo ſit canone requirēdus. Cū ergo apto codice
verbi gratia illud ſiue illud capitulū ſcire volu
eris cuius canonis ſit · ſtatim ex ſubiecto nume⸗
ro doceberis: ⁊ recurrēs ad principia in quibꝰ
canonū eſt diſtincta cōgeries · eodēq; ſtatim ca⸗
none ex titulo frontis inuēto: illū quē querebas
numerū eiuſdē euangelij qui et ipe ex inſcripcōe
ſignat̄ inuenies: atq; e vicino ceteroꝝ tramitibꝰ
inſpectis · quos numeros eregione habeāt adno
tabis: et cū ſciens recurres ad volumina ſingu⸗
loꝝ: ⁊ ſine moꝛa repertis numeris quos ante
ſignaueras · repperies et loca · ī quibꝰ uel eadem
uel vicina dixerūt. Opto ut ī xp̄o valeas et me⸗
mineris mei papa beatiſſime. Incipit prologꝰ ſup mathewm

Matheus ex iudea
ſicut in ordine primus ponit̄ · ita
euangeliū in iudea primus ſcrip⸗
ſit: cuius vocacō ad dūm ex pub⸗
licanis actibꝰ fuit: duoꝝ in gene⸗
ratione xp̄i principia preſumens: vnius · cuius
prima circūciſio in carne: alterius · cuius ſcdm
coꝛ electio fuit. Ex vtriſq; enī patribꝰ xp̄c. Sicq;
quaterdenario numero trifoꝛmiter poſito · pri⸗
cipiū a credēdi fide ī electionis tempus poꝛrigēs ·
et ex electione uſq; ī trāſmigracōis diē dirigens ·
atq; a tranſmigracōis die uſq; in xp̄m definiēs ·
decurſam aduentus dūi oſtendit generationē et
numero ſatiſfaciens et tempoꝛi: ut et ſe qđ eſſet
oſtēderet: et dei ī ſe opus mōſtrans · etiā in hijs
quoꝝ genus poſuit xp̄i operantis a principio teſ⸗
timoniū nō negaret. Quarū oīm reꝝ · tēpus ·
oꝛdo · numerus · diſpoſitio · uel ratio · q̄ fidei ne⸗
ceſſariū ē · deus xp̄c ē: q̄ factus ē ex muliere · fc̄tus
ſub lege · natus ex virgine · paſſus in carne · oīa
in cruce fixit: ut triumphās ea ī ſemetipo reſur⸗
gens ī coꝛpore · et patris nomē in patribꝰ filio ·
et filij nomē patri reſtituens ī filijs: ſine prin⸗
cipio ſine fine oſtēdens vnū ſe cū patre eſſe quia
vnus eſt. In quo euāgelio vtile ē deſiderantibꝰ
deū · ſic prima uel media uel ꝑfecta cognoſcere ·
ut et vocationē apoſtoli et opus euāgelij et dilec
tionē dei in carne naſcētis per vniuerſa legentes
intelligāt: atq; id ī eo in quo apprehenſi ſūt · et
apprehēdere appetūt recognoſcāt. Nobis enim
hoc ſtudio argumenti fuit et fidē facte rei trade⸗
re: et operātis dei intelligendā diligent̄ eſſe diſpo
ſitionē querētibꝰ nō tacere. Incipit euāgeliū ſcdm matheū.

Liber generacōis
ihesu xp̄i filij dauid: filij abrahā.
Abraham genuit yſaac: yſaac
autē genuit iacob. Iacob autem
genuit iudā et fratres eius: iudas
autē genuit phares ⁊ zarā de thamar. Pha⸗
res autem genuit eſrom: eſrom autem genuit
aram. Aram autē genuit aminadab: amina⸗
dab autē genuit naaſon. Naaſon autē genuit
ſalmon: ſalmon autem genuit booz de raab.
Booz autē genuit obeth ex ruth: obeth autē ge⸗
nuit ieſſe. Ieſſe autē genuit dauid regē: dauid
autem rex genuit ſalomonē ex ea qui fuit vrie.
Salomō aūt genuit roboam roboā aūt genuit
abyam. Abyas autē genuit aſa: aſa autē ge⸗
nuit ioſaphat. Ioſaphat autē genuit ioꝛam:
ioram autē genuit oziam. Ozias autē genuit
ioathan: ioathan autem genuit achaz. Achas
autem genuit ezechiam: ezechias autem genuit
manaſſen: manaſſes autem genuit ammon.
Ammon autē genuit ioſyam: ioſias autem
genuit iechoniā et fratres eius in tranſmigracōe
babilonis. Et poſt tranſmigrationē babilonis
iechonias genuit ſalathiel: ſalathiel autē genu⸗
it zoꝛobabel. Zoꝛobabel autē genuit abiud: abi⸗
ud autē genuit eliachim. Eliachim aūt genuit

azor: azor aũt genuit ſadoch. Sadoch aũt genuit
achim: achim autẽ genuit eliud. Eliud autem
genuit eleazar: eleazar autẽ genuit matthan.
Matthan autẽ genuit iacob: iacob autẽ genu-
it ioſeph virũ marie: de qua natus ē iheſus: qui
vocat͛ xp̄c. Oĩes itaq; generacões ab abrahã
uſq; ad dauid · generacões quatuordecim: et a
dauid uſq; ad trãſmigracõnē babilonis · genera-
cões q̄tuordecim: et a trãſmigracõne babilonis
uſq; ad xp̄m · generacões quatuordecim. Xp̄i
autẽ generacõ ſic erat. Cũ eſſet deſpõſata mater
iheſu maria ioſeph: anteq̄ conuenirẽt inuẽta ē
in vtero habens de ſpiritu ſancto. Joſeph autẽ
vir eius cũ eſſet iuſtus · et nollet eã traducere:
voluit occulte dimittere eã. Hec autẽ eo cogitãte:
ecce ãgelus dñi apparuit ĩ ſomnis ioſeph dicẽs.
Joſeph fili dauid: noli timere accipere mariam
cõiugẽ tuã. Quod enĩ ĩ ea natũ eſt: de ſpiritu
ſancto eſt. Pariet autẽ filiũ: et vocabis nomẽ
eius iheſũ. Ipſe enĩ ſaluũ faciet p̄p̄lm ſuũ a pec-
catis eoꝝ. Hoc autẽ totũ factũ eſt: ut adimpleret͛
q̄d dictũ eſſet a dño ꝑ ꝓphetã dicentẽ. Ecce virgo
in vtero habebit et pariet filiũ: et vocabit͛ nomẽ
eius emanuel: q̄d ē interpretatũ nobiſcũ deus.
Exurgẽs autẽ ioſeph a ſomno fecit ſicut p̄cepit
ei angelus dñi: et accepit cõiugem ſuã. Et non
cognoſcebat eã donec peperit filiũ ſuũ p̄mogeni-
tum: et vocauit nomen eius iheſum.

II.

Cum natus eſſet iheſus ĩ bethleem iude in
diebꝯ herodis regis: ecce magi ab oriente
venerũt iheroſolimã dicentes. Vbi ē qui natus
ē rex iudeoꝝ? Vidimus enĩ ſtellã eius ĩ oriẽte:
et venimus adorare eũ. Audiens autẽ herodes
rex turbatus eſt: et oĩs iheroſolima cũ illo. Et
cõgregans oĩes principes ſacerdotũ et ſcribas
p̄p̄li: ſciſcitabat͛ ab eis vbi xp̄us naſceret͛. At
illi dixerũt ei. In bethleem iude. Sic enĩ ſcrip-
tũ eſt ꝑ ꝓphetã. Et tu bethleem terra iuda: neq̄-
q̄ minima es ĩ principibꝯ iuda. Ex te enĩ exiet
dux q̄ regat p̄p̄lm meũ iſrl̄. Tũc herodes clam
vocatis magis diligẽter didicit ab eis tẽpus ſtelle
q̄ apparuit eis: et mittẽs illos ĩ bethleem · dixit.
Ite et interrogate diligenter de puero · et cũ in-
ueneritis renũciate michi: ut et ego veniẽs adorẽ
eũ. Qui cũ audiſſẽt regẽ abierũt. Et ecce ſtella
quã viderãt in oriente · antecedebat eos: uſq; dũ
veniẽs ſtaret ſupra vbi erat puer. Videtes aũt
ſtellam: gauiſi ſũt gaudio magno valde. Et in-
trãtes domũ inuenerũt puerũ cũ maria matre
eius: et p̄cidẽtes adorauerũt eũ: et apertis theſau-
ris ſuis obtulerũt ei munera · aurũ · thus et · mir-
ram. Et reſponſo accepto ĩ ſomnis ne redirent
ad herodẽ: ꝑ aliã viã reuerſi ſũt in regionẽ ſuã.
Qui cũ receſſiſſẽt: ecce angelus dñi apparuit in
ſomnis ioſeph dicẽs. Surge et accipe puerũ et
matrẽ eius et fuge in egiptũ: et eſto ibi uſq; dũ
dicã tibi. Futurũ eſt enĩ: ut herodes q̄rat pueꝝ
ad ꝑdendũ eũ. Qui cõſurgens accepit pueꝝ · et
matrẽ eius nocte: et receſſit ĩ egiptũ. Et erat ibi
uſq; ad obitũ herodis: ut adimpleret͛ q̄d dictũ eſt
a dño ꝑ ꝓphetã dicẽtem. Ex egipto vocaui filiũ
meũ. Tũc herodes videns quoniã illuſus eſſet a
magis iratus eſt valde: et mittens occidit oĩes
pueros qui erat ĩ bethleem et ĩ oĩibꝯ finibꝯ eius
a bimatu et infra: ſcd̄m tẽpus q̄d exquiſierat a
magis. Tũc adimpletũ eſt: quod dictũ eſt per
ieremiã ꝓphetam dicentẽ. Vox ĩ rama audita
eſt · ploratus et vlulatus multus: rachel plorãs
filios ſuos: et noluit cõſolari quia nõ ſũt. De-
functo autẽ herode: ecce angelus dñi apparuit in
ſomnis ioſeph ĩ egipto dicens. Surge et accipe
pueꝝ et matrẽ eius: et vade ĩ terrã iſrl̄. Defũcti
ſũt enĩ qui querebãt animã pueri. Qui cõſur-
gens accepit pueꝝ et matrẽ eius: et venit ĩ terrã
iſrl̄. Audiens autẽ q̄ archelaus regnaret ĩ iu-
dea ꝓ herode patre ſuo timuit illo ire: et ammo-
nitus ĩ ſomnis receſſit ĩ partes galilee. Et veni-
ens habitauit ĩ ciuitate que vocat͛ nazareth: ut
adimpleret͛ q̄d dictũ eſt ꝑ ꝓphetas · quõ nazareus
vocabit͛.

III.

In diebꝯ autẽ illis venit
iohannes baptiſta: predicãs in deſerto iudee et
dicens · penitentiã agite. Appropinquabit enĩ
regnũ celoꝝ · hic eſt enĩ: de quo dictũ eſt ꝑ yſaiam
ꝓphetã dicentẽ. Vox clamãtis ĩ deſerto: parate
viã dñi: rectas facite ſemitas eius. Ipſe autem
iohãnes habebat veſtimentũ de pilis cameloꝝ:
et zonã pelliceã circa lumbos ſuos. Eſca autem
eius erat locuſte et mel ſilueſtre. Tũc exibat ad
eũ iheroſolima et oĩs iudea · et oĩs regio circa
iordanen: et baptizabant͛ ab eo ĩ iordane cõfiten-
tes pc̄ca ſua. Videns autẽ multos phariſeoꝝ et
ſaduceoꝝ veniẽtes ad baptiſmũ ſuũ: dixit eis. P-
genies viperaꝝ: quis demõſtrabit vobis fugere
a ventura ira? Facite ergo fructũ dignũ peni-
tentie. Et ne velitis dicere intra vos: patrẽ habe-
mus abraham. Dico enĩ vobis: q̄m potens eſt
deus de lapidibꝯ iſtis ſuſcitare filios abrahe. Iã
enĩ ſecuris ad radicẽ arboꝝ poſita ē. Oĩs ergo

arbor qui nō facit fructū bonū excidet̄: et in ignē
mittet̄. Ego quidē baptizo vos ī aqua in penitē:
tiam: qui autē post me venturus ē· fortior me ē:
cuius nō sum dignus calciamēta portare. Ipse
vos baptizabit in spiritu sācto· et igni. Cuius
ventilabrū ī manu sua et pmūdabit areā suā:
et cōgregabit triticū in horreū suū: paleas autē
cōburet igni inextinguibili. Tūc venit ihesus
a galilea in iordanen ad iohannē: ut baptizaret̄
ab eo. Johannes autē phibebat eū dicēs. Ego
a te debeo baptizari: et tu venis ad me? Respō:
dens autē ihesus dixit ei. Sine modo. Sic enim
decet nos implere omnē iusticiā. Tūc dimisit
eū. Baptizatus autē ihesus cōfestim ascendit de
aqua. Et ecce aperti sūt ei celi: et vidit spiritū
dei descēdentē sicut columbā et venientem sup se.
Et ecce vox de celis dicens. Hic est filius meus di
lectus: in quo michi complacui. IIII

Tunc ihesus ductus ē in desertū a spiritu·
ut temptaret̄ a dyabolo: et cū ieiunasset
quadraginta diebꝰ et quadraginta noctibus:
postea esuriit. Et accedens temptator dixit ei.
Si filius dei es: dic ut lapides isti panes fiant.
Qui respōdens dixit. Scriptū est. Non ī solo
pane vivit homo: sed in omī verbo qđ pcedit ab
ore dei. Tūc assūpsit eū dyabolus ī sanctā ciui
tatē: et statuit eū supra pinnaculū templi: et
dixit ei. Si filius dei es: mitte te deorsū. Scrip:
tum est enī: quia angelis suis mādauit de te· et
in manibꝰ tollent te: ne forte offendas ad lapidē
pedem tuū. Ait illi ihesus rursū. Scriptū est.
Non temptabis dūm deū tuū. Iterū assūpsit
eū dyabolus ī montē excelsū valde: et ostendit ei
omīa regna mūdi et gloriā eoꝝ: et dixit ei. Hec
omīa tibi dabo: si cadens adoraueris me. Tūc
dicit ei ihesus. Vade sathana. Scriptū est enī.
Dūm deū tuū adorabis: et illi soli seruies. Tūc
reliquit eū dyabolus: et ecce angeli accesserūt et
ministrabāt ei. Cū autē audisset ihesus qꝛ iohā:
nes traditus esset secessit ī galileā: et relicta ciui:
tate nazareth· venit et habitauit in ciuitate ca:
pharnaū maritima· ī finibꝰ zabulon et nepta:
li: ut adimpleret̄ qđ dictū est p ysaiam pphetā.
Terra zabulon et terra neptalim· via maris trās
iordanen galilee gentiū· populus qui ambulabat
in tenebris· vidit lucē magnā: et sedentibꝰ in
regione umbre mortis lux orta ē eis. Exinde ce:
pit ihesus pdicare et dicere. Penitentiā agite.
Appropinquabit enī regnū celoꝝ. Ambulās
autē iuxta mare galilee vidit duos frēs simonē
qui vocat̄ petrus et andreā fratrē eius: mittētes
rete in mare. Erāt enī piscatores. Et ait illis.
Venite post me: et faciam vos fieri piscatores
hoīm. At illi cōtinuo relictis retibꝰ secuti sunt
eū. Et procedens inde vidit alios duos fratres.
iacobū zebedei et iohannem fratrē eius in naui
cū zebedeo pr̄e eoꝝ reficiētes retia sua: et vocauit
eos. Illi autē statim relictis retibꝰ et patre: se:
cuti sūt eū. Et circuibat ihesus totam galileam
docens ī synagogis eoꝝ: et predicans euangeliū
regni: et sanās omnē languorē et omnē infir:
mitatē in pplo. Et abiit opinio eius in totam
syriā: et obtulerūt ei omēs male habentes variis
lāguoribꝰ et tormētis comphensos· et qui demonia
habebant· et lunaticos et paraliticos et curauit
eos: et secuti sūt eū turbe multe de galilea· et de:
capoli· et de iherosolimis· et de iudea· et de trans
iordanen.

Videns autē ihesus V.
turbas ascendit in mōtem: et cū sedisset
accesserūt ad eū discipuli eius: et aperiēs os suū
docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu: qm̄
ipsoꝝ est regnū celoꝝ. Beati mites: qm̄ ipi pos:
sidebūt terrā. Beati qui lugēt: qm̄ ipsi cōsola:
bunt̄. Beati qui esuriūt et sitiūt iusticiā: qm̄
ipi saturabunt̄. Beati misericordes quoniā ipi
misericordiā consequent̄. Beati mundo corde:
qm̄ ipi deū videbūt. Beati pacifici: qm̄ filii dei
vocabunt̄. Beati qui psecutionē patiunt̄ pter
iusticiā: qm̄ ipsoꝝ ē regnū celoꝝ. Beati estis cū
maledixerint vobis· et persecuti vos fuerint et
dixerint omne malū aduersū vos mētientes pter
me. Gaudete et exultate: quoniam merces vestra
copiosa ē in celis. Sic enī psecuti sūt pphetas qui
fuerūt ante vos. Vos estis sal terre. Quod si
sal euanuerit: in quo salietur? Ad nichilū valet
ultra· nisi ut mittat̄ foras: et cōculcet̄ ab hoībꝰ.
Vos estis lux mūdi. Non potest ciuitas abscō:
di supra montē posita: neqꝫ accendūt lucernā·
et ponūt eā sub modio sed super candelabrū: ut
luceat omībꝰ qui ī domo sūt. Sic luceat lux vrā
corā hoībꝰ: ut videāt opa vestra bona: et glo:
rificent patrē vestrū qui ī celis est. Nolite pu:
tare qm̄ veni soluere legem aut pphetas. Non
veni soluere: sꝫ adimplere. Amen quippe dico
vobis: donec transeat celū et terra· iota unū aut
unus apex nō preteribit a lege: donec oīa fiāt.
Qui ergo soluerit unū de mādatis istis mini:
mis· et docuerit sic hoīes minimus vocabitur·

in regno celoꝝ: qui autē fecerit et docuerit: hic magnus vocabitur in regno celoꝝ. Dico autē vobis: quia niſi abūdauerit iuſticia vr̄a pluſq̄ ſcribaꝝ et phariſeoꝝ: nō intrabitis ī regnū celoꝝ. Audiſtis quia dictū ē antiquis nō occides: qui autē occiderit reus erit iudicio. Ego autē dico vobis: quia oñis qui iraſcit̄ fratri ſuo reus erit iudicō. Qui autē dixerit fratri ſuo racha: reus cōcilio. Qui autē dixerit fatue: reus erit gehēne ignis. Si ergo offers munus tuū ad altare ⁊ ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduerſum te: relinque ibi munus tuū ante altare: et vade prius recōciliari fratri tuo: et tūc veniēs offeres munus tuū. Eſto cōſentiēs adūſario tuo cito dū es in via cū eo: ne forte tradat te adūſarius iudicí: et iudex tradat te miniſtro · et in carcerē mittaris. Amen dico tibi: nō exies inde donec reddas nouiſſimū quadrantē. Audiſtis quia dictū eſt antiquis: nō mechaberis. Ego autē dico vobis: quia oñis qui viderit mulierē ad concupiſcendū eā: iam mechatus ē eā in corde ſuo. Quod ſi oculus tuus dexter ſcādaliſat te: erue eū et proice abs te. Expedit enī tibi ut pereat vnū mēbroꝝ tuoꝝ: q̄ totū corpus tuū mittat̄ ī iehennā ignis. Et ſi dextra manus tua ſcandaliſat te: abſcide eam et proice abs te. Expedit enī tibi ut pereat vnū mēbroꝝ tuoꝝ: q̄ totū corpus tuū eat in iehennā. Dictū eſt autē quicūq̄ dimiſerit vxorē ſuā det ei libellū repudij. Ego autē dico vobis: quia oñis qui dimiſerit vxorē ſuā · excepta fornicacōis cauſa · facit eā mechari: et q̄ dimiſſā duxerit adulterat. Iterū audiſtis quia dictū eſt antiquis nō periurabis: reddes autē dn̄o iuramenta tua. Ego autē dico vobis nō iurare omnino: neq̄ ꝑ celū · q̄a tronus dei eſt: neq̄ ꝑ terrā · quia ſcabellū eſt pedū eius: neq̄ ꝑ iheroſolimā · q̄a ciuitas eſt magni regis. Neq̄ per caput tuū iuraueris: quia non potes vnū capillum albū facere aut nigrū. Sit autē ſermo veſter: eſt ē · non nō: q̄d autē hijs abūdantius ē a malo ē. Audiſtis quia dictū eſt: oclm ꝑ oculo · dentē ꝑ dente. Ego autē dico vobis nō reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dextrā maxillā tuā prebe illi et alterā: ⁊ ei qui vult tecū in iudicio cōtendere et tunicam tuā tollere dimitte et palliū: ⁊ quicunq̄ te angariauerit mille paſſus: vade cū illo et alia duo. Qui aūt petit a te da ei: et volenti mutuare a te ne auertaris. Audiſtis quia dictū eſt: diliges ꝓximū tuū · et odio habebis inimicū tuū. Ego autem dico vobis diligite inimicos veſtros: benefacite hijs qui oderūt vos · et orate ꝑ perſequentib; ⁊ calūniantib; vos: ut ſitis filij patris veſtri qui ī celis ē · q̄ ſolē ſuū oriri facit ſup bonos et malos: et pluit ſuper iuſtos et iniuſtos. Si enī diligitis eos qui vos diligūt: quā mercedem habebitis? Nōne et publicani hoc faciūt? Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantū: q̄d amplius facitis? Nōne ⁊ ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo vos ꝑfecti: ſicut ⁊ pater veſter celeſtis ꝑfectus eſt.

VI

Attendite ne iuſticiā veſtrā faciatis corā hoib; ut videamini ab eis: alioquin mercedē nō habebitis apud patrē vr̄m qui ī celis ē. Cū ergo facis elemoſinā noli ante te tuba canere: ſicut ypocrite faciūt ī ſynagogis et in vicis ut honorificētur ab hoīb;. Amen dico vobis: receperūt mercedē ſuā. Te autē faciente elemoſinā: neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextra tua: ut ſit elemoſina tua ī abſcōdito: ⁊ pater tuus qui videt in abſcōdito reddet tibi. Et cū oratis: nō eritis ſicut ypocrite qui amāt ī ſynagogis et ī angulis plateaꝝ ſtātes orare: ut videant̄ ab hoīb;. Amē dico vobis: receperūt mercedē ſuā. Tu autē cū oraueris intra ī cubiclm tuū: et clauſo oſtio ora patrē tuū in abſcōdito: et pat̄ tuus qui videt ī abſcondito reddet tibi. Orantes autē nolite multū loqui: ſicut ethnici faciunt · putant enī: q̄ in multiloquio ſuo exaudiātur. Nolite ergo aſſimilari eis. Scit enī pater veſt̄ quid opus ſit vobis: antequam petatis eū. Sic ergo vos orabitis. Pater noſter qui es in celis ſanctificet̄ nomen tuū. Adueniat regnū tuū. Fiat volūtas tua: ſicut ī celo et ī terra. Panē nr̄m ſupſubſtātialē da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra: ſicut ⁊ nos dimittimus debitorib; noſtris. Et ne nos inducas in tēptatione: ſed libera nos a malo. Si enī dimiſeritis hoīb; pecc̄a eoꝝ: dimittet et vobis pater veſter celeſtis delicta veſtra. Si autē nō dimiſeritis hoīb;: nec pater veſter dimittet vobis peccata vr̄a. Cum autē ieiunatis: nolite fieri ſicut ypocrite triſtes. Exterminant enī facies ſuas: ut pareant hoīb; ieiunātes. Amen dico vobis: quia receperūt mercedē ſuā. Tu autē cū ieiunas vnge caput tuū et faciē tuā laua: ne videaris hoīb; ieiunās ſed patri tuo qui ē in abſconſo: et pater tuus qui videt in abſconſo reddet tibi. Nolite theſaurizare vobis theſauros ī terrā: vbi erugo

et tinea demolit̄: et vbi fures effodiūt et furant̄.
Theſaurizate autē vobis theſauros in celo: vbi
nec erugo nec tinea demolitur: et vbi fures nō
effodiunt nec furant̄. Vbi eſt theſaurus tuus:
ibi eſt et cor tuū. Lucerna corporis tui ē oculus
tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex: totū corpus
tuū lucidū erit. Si aūt oculus tuus fuerit neq̄:
totū corpus tuū tenebroſū erit. Si ergo lumen
qḋ in te eſt tenebre ſūt: ipſe tenebre quāte erūt?
Nemo poteſt duob⁹ dn̄is ſeruire. Aut enī vnū
odio habebit et alterū diliget: aut vnū ſuſtinebit
et alterū cōtemnet. Non poteſtis deo ſeruire et
mamone. Ideo dico vobis: ne ſolliciti ſitis aīe
veſtre quid mādncetis: neq̄ corpori veſtro quid
induamini. Nōne aīa plus ē q̄ eſca: et corpus
plus q̄ veſtimentū? Reſpicite volatilia celi q̄
nō ſerūt neq̄ metūt: neq̄ cōgregant in horrea:
et pater veſter celeſtis paſcit illa. Nonne vos
magis pluris eſtis illis? Quis autē vr̄m cogi-
tans poteſt adicere ad ſtaturā ſuā cubitū vnū?
Et de veſtimētis quid ſolliciti eſtis? Conſiderate
lilia agri quomodo creſcūt. Non laborāt neq̄
nent. Dico autē vobis: qm̄ nec ſalomō in oīi
gloria ſua coopertus eſt ſicut vnū ex iſtis. Si enī
fenū agri qḋ hodie eſt et cras in clibanū mittitur
deus ſic veſtit: quāto magis vos minime fidei?
Nolite ergo ſolliciti eſſe dicētes qd mādncabi-
mus aut qd bibemus: aut quo operiemur. Hec
enī oīa gentes inquirūt. Scit enī pater veſter
quia hijs oīb⁹ indigetis. Querite ergo pⁱmū
regnū dei et iuſticiā eius: et hec oīa adicient̄
vobis. Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſtinum.
Craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi.
Sufficit diei malicia ſua. VII.

Nolite iudicare et nō iudicabimini: nolite
cōdemnare et nō cōdemnabimini: ī quo
enī iudicō iudicaueritis iudicabimini: et ī qua
menſura menſi fueritis remetiet̄ vobis. Quid
autē vides feſtucam in oculo fratris tui: et trabē
in oculo tuo nō vides? Aut quomō dicis fratri
tuo frater ſine: eiciā feſtucam de oculo tuo: et ecce
trabs eſt ī oculo tuo? Ypocrita eice pⁱmū trabē
de oculo tuo: et tūc videbis eicere feſtucā de oculo
fratris tui. Nolite dare ſanctum canibus: neq̄
mittatis margaritas vr̄as ante porcos: ne forte
conculcēt eas pedib⁹ ſuis: et cōuerſi dirumpant
vos. Petite et dabit̄ vobis: querite et inuenie-
tis: pulſate et aperiet̄ vobis. Oīs enī qui petit
accipit: et q̄ querit inuenit: et pulſanti aperiet̄.
Aut quis ē ex vobis homo quē ſi petierit filius
ſuus panem: nūquid lapidē porriget ei? Aut
ſi piſcem petierit: nūquid ſerpentē porriget ei?
Si ergo vos cū ſitis mali noſtis bona data dare
filijs vr̄is: quāto magis pater veſter qui ī celis ē
dabit bona petētibus ſe? Omnia ergo quecūq̄
vultis ut faciāt vobis hoīes: et vos facite illis.
Hec eſt enī lex et ꝓphete. Intrate per anguſtam
portā: quia lata porta et ſpacioſa via eſt q̄ ducit
ad ꝑditionē: et multi ſūt qui intrant per eam.
Quā anguſta porta et arta via eſt que ducit ad
vitam: et pauci ſūt qui inueniūt eā. Attēdite
a falſis ꝓphetis qui veniūt ad vos ī veſtimentis
ouiū: intrinſecus ſūt lupi rapaces. A fructib⁹
eoꝝ cognoſcetis eos. Nūquid colligūt de ſpinis
vuas: aut de tribulis ficus? Sic oīs arbor bona
fructus bonos facit: mala autem arbor malos
fructus facit. Nō poteſt aūt arbor mala bonos
fructus facere: neq̄ arbor bona malos fructus
facere. Omnis arbor que non facit fructū bonū
excidet̄: et in ignē mittet̄. Igitur ex fructibus
eoꝝ cognoſcetis eos. Non oīs qui dicit michi
dn̄e domine intrabit ī regnū celoꝝ: ſed qui facit
voluntatē patris mei qui ī celis eſt: ipſe intrabit
in regnū celorū. Multi dicent michi in illa die
domine dn̄e nōne in noīe tuo ꝓphetauimus et
in noīe tuo demonia eiecimus: et ī tuo nomine
virtutes multas fecimus: et tūc cōfitebor illis qꝛ
nūquam noui vos. Diſcedite a me oēs qui
operamini iniquitatē. Oīs ergo qui audit vba
mea hec: et facit ea: aſſimilabit̄ viro ſapienti q̄
edificauit domū ſuā ſuper petram: et deſcendit
pluuia et venerūt flumina: et flauerūt venti et
irruerūt in domū illā: et nō cecidit. Fundata
enī erat ſupra petrā. Et oīs q̄ audit verba mea
hec: et nō facit ea: ſimilis erit viro ſtulto qui edi-
ficauit domū ſuā ſupra harenā: et deſcēdit plu-
uia et venerūt flumina et flauerūt vēti et irrue-
rūt in domū illā: et cecidit: et fuit ruina eius
magna. Et factum eſt cū conſummaſſet ihesus
verba hec: admirabant̄ turbe ſup doctrina eius.
Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens:
et nō ſicut ſcribe eoꝝ et phariſei. VIII.

Cum autē deſcēdiſſet de monte: ſecute ſūt
eū turbe multe: et ecce leproſus veniens
adorabat eū dicēs. Dn̄e: ſi vis potes me mūda-
re. Et extēdens manū ihesus: tetigit eū dicens.
Volo. Mundare. Et cōfeſtim mūdata ē lepra
eius. Et ait illi ihesus. Vide nemini dixeris:

ſed vade oſtende te ſacerdoti: & offer munus tuū
qđ precepit moyſes in teſtimoniū illis. Cū autē
introiſſet capharnaum acceſſit ad eū centurio:
rogans eū et dicēs dn̄e: puer meus iacet ī domo
paraliticus: et male torquet̄. Et ait illi iheſus.
Ego veniā: et curabo eū. Et reſpōdens centurio
ait. Dn̄e: nō ſum dignus vt intres ſub tectum
meū: ſed tantū dic v̄bo: et ſanabit̄ puer meus.
Nam et ego homo ſū ſub poteſtate cōſtitutus
habēs ſub me milites: et dico huic vade et vadit·
et alij veni & venit: et ſeruo meo fac hoc et fa=
cit. Audiens autē iheſus miratus eſt: et ſequē=
tib; ſe dixit. Amē dico vobis: nō inueni tantā
fidem ī iſrl'. Dico autē vobis: ꝙ multi ab oriēte
et occidēte veniēt et recumbēt cū abrahā et yſaac
et iacob· ī regno celoꝝ: filij aūt regni eicient̄ ī te
nebras exteriores. Ibi erit fletus et ſtridor dētiū.
Et dixit iheſus cēturioni. Vade: et ſicut credi=
diſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer ex illa hora.
Et cū veniſſet iheſus ī domum petri vidit ſocrū
eius iacentē et febricitantē: et tetigit manū eius
et dimiſit eam febris: et ſurrexit et miniſtrabat
ei. Veſpere autē facto· obtulerūt ei multos de=
monia habētes: et eiciebat ſpiritus v̄bo· et oēs
male habētes curauit vt adimpleret̄ quod dictū
eſt ꝑ yſaiam ꝓphetam dicentē. Ipſe infirmitates
noſtras accepit: et egrotacōes noſtras portauit.
Videns autē iheſus turbas mltas circū ſe: iuſſit
diſcipulos ire trāsfretū. Et accedēs vnus ſcriba
ait illi. Magiſter: ſequar te quocūqꝫ ieris. Et
dicit ei iheſus. Vulpes foueas habēt et volucres
celi nidos: filius autē hoīs non habet vbi caput
ſuū reclinet. Alius autem de diſcipulis eius ait
illi· dn̄e: pmitte me primū ire & ſepelire patrē
meū. Iheſus autē ait illi. Seqre me: et dimitte
mortuos ſepelire mortuos ſuos. Et aſcēdente eo
in nauiculā ſecuti ſūt eū diſcipuli eius: & ecce
motus magnus factus ē in mari: ita vt naui=
cula operiret̄ fluctib;. Ipſe vero dormiebat. Et
acceſſerunt ad eū diſcipuli eius: et ſuſcitauerūt
eum dicētes. Dn̄e· ſalua nos: perimus. Et di=
cit eis iheſus. Quid timidi eſtis modice fidei?
Tunc ſurgēs imperauit vētis et mari: et facta
eſt tranſquillitas magna. Porro hoīes mirati
ſūt dicentes. Qualis eſt hic: quia vēti et mare
obediūt ei. Et cū veniſſet iheſus trans fretū in
regionē geraſenoꝝ· occurrerūt ei duo habentes
demonia de monumentis exeūtes· ſeui nimis:
ita vt nemo poſſet trāſire ꝑ viam illā. Et ecce
clamauerūt dicētes. Quid nobis et tibi iheſu
fili dei? Veniſti huc ante tēpus torquere nos.
Erat autē nō lōge ab illis grex porcoꝝ multorū
paſcens. Demones autē rogabant eū dicentes.
Si eicis nos hinc: mitte nos ī gregem porcorū.
Et ait illis. Ite. At illi exeuntes abierūt in
porcos. Et ecce magno impetu abijt totus grex
per preceps in mare: & mortui ſunt in aquis.
Paſtores autē fugerūt: et veniētes ī ciuitatē·
nūciauerūt hec oīa: & de hijs qui demonia
habuerāt. Et ecce tota ciuitas exijt obuiā ihe=
ſu: et viſo eo: rogabāt eū vt trāſiret a finib; eo=

Et aſcendens iheſus in IX rū.
nauiculā trāſfretauit: et venit ī ciuitatē
ſuā. Et ecce offerebāt ei paraliticū iacentem in
lecto. Et videns iheſus fidē illoꝝ: dixit paraliti=
co. Confide fili. Remittunt̄ tibi peccata tua.
Et ecce quidam de ſcribis dixerunt intra ſe. Hic
blaſphemat. Et cū vidiſſet iheſus cogitationes
eoꝝ dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus
veſtris? Quid eſt facilius dicere dimittunt̄ tibi
peccata: an dicere ſurge et ambula? Vt autem
ſciatis quia filius hoīs habet poteſtatē dimittēdi
peccata in terra: tūc ait paralitico. Surge tolle
lectū tuū: et vade ī domū tuā. Et ſurrexit: &
abijt in domū ſuā. Videtes autē turbe timue=
rūt: & glorificauerūt deū qui dedit poteſtatem
talem homīb;. Et cū trāſiret inde iheſus: vidit
hoīem ſedentē in theloneo matheū noīe. Et ait
illi. Sequere me. Et ſurgens ſecutus eſt eū. Et
factū eſt diſcumbēte eo ī domo: ecce multi pub=
licani & peccatores veniētes diſcumbebāt cum
iheſu: et diſcipulis eius. Et videtes phariſei di=
cebāt diſcipulis eius. Quare cū publicanis &
peccatorib; mādūcat magiſter veſter? At iheſus
audiens ait. Nō eſt opus valentib; medicus:
ſed male habētib;. Euntes autē diſcite quid eſt·
miſericordiā volo: et nō ſacrificiū. Non enim
veni vocare iuſtos: ſed peccatores. Tūc acceſſerunt
ad eū diſcipuli iohannis dicētes. Quare nos et
phariſei ieiunamus frequēter: diſcipuli autem
tui nō ieiunant? Et ait illis iheſus. Nūquid
poſſūt filij ſpōſi lugere ꝙdiu cū illis ē ſponſus?
Venient autē dies cū auferet̄ ab eis ſponſus: et
tūc ieiunabūt. Nemo autē immittit cōmiſſu=
ram pāni rudis ī veſtimentū vetus. Tollit eni
plenitudinē eius a veſtimēto: & peior ſciſſura
fit. Neqꝫ mittūt vinū nouū in vtres veteres.
Alioquin rumpunt̄ vtres: et vinū effūdit: &

vtres pereunt. Sed vinū nouū in vtres nouos
mittūt: et ābo ſeruāt. Hec illo loquēte ad eos:
ecce princeps vnus acceſſit et adorabat eū dicēs.
Dñe: filia mea modo defūcta ē: ſed veni impo:
ne manū tuā ſup eā & viuet. Et ſurgēs iheſus
ſeqbat eū: et diſcipuli eius. Et ecce mulier que
ſāguinis fluxū patiebat duodecim annis acceſſit
retro: et tetigit fimbriā veſtimēti eius. Dicebat
enī intra ſe. Si tetigero tantū veſtimentū eius:
ſalua ero. At iheſus cōuerſus: & videns eam
dixit. Confide filia. Fides tua te ſaluā fecit.
Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora. Et cū ve:
niſſet iheſus ī domū principis. et vidiſſet tibici:
nes et turbā tumultuantē dicebat. Recedite:
nō eſt enī mortua puella. ſed dormit. Et deride:
bant eū. Et cū eiecta eſſet turba intrauit: et te:
nuit manū eius & dixit. Puella ſurge. Et
ſurrexit puella: et exijt fama hec in vniuerſam
terrā. Et trāſeunte inde iheſu: ſecuti ſūt eū duo
ceci clamātes et dicētes. Miſerere nr̄i fili dauid.
Cū autē veniſſet domū. acceſſerūt ad eū ceci: et
dicit eis iheſus. Creditis quia hoc poſſum facere
vobis: Dicūt ei. Vtiqȝ dñe. Tūc tetigit oculos
eoꝝ dicens. Secundū fidē veſtrā fiat vobis. Et
aperti ſūt oculi eoꝝ. Et cōminatus ē eis iheſus
dicens. Videte ne quis ſciat. Illi autē exeūtes
diffamauerūt eū in tota terra illa. Egreſſis aūt
illis ecce obtulerūt ei hoīem mutū demoniū ha:
bentē: et eiecto demonio locutus eſt mutus: &
mirate ſūt turbe dicētes. Nūqȝ apparuit ſic in
iſrahel. Phariſei autē dicebant. In principe
demoniorū eicit demones. Et circuibat iheſus
oēs ciuitates & caſtella: docens in ſynagogis
eoꝝ et p̄dicans euangeliū regni: et curās omnē
languorē et omnē infirmitatē. Videns autem
turbas miſertus ē eis: quia erāt vexati et iacētes
ſicut oues nō habentes paſtorē. Tūc dicit diſci:
pulis ſuis. Meſſis quidē multa: operarij autē
pauci. Rogate ergo dominū meſſis: ut mit:
tat operarios in meſſem ſuam. X

Et cōuocatis duodecim diſcipulis ſuis: de:
dit illis poteſtatē ſpirituū immūdoꝝ ut
eicerēt eos: et curarēt omnē languorē. et omnē
infirmitatē. Duodecim aūt diſcipuloꝝ nomīa
ſūt hec. Primus ſimon qui dicitur petrus &
andreas frater eius: philippus et bartholomeus
iacobꝰ zebedei. et iohannes frater eius: thomas
et matheus publicanus: et iacobus alphei &
thadeus. ſimon chananeus. et iudas ſcariothis:

qui et tradidit eū. Hos duodecim miſit iheſus:
p̄cipiens eis et dicēs. In viā gentiū ne abieritis:
et in ciuitates ſamaritanoꝝ ne intraueritis: ſed
potius ite ad oues que perierūt domus iſrahel.
Euntes autē predicate dicētes: quia appropin:
quauit regnū celoꝝ. Infirmos curate. mortu:
os ſuſcitate. leproſos mūdate: demones eicite:
gratis accepiſtis. gratis date. Nolite poſſidere
auꝝ. neqȝ argentū: neqȝ pecuniā in zonis vr̄is.
Non perā ī via neqȝ duas tunicas. neqȝ cal:
ciamēta: neqȝ virgā. Dignus enī eſt operarius
cibo ſuo. In quācūqȝ aūt ciuitatē aut caſtellū
intraueritis. interrogate quis in ea dignus ſit:
et ibi manete donec exeatis. Intrantes autē in
domū. ſalutate eā dicētes. Pax huic domui.
Et ſi quidē fuerit domus digna. veniet pax vr̄a
ſuper eā: ſi autē nō fuerit digna: pax veſtra re:
uertet ad vos. Et quicūqȝ nō receperit vos. neqȝ
audierit ſermones vr̄os: exeuntes foras de domo
uel ciuitate excutite puluerē de pedibus veſtris.
Amē dico vobis: tolerabilius erit t̄re ſodomoꝝ
et gomorreoꝝ in die iudicij ꝙ illi ciuitati. Ecce
ego mitto vos: ſicut oues ī medio lupoꝝ. Eſto:
te ergo prudentes ſicut ſerpentes: & ſimplices
ſicut colūbe. Cauete autē ab hoīibꝰ. Tradent
enī vos ī cōcilijs: et ī ſynagogis ſuis flagellabūt
vos: et ad preſides et ad reges ducemini propter
me. ī teſtimoniū illis et gētibꝰ. Cū autē tradēt
vos: nolite cogitare quomō aut qd loquamini.
Dabit̄ enī vobis in illa hora quid loquamini.
Non enī vos eſtis qui loquimini: ſed ſpiritus
patris veſtri qui loquitur ī vobis. Tradet autē
frater fratrē in mortē. et pater filiū: & inſurgēt
filij ī parētes: et morte eos afficiēt: et eritis odio
oīibꝰ ꝓpter nomē meū. Qui autē pſeuerauer:
rit uſqȝ in finē: hic ſaluus erit. Cū autē pſequē
tur vos in ciuitate iſta. fugite in aliā. Amen
dico vobis: nō conſūmabitis ciuitates iſrahel:
donec veniat filius hoīs. Nō eſt diſcipulus ſup
magiſtrum: nec ſeruus ſup dñm ſuū. Sufficit
diſcipulo ut ſit ſicut magiſt̄ eius: et ſeruo ſicut
dñs eius. Si patremfamilias beelzebub vocaue:
runt: quāto magis domeſticos eius: Ne ergo
timueritis eos. Nichil enī eſt opertū quod nō
reuelabit̄: et occultū quod nō ſciat̄. Quod dico
vobis in tenebris dicite ī lumine: et quod ī aure
auditis p̄dicate ſuper tecta. Et nolite timere eos
qui occidūt corpus. animā autē nō poſſūt occi:
dere: ſed potius timete eū qui poteſt et animā et

corpus perdere in gehennā. Nōne duo passeres
asse veneūt? Et vnus ex illis nō cadet super terrā
sine patre vestro. Vestri autem et capilli capitis
oēs numerati sūt. Nolite ergo timere: multis
passeribꝫ meliores estis vos. Omīs ergo qui cō-
fitebit̄ me corā hoībꝫ: cōfitebor & ego eū corā
patre meo qui ī celis est. Qui autē negauerit
me corā hoībꝫ: negabo et ego eū corā patre meo
qui in celis est. Nolite arbitrari quia venerim
pacē mittere in terrā. Non veni pacē mittere
in terrā sed gladiū. Veni enī separare hominē
aduīsus patrē suū. et filiā aduīsus matrē suā: &
nurū aduīsus socrū suā: et inimici hoīs domes-
tici eius. Qui amat patrē aut matrē plusquā
me: non est me dignus. Et qui amat filiū aut
filiā super me: nō est me dignus. Et qui nō ac-
cipit crucē suā et sequit̄ me: nō est me dignus.
Qui inuenit animā suā. perdet illā: et qui ꝑ-
diderit animā suā ꝓpter me. inueniet eā. Qui
recipit vos me recipit: et qui me recipit recipit
eū qui me misit. Qui recipit ꝓphetā ī nomīe
ꝓphete: mercedē ꝓphete accipiet. Et qui recipit
iustū in nomīe iusti: mercedē iusti accipiet. Et
quicūqꝫ potū dederit vni ex minimis istis calicē
aque frigide tantū in nomīe discipuli: amē dico
vobis: nō perdet mercedem suā. XI.

Et factū est cū consūmasset ihesus ꝑcipiēs
duodecim discipulis suis: trāsijt inde ut
doceret et predicaret ī ciuitatibꝫ eoꝝ. Johannes
autē cū audisset ī vinculis opa xp̄isti: mittens
duos de discipulis suis. ait illi. Tu es qui ven-
turus es an aliū expectamus? Et respōdens ihe-
sus ait illis. Euntes renūciate iohanni que audis
tis et vidistis. Ceci vident. claudi ambulant.
leprosi mūdant̄. surdi audiūt. mortui resurgūt.
pauperes euāgelizant̄: et beatus ē qui nō fuerit
scandalisatus in me. Illis autē abeūtibꝫ: cepit
ihesus dicere ad turbas de iohanne. Quid exis-
tis ī desertū videre? Arūdinem vēto agitatā?
Sed qd existis videre? Hominē mollibꝫ vestitū?
Ecce qui mollibꝫ vestiunt̄ in domibꝫ regū sūt.
Sed quid existis videre? Prophetā? Etiā dico
vobis: et plusqꝫ ꝓphetā. Hic est enī de quo scrip-
tū est. Ecce ego mitto angelū meū ante faciem
tuā: qui ꝑparabit viā tuā ante te. Amen dico
vobis: nō surrexit inter natos mulierū maior
iohanne baptista. Qui autē minor est ī regno
celorū maior est illo. A diebus autē iohannis
baptiste usqꝫ nūc regnū celorū vim patitur: &
violenti rapiūt illud. Omīes enī ꝓphete & lex
usqꝫ ad iohannē ꝓphetauerūt: et si vultis recipe-
re. ipse est helias qui venturus est. Qui habet au-
res audiendi audiat. Cui autē similē estimabo
generationē istā? Similis ē pueris sedentibꝫ in
foro: qui clamātes coequalibꝫ dicūt. Cecinimus
vobis et nō saltastis: lamētauimus et nō plāx-
istis. Venit enī iohannes neqꝫ mādūcans neqꝫ
bibens: & dicūt demoniū habet. Venit filius
hoīs manducans et bibens: & dicūt ecce homo
vorax et potator vini publicanoꝝ & peccatorū
amicus. Et iustificata est sapiētia a filijs suis.
Tunc cepit exprobrare ciuitatibꝫ in quibꝫ facte
sūt plurime virtutes eius: quia nō egissēt peni-
tētiā. Ve tibi corozaim. ve tibi bethsaida: quia
si ī tyro et sydone facte essent virtutes que facte
sūt in vobis: olim ī cilicio et cinere penitentiam
egissent. Verūtamē dico vobis: tyro et sydoni
remissius erit in die iudicij qꝫ vobis. Et tu ca-
pharnaū. nūquid usqꝫ ī celū exaltaberis? Usqꝫ
in infernū descendes. Quia si in sodomis facte
fuissēt virtutes que facte sūt in te: forte māsissēt
usqꝫ in hāc diē. Verūtamē dico vobis: quia terre
sodomoꝝ remissius erit ī die iudicij qꝫ tibi. In
illo tempore respōdens ihesus dixit. Confiteor
tibi pater dn̄e celi et terre: quia abscondisti hec a
sapientibꝫ et prudētibꝫ: et reuelasti ea paruulis.
Jta pater: quoniā sic fuit placitū ante te. Omīa
michi tradita sūt a patre meo. Et nemo nouit
filiū nisi pater: neqꝫ patrē quis nouit nisi fili-
us: & cui voluerit filius reuelare. Venite ad
me omīes qui laboratis et onerati estis: et ego re-
ficiā vos. Tollite iugū meū super vos. et discite
a me quia mitis sū et humilis corde: et inuenie-
tis requiē animabꝫ vestris. Jugum enī meum
suaue est: & onus meum leue. XII.

In illo tempore abijt ihesus per sata sabbato: dis-
cipuli autē eius esurientes ceperūt vellere spicas
et manducare. Pharisei autē vidētes. dixerūt
ei. Ecce discipuli tui faciūt: quod nō licet eis fa-
cere sabbatis. At ille dixit eis. Non legistis qd
fecerit dauid quādo esurijt et qui cū eo erāt. quo-
modo intrauit ī domū dei. et panes ꝓpositionis
comedit. quos nō licebat ei edere neqꝫ hijs qui cū
eo erāt: nisi solis sacerdotibꝫ? Aut nō legistis ī
lege. quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatū
violant: et sine crimine sūt? Dico autē vobis:
quia templo maior est hic. Si autē sciretis quid
est misericordiā volo et non sacrificiū: nūquam

cōdemnaſſetis innocētes. Dn̄s eſt enī filius ho:
minis: etiā ſabbati. Et cū inde trāſiſſet: venit ī
ſynagogam eoꝝ. Et ecce homo manū habēs ari
dam: et intꝛogabāt eū dicētes. Si licet ſabbatis
curare? Vt accuſarent eū. Ipſe aūt dixit illis.
Quis erit ex vobis homo qui habeat ouē vnā?
Et ſi ceciderit hec ſabbatis ī foueā: nōne tenebit
et leuabit eā? Quanto magis melioꝛ eſt homo
oue. Itaq; licet ſabbatis benefacere. Tunc ait
homini. Extende manū tuā. Et extendit: &
reſtituta eſt ſanitati ſicut altera. Exeūtes autē
phariſei· conſiliū faciebāt aduerſus eū: quomō
perderēt eū. Iheſus autē ſciens receſſit inde: &
ſecuti ſūt eū multi: et curauit eos om̄es. Et pre:
cepit eis· ne manifeſtū eū facerēt: ut adimpleret̄
quod dictū eſt p yſaiam ꝓphetam dicentē. Ecce
puer meus quē elegi: dilectus meus ī quo bene
cōplacuit aīe mee. Ponā ſpiritū meū ſup eū:
et iudiciū gentibꝫ nūciabit. Nō contēdet neq;
clamabit: neq; audiet aliquis in plateis vocem
eius. Arundinē quaſſatā nō confrīget· et linū
fumigās nō extinguet: donec eiciat ad victoriā
iudiciū: et in noīe eius gentes ſperabūt. Tunc
oblatus eſt ei demoniū habens cecus et mutus:
et curauit eū ita ut loqueret̄ et videret. Et ſtupe
bant omnes turbe: et dicebāt. Numquid hic eſt
filius dauid? Phariſei autē audiētes dixerūt.
Hic non eicit demones: niſi in beelzebub prīncipe
demonioꝝ. Iheſus autē ſciens cogitacōnes eoꝝ.
dixit eis. Om̄e regnū diuiſū cōtra ſe deſolabit̄:
et om̄is ciuitas uel domus diuiſa cōtra ſe nō ſta:
bit. Et ſi ſathanas ſathanan eicit: aduerſus ſe
diuiſus ē. Quomodo ergo ſtabit regnū eius?
Et ſi ego ī beezebub eicio demones: filij veſtri in
quo eiciūt? Ideo ipſi iudices erūt veſtri. Si autē
ego ī ſpiritu dei eicio demones: igitur ꝑuenit in
vos regnū dei. Aut quomodo poteſt quiſquā
intrare in domū fortis et vaſa eius diripere: niſi
prius alligauerit fortē? Et tūc domū illius di:
ripiet. Qui nō eſt mecū contra me eſt: et qui
nō congregat mecū ſpargit. Ideo dico vobis:
om̄e peccatū et blaſphemia remittet̄ hom̄ibus:
ſpiritus autē blaſphemie nō remittet̄. Et quicū:
q; dixerit verbū cōtra filiū hoīs· remittet̄ ei: qui
autē dixerit cōtra ſpiritū ſanctū nō remittet̄ ei:
neq; ī hoc ſeculo· neq; ī futuro. Aut facite ar:
borē bonā et fructū eius bonū: aut facite arboꝛē
malā: et fructū eius malū. Siquidē ex fructu·
arboꝛ agnoſcit̄. Progenies viperarū quomodo

poteſtis bona loqui cū ſitis mali? Ex abundan:
tia enī coꝛdis· os loquit̄. Bonus homo de bono
theſauro ꝓfert bona: & malus homo de malo
theſauro profert mala. Dico autem vobis: quī
om̄e verbū ocioſum quod locuti fuerīt homīes:
reddēt rationē de eo ī die iudicij. Ex verbis enī
tuis iuſtificaberis: et ex v̄bis tuis cōdemnaberis.
Tūc reſponderūt ei quidā de ſcribis et phariſeis
dicētes. Magiſter: volumus a te ſignū videre.
Qui reſpōdens ait illis. Generatio mala et ad:
ultera ſignū querit: & ſignū non dabit̄ ei niſi
ſignū ione ꝓphete. Sicut enī fuit ionas ī vētre
ceti tribꝫ diebꝫ et tribꝫ noctibꝫ: ſic erit filius hoīs
in coꝛde terre tribꝫ diebꝫ et tribus noctibꝫ. Viri
niniuite ſurgēt in iudicio cū generatione iſta et
cōdemnabūt eā: quia penitentiā egerūt in p̄di:
cōne ione. Et ecce pluſquā iona hic. Regina
auſtri ſurget in iudicio cū generatione iſta &
cōdemnabit eā: quia venit a finibꝫ terre audire
ſapientiam ſalomonis. Et ecce pluſq̄ ſalomon
hic. Cū autē immūdus ſpiritus exierit ab hoīe
ambulat p loca arida; querēs requiē et nō inue:
nit. Tūc dicit. Reuertar in domū meā vnde
exiui. Et veniēs inuenit eā vacantē ſcopis mū:
datā et oꝛnatā. Tūc vadit et aſſumit ſeptē alios
ſpiritus ſecū nequiores ſe· et intrātes habitant
ibi: et fiunt nouiſſima hoīs illius· peioꝛa prio:
ribꝫ. Sic erit et generacōi huic peſſime. Adhuc
eo loquēte ad turbas: ecce mater eius & fratres
ſtabāt foꝛis· querētes loqui ei. Dixit aūt ei qui:
dā. Ecce mater tua et fratres tui foꝛis ſtāt· que:
rētes te. At ipſe reſpōdens dicēti ſibi ait. Que
eſt mat̄ mea: et qui ſūt fratres mei? Et extēdēs
manū ī diſcipulos ſuos dixit. Ecce mater mea
& fratres mei. Quicumq; enim fecerit volun:
tatem patris mei· qui in celis eſt: ipſe meus fra:
ter ſoroꝛ & mater eſt. ·XIII·

In illo die exiēs iheſus de domo ſedebat ſecus ma:
re· et cōgregate ſūt ad eū turbe multe· ita ut ī
nauiculā aſcēdens ſederet: et om̄is turba ſtabat ī
litore: et locutus ē eis multa ī parabolis dicens.
Ecce exijt qui ſeminat ſemīare. Et dū ſeminat
quedā ceciderūt ſecus viā: et venerūt volucres et
comederūt ea. Alia autē ceciderūt ī petroſa vbi
nō habebāt terrā multā: et cōtinuo exoꝛta ſunt
quia nō habebāt altitudinē terre. Sole autē oꝛto
eſtuauerūt· et quia nō habebāt radicē aruerūt.
Alia autē ceciderūt in ſpinas: et creuerūt ſpine
et ſuffocauerūt ea. Alia autē ceciderūt in terrā

bonā: & dabāt fructū · alīud centeſimū · alīud
ſexageſimū: alīud triceſimū. Qui habet aures
audiendi audiat. Et accedētes diſcipuli dixerūt
ei. Quare ī parabolis loqueris eis? Qui reſpō-
dēs ait illis. Quia vobis datū eſt noſſe miſteria
regni celoꝝ: illis autē nō eſt datū. Qui enī ha-
bet dabit̄ ei et abūdabit. Qui autē nō habet: et
qđ habet auferet̄ ab eo. Ideo ī parabolis loquor
eis· quia videntes non vident · et audientes non
audiūt neq; intelligūt: et adimpletur ī eis pro-
phetia yſaie dicētis. Auditu audietis et nō in-
telligetis: et videntes videbitis et non videbitis.
Incraſſatū ē enī cor ꝑpli huius et auribꝫ grauit̄
audierūt · et oc'los ſuos clauſerūt: nequādo vide-
ant oculis et auribꝫ audiāt · et corde intelligant:
et cōuertant̄ et ſanē eos. Veſtri autē beati oculi
quia vidēt: et aures veſtre quia audiūt. Amen
quippe dico vobis: quia mlti ꝑphete et iuſti cu-
pierūt videre q̄ videtis & nō viderūt: et audire
que auditis & nō audierūt. Vos ergo audite
parabolā ſeminātis. Omīs qui audit verbum
regni et nō intelligit · venit malus & rapit qđ
ſeminatū eſt ī corde eius: hic eſt qui ſecus viam
ſeminatus ē. Qui autē ſup petroſa ſeminatus
eſt: hic ē qui verbū audit · et cōtinuo cū gaudio
accipit illud. Non habet autē in ſe radicē: ſed.
eſt tēporalis. Facta autē tribulacōe et ꝑſecucōe
ꝑpter verbū: cōtinuo ſcandalizabit̄. Qui autē
eſt ſeminatus ī ſpinis: hic ē qui verbū dei audit·
et ſollicitudo ſeculi iſtius et fallacia diuitiarum
ſuffocat verbū: et ſine fructu efficit̄. Qui vero
ī terrā bonā ſeminatus ē: hic eſt qui audit v̄bū
et intelligit et fructū affert: et facit aliud quidē
centeſimū · et aliud autē ſexageſimū · aliud vero
triceſimū. Aliam parabolā ꝑpoſuit illis dicēs.
Simile factū eſt regnū celoꝝ hoī qui ſeminauit
bonū ſemē ī agro ſuo. Cū autē dormirēt hoīes:
venit inimicus eius et ſuperſeminauit zizania ī
medio tritici · et abijt. Cū autē creuiſſet herba et
fructū feciſſet: tūc apparuerūt et zizania. Acce-
dētes aūt ſerui patriſfamilias · dixerūt ei. Dn̄e·
nōne bonū ſemē ſeminaſti ī agro tuo: vnde er-
go habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo
hoc fecit. Serui autē dixerūt ei. Vis imus &
colligimus ea? Et ait. Non. Ne forte colligē-
tes zizania eradicetis ſimul & triticum. Sinite
vtraq; creſcere uſq; ad meſſē: et ī tempore meſſis
dicā meſſoribꝫ. Colligite primū zizania · et alli-
gate ea faſciculos ad comburendū: triticū autē
cōgregate ī horreū meū. Aliā parabolā ꝑpoſu-
it eis dicēs. Simile eſt regnū celoꝝ grano ſyna-
pis: quod accipiēs homo ſeminauit ī agro ſuo:
quod minimū quidem eſt omībꝫ ſeminibꝫ. Cū
autē creuerit maius eſt omībꝫ oleribꝫ: et fit arbor
ita ut volucres celi veniāt & habitēt in ramis
eius. Aliā parabolā locutus eſt eis. Simile eſt
regnū celoꝝ fermēto · quod acceptū mulier abſcō-
dit ī farine ſatis tribꝫ: donec fermētatū eſt totū.
Hec oīa locutus ē iheſus in parabolis ad turbas:
& ſine parabolis nō loquebat̄ eis · ut impleret̄
quod dictū erat ꝑ ꝑphetā dicentē. Aperiam in
parabolis os meū: eructuabo abſcōdita a cōſti-
tutione mūdi. Tunc dimiſſis turbis venit in
domū: et acceſſerūt ad eū diſcipuli eius dicētes.
Ediſſere nobis parabolā zizaniorū agri. Qui
reſpōdens ait. Qui ſeminat bonum ſemen · eſt
filius hoīs. Ager autē eſt mūdus. Bonū vero
ſemen. Hij ſūt filij regni. Zizania autē filij ſūt
nequam. Inimicus autē qui ſeminauit ea · eſt
dyabolus. Meſſis vero conſūmatio ſeculi eſt.
Meſſores autē angeli ſūt. Sicut ergo colligūt̄
zizania et igni cōburunt̄: ſic erit ī conſūmacōne
ſeculi. Mittet filius hoīs āgelos ſuos: et colligēt
de regno eius omīa ſcandala · et eos qui faciunt
iniquitatē: et mittent eos in caminū ignis · ibi
erit fletus et ſtridor dentiū. Tūc iuſti fulgebūt
ſicut ſol in regno patris eoꝝ. Qui habet aures
audiēdi audiat. Simile ē regnū celoꝝ theſauro
abſcōdito in agro: quē qui inuenit homo abſcō-
dit · et pre gaudio illius vadit et vēdit vniuerſa
que habet: et emit agrum illū. Iterū ſimile eſt
regnū celoꝝ homini negociatori: querēti bonas
margaritas. Inuēta autē vna ꝑciosa marga-
rita: abijt et vendidit omīa que habuit et emit
eā. Iteꝝ ſimile eſt regnū celoꝝ ſagene miſſe in
mare: et ex omī genere piſciū cōgregāti. Quā
cū impleta eſſet educētes et ſecus litus ſedentes:
elegerūt bonos in vaſa: malos autē foras miſe-
rūt. Sic erit in conſummatione ſeculi. Exibūt
angeli · et ſeparabūt malos de medio iuſtoꝝ · et
mittent eos in caminū ignis: ibi erit fletus &
ſtridor dentiū. Intellexiſtis hec omīa? Dicunt
ei. Etiā. Ait illis. Ideo omīs ſcriba doctus in
regno celoꝝ ſimilis ē homini patrifamilias: qui
ꝑfert de theſauro ſuo noua & vetera. Et factū
eſt cū conſūmaſſet iheſus parabolas iſtas · tran-
ſijt inde. Et veniens ī patriā ſuā docebat eos in
ſynagogis eoꝝ: ita ut mirarentur et dicerent.

Vnde huic ſapientia hec et virtutes? Nōne hic
eſt fabri filius? Nōne mater eius dicitꝰ maria
et fratres eius iacobꝰ et ioſeph· et ſimō et iudas:
et ſorores eius nōne oēs apud nos ſūt? Vnde
ergo huic oīa iſta? Et ſic ſcandalizabantꝰ in eo.
Jheſus autē dixit eis. Non eſt ꝓpheta ſine ho-
nore niſi in patria ſua· et in domo ſua. Et nō
fecit ibi v̄tutes multas: ꝓpt̄ incredulitatē illoꝝ.
In illo tempore audiuit herodes XIIII.
tetrarcha famam iheſu: et ait pueris ſuis. Hic ē
iohannes baptiſta: ipſe ſurrexit a mortuis: &
ideo virtutes operantꝰ in eo. Herodes enī tenuit
iohannē et alligauit eū: et poſuit ī carcerē ꝓpter
herodiadē vxorē frīs ſui. Dicebat enī illi iohānes
Nō licet tibi habere eā. Et volens illū occidere
timuit ppl'm: quia ſicut ꝓphetam eū habebant.
Die aūt natalis herodis ſaltauit filia herodia-
dis in medio: et placuit herodi. Vnde cū iura-
mēto pollicitus ē ei dare: q̄dcunqꝫ poſtulaſſet ab
eo. At illa p̄monita a matre ſua da michi in-
quit hic ī diſco: caput iohannis baptiſte. Et cō-
triſtatus ē rex: ꝓpter iuramentū autē et eos qui
pariter recūbebant iuſſit dari. Miſitqꝫ et decol-
lauit iohānem ī carcere. Et allatū ē caput eius
in diſco· et datū eſt puelle: et illa attulit matri
ſue. Et accedētes diſcipuli eius tulerūt corpus et
ſepelierūt illud: et venientes nūciauerūt iheſu.
Quod cū audiſſet iheſus receſſit inde ī nauicu-
lam: ī locū deſertū ſeorſū. Et cū audiſſēt turbe
ſecute ſunt eū pedeſtres de ciuitatibus. Et exiens
vidit turbā multā· & miſertus ē eis: et curauit
languidos eoꝝ. Veſpe autē facto· acceſſerūt ad
eū diſcipuli eius dicētes. Deſertus eſt locus· &
hora iam preterijt dimitte turbas: ut euntes in
caſtella emant ſibi eſcas. Jheſus autē dixit eis.
Nō habēt neceſſe ire: date illis vos mādu̇care.
Reſponderūt ei. Nō habemus hic niſi quin-
qꝫ panes & duos piſces. Qui ait eis. Afferte
michi illos huc. Et cū iuſſiſſet turbā diſcūbere
ſuper fenū: acceptis quīqꝫ panibꝰ et duobꝰ piſci-
bus· aſpiciens in celū benedixit et fregit· et dedit
diſcipulis panes: diſcipuli aūt turbis. Et mā-
ducauerūt oēs: & ſaturati ſūt. Et tulerunt
reliq̄as duodecim cophinos fragmētoꝝ plenos.
Manducantiū autē fuit numerus quīqꝫ milia
viroꝝ: exceptis mulieribꝰ et paruulis. Et ſtatim
iuſſit diſcipulos aſcēdere ī nauiculā: et precedere
eū trāſfretū donec dimitteret turbas. Et dimiſ-
ſa turba· aſcēdit in mōtem ſolus orare. Veſpe
autē facto ſolus erat ibi. Nauicula autem in
medio mari iactabatꝰ fluctibꝰ. Erat enī cōtrari-
us ventus. Quarta autē vigilia noctis· venit
ad eos ambulās ſuper mare. Et vidētes eū ſuper
mare ambulantē· turbati ſūt dicētes: quia fan-
taſma ē. Et pre timore clamauerūt. Statimqꝫ
iheſus locutus eſt eis dicens. Habete fiduciā: ego
ſū: nolite timere. Reſpōdēs aūt petrus dixit.
Dn̄e ſi tu es· iube me venire ad te ſuper aquas.
At ipe ait. Veni. Et deſcēdens petrus de naui-
cula ambulabat ſup̄ aquā ut veniret ad iheſū.
Vidēs vero ventū validū timuit. Et cū cepiſſet
mergi: clamauit dicēs. Dn̄e ſaluū me fac. Et
cōtinuo iheſus extēdens manū apprehēdit eū: et
ait illi. Modice fidei quare dubitaſti? Et cum
aſcēdiſſet ī nauiculā: ceſſauit vētus. Qui autē
ī nauicula erāt: venerūt et adorauerūt eū dicē-
tes. Vere filius dei es. Et cū trāſfretaſſēt: vene-
rūt in terrā geneſar. Et cū cognouiſſent eū viri
loci illius· miſerūt in vniuerſā regionē illā· &
obtulerūt ei oēs male habētes: et rogabant eū
ut vel fimbriā veſtimēti eius tangerēt. Et qui-
cunqꝫ tetigerunt· ſalui facti ſūt. XV.
Tunc acceſſerūt ad eū ab iheroſolimis ſcri-
be et phariſei dicentes. Quare diſcipuli
tui tranſgrediuntꝰ tradicōnes ſenioꝝ? Non enī
lauāt manus ſuas cū panē mādu̇cāt. Ipe aūt
reſpōdens· ait illis. Quare et vos trāſgredimi-
ni mandatū dei ꝓpter traditionē veſtrā? Nam
deus dixit. Honora patrē et matrē· et qui male-
dixerit patri vel matri· morte moriatur. Vos
autem dicitis· quicūqꝫ dixerit patri vel matri·
munus quodcūqꝫ eſt ex me tibi proderit· & nō
honorificabit patrē ſuū aut matrē ſuā: et irritū
feciſtis mādatum dei ꝓpter traditionē veſtram.
Ypocrite: bene ꝓphetauit de vobis yſaias dicēs.
Populus hic labijs me honorat: cor autē eoꝝ
longe ē a me. Sine cauſa autē colūt me docētes
doctrinas & mādata hoīm. Et cōuocatis ad ſe
turbis· dixit eis. Audite et intelligite. Nō q̄d
intrat in os coinquinat hoīem: ſed quod ꝓcedit
ex ore hoc coinquinat hominē. Tūc accedentes
diſcipuli eius dixerūt ei. Scis quia phariſei au-
dito verbo hoc ſcādalizati ſūt? At ille reſpōdens
ait. Omnis plantatio quā nō plantauit pater
meus celeſtis eradicabitꝰ. Sinite illos: ceci ſūt·
et duces cecoꝝ. Cecus autē ſi ceco ducatū p̄ſtet:
ambo ī foueā cadūt. Reſpōdens autē petrus·
dixit ei. Ediſſere nobis parabolā iſtā. At ille

dixit. Adhuc et vos ſine intellectu eſtis? Nō
intelligitis quia omne quod ī os intrat in ventrē
vadit et in ſeceſſū emittit? Que aūt procedūt
de ore de corde exeūt: et ea coinquinant hominē.
De corde enī exeūt male cogitacōes: homicidia
adulteria fornicacōes furta falſa teſtimonia
blaſphemie. Hec ſūt que coinquinant hominē.
Non lotis autē manibꝫ mādūcare nō coinqui-
nat hoīem. Et egreſſus inde ſeceſſit ī partes tyri
& ſydonis. Et ecce mulier chananea a finibus
illius egreſſa clamauit dicens ei. Miſerere mei
dn̄e fili dauid: filia mea male a demonio vexat̄.
Qui nō reſpōdit ei vbū. Et accedētes diſcipuli
eius rogabāt eū dicētes. Dimitte eā: quia cla-
mat poſt nos. Ipſe autē reſpōdens ait. Nō ſū
miſſus niſi ad oues que perierunt domus iſrl̄.
At illa venit et adorauit eū dicēs. Dn̄e adiu-
ua me. Qui reſpōdens ait. Non eſt bonum
ſumere panē filiorū: et mittere canibꝫ. At illa
dixit. Etiam dn̄e. Nā et catelli edūt de micis
que cadūt de menſa dn̄oꝝ ſuoꝝ. Tūc reſpondēs
iheſus ait illi. O mulier magna eſt fides tua:
fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius ex illa
hora. Et cum tranſiſſet inde iheſus venit ſecus
mare galilee: et aſcēdens in montē ſedebat ibi.
Et acceſſerūt ad eū turbe multe habētes ſecum
mutos cecos claudos debiles et alios multos:
et ꝓiecerūt eos ad pedes eius: et curauit eos: ita
ut turbe mirarent̄ vidētes mutos loquētes clau-
dos ambulātes cecos vidētes: et magnificabant
deū iſrl̄. Iheſus autē conuocatis diſcipulis ſuis
dixit. Miſereor turbe: quia triduo iā pſeuerant
mecū et nō habēt quod mādūcēt. Et dimittere
eos ieiunos nolo: ne deficiant in via. Et dicūt
ei diſcipuli. Vnde ergo nobis in deſerto panes
tantos ut ſaturemus turbā tantā? Et ait illis
iheſus. Quot panes habetis? At illi dixerūt.
Septē. Et paucos piſciculos. Et precepit turbe
ut diſcumberent ſup terrā. Et accipiens ſeptem
panes et piſces & gratias agens fregit et dedit
diſcipulis ſuis: & diſcipuli dederūt populo. Et
comederūt oēs & ſaturati ſūt. Et qđ ſupfuit
de fragmētis tulerūt ſeptē ſportas plenas. Erāt
autē qui manducauerūt quatuor milia hoīm:
extra paruulos & mulieres. Et dimiſſa turba
aſcēdit in nauiculā: et venit ī fines magedan.

Et acceſſerūt ad eū phariſei XVI Ca
et ſaducei tēptantes: et rogauerūt eū ut
ſignū de celo oſtenderet eis. At ille reſpondens
ait illis. Facto veſpere dicitis ſerenū erit: rubi-
cūdum eſt enī celū. Et mane hodie tempeſtas:
rutilat enī triſte celū. Faciē ergo celi diiudica-
re noſtis: ſigna autē tempoꝝ nō poteſtis. Gene-
racō mala et adultera ſignū querit: et ſignū nō
dabit̄ ei niſi ſignū ione. Et relictis illis abijt.
Et cū veniſſent diſcipuli eius trans fretū: obliti
ſūt panes accipere. Qui dixit illis. Intuemi-
ni et cauete a fermento phariſeoꝝ et ſaduceoꝝ.
At illi cogitabāt inter ſe dicētes. Quia panes
nō accepimus. Sciens aūt iheſus dixit. Quid
cogitatis inter vos modice fidei: quia panes nō
habetis? Nondū intelligitis neqꝫ recordamini
quinqꝫ panū et quinqꝫ milia hoīm: et quot cophi-
nos ſumpſiſtis? Neqꝫ ſeptē panum et quatuor
milia hoīm et quot ſportas ſumpſiſtis? Quare
nō intelligitis quia nō de pane dixi vobis: caue-
te a fermēto phariſeoꝝ et ſaduceoꝝ? Tūc intel-
lexerūt qꝛ nō dixerit cauendū a fermēto panū:
ſed a doctrina phariſeoꝝ et ſaduceoꝝ. Venit aūt
iheſus in partes ceſaree philippi: et interrogabat
diſcipulos ſuos dicēs. Quē dicūt hoīes eſſe filiū
hoīs? At illi dixerūt. Alij iohannē baptiſtā.
alij heliā. alij vero ieremiā: aut vnū ex ꝓphetis.
Dicit illis iheſus. Vos aūt quē me eſſe dicitis?
Reſpōdens ſimon petrus dixit. Tu es criſtus
filius dei viui. Reſpōdens autē iheſus dixit ei.
Beatus es ſimon bariona: quia caro et ſāguis
nō reuelabit tibi: ſed pater meus qui ī celis eſt.
Ego dico tibi quia tu es petrus et ſup hāc petrā
edificabo eccleſiā meā: et porte inferi nō preua-
lebūt aduerſus eā. Et tibi dabo claues regni ce-
loꝝ. Et qđcūqꝫ ligaueris ſuper terrā erit ligatū
et ī celis: et qđcūqꝫ ſolueris ſup terrā erit ſolutū
ī celis. Tūc precepit diſcipulis ſuis ut nemini
dicerent: quia ipſe eſſet iheſus xp̄s. Exinde cepit
iheſus oſtēdere diſcipulis ſuis quia oporteret eū
ire iheroſolimā et multa pati a ſenioribꝫ et ſcri-
bis et principibꝫ ſacerdotū & occidi et tercia die
reſurgere. Et aſſumēs eū petrus: cepit increpa-
re illū dicens. Abſit a te dn̄e: nō erit tibi hoc.
Qui cōuerſus dixit. Vade poſt me ſathanas
ſcandalū es michi: quia nō ſapis ea que dei ſūt.
ſed ea que ſūt hoīm. Tūc iheſus dixit diſcipulis
ſuis. Si qs vult poſt me venire abneget ſemet-
ipm̄: et tollat crucē ſuā et ſequat̄ me. Qui enī
voluerit aīam ſuā ſaluā facere: pdet eā. Qui
aūt perdiderit animā ſuā ꝓpter me: inueniet eā.
Quid enī prodeſt homini ſi mundū vniuerſū

lucretur: aīe vero ſue detrimentū patiat᷑? Aut
quā dabit homo commutationē ꝓ anima ſua?
Filius enī hominis vēturus ē in glā patris ſui
cū angelis ſuis: et tūc reddet vnicuiqꝫ ſcdm opa
eius. Amē dico vobis: ſūt quidā de hic ſtantibꝫ
qui nō guſtabūt mortem · donec videant filium
hoīs venientē in regno ſuo. XVII. Ca.

Et poſt dies ſex aſſumpſit ihēſus petrū &
iacobū et iohannē fratrē eius: & ducit
illos in mōtem excelſū ſeorſū: et transfiguratus
eſt ante eos. Et reſplēduit facies eius ſicut ſol:
veſtimēta autē eius facta ſūt alba ſicut nix. Et
ecce apparuerūt illis moyſes et helias · cum eo lo-
quētes. Reſpōdens aūt petrus · dixit ad ihēſū.
Dn̄e · bonum ē nos hic eſſe: ſi vis faciamus hic
tria tabernacula: tibi vnū · et moyſi vnum · &
helie vnū. Adhuc eo loquēte: ecce nubes lucida
obumbrauit eos. Et ecce vox de nube dicēs. Hic
ē filius meus dilčtus ī quo michi bene cōplacui:
ipm̄ audite. Et audientes diſcipuli ceciderunt
ī faciē ſuā · et timuerūt valde. Et acceſſit ihēſus
et tetigit eos: dixitqꝫ eis. Surgite et nolite time-
re. Leuātes autē oculos ſuos · neminē viderūt:
niſi ſolū ihēſū. Et deſcendentibꝫ illis de monte:
pcepit ihēſus dicēs. Nemini dixeritis viſionē:
donec filius hoīs a mortuis reſurgat. Et inter-
rogauerūt eū diſcipli dicētes. Quid ergo ſcribe
dicūt qꝫ heliam oporteat primū venire? At ille
reſpōdens ait eis. Helias quidē venturus eſt: &
reſtituet oīa. Dico autē vobis · quia helias iā
venit · et nō cognouerūt eū: ſed fecerūt ī eo que-
cumqꝫ voluerūt. Sic et filius hoīs paſſurus ē ab
eis. Tūc intellexerūt diſcipuli quia de iohanne
baptiſta dixiſſet eis. Et cū veniſſet ad turbam:
acceſſit ad eū homo genibus ꝓuolutus ante eū
dicēs. Dn̄e miſerere filio meo qꝛ lunaticus eſt:
et male patit᷑. Nam ſepe cadit ī ignē: et crebro
in aquā. Et obtuli eū diſcipulis tuis: et nō po-
tuerūt curare eū. Reſpondens ihēſus dixit. O
generatio incredula et pūſa · quouſqꝫ ero vobiſ-
cum? Vſqꝫquo patiar vos? Afferte huc illū ad
me. Et increpauit illū ihēſus: & exijt ab eo de-
moniū · et curatus ē puer ex illa hora. Tūc ac-
ceſſerūt diſcipuli ad ihēſum ſecreto & dixerūt.
Quare nos nō potuimus eicere illum? Dicit
illis. Propter incredulitatē veſtram. Amen
quippe dico vobis: ſi habueritis fidē ſicut granū
ſinapis · dicetis mōti huic trāſi hinc et trāſibit:
et nichil impoſſibile erit vobis. Hoc autē genus
nō eicit᷑ · niſi ꝑ orationē et ieiuniū. Cōuerſātibꝫ
autem eis in galilea · dixit illis ihēſus. Filius
hoīs tradēdus eſt in manus hoīm: et occidēt eū:
et tcia die reſurget. Et cōtriſtati ſūt vehemēter.
Et cū veniſſent caphar̄naum: acceſſerūt qui di-
dragmā accipiebant ad petrum · et dixerunt ei.
Magiſter veſter · non ſoluit didragmā. Ait.
Etiam. Et cū intraſſet in domū: preuenit eū
ihēſus dicens. Quid tibi videt᷑ ſimon? Reges
tre a qbꝫ accipiūt tributū uel cenſū: a filijs ſuis
an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit
illi ihēſus. Ergo liberi ſūt filij. Vt aūt nō ſcan-
dalizemus eos · vade ad mare et mitte hamū: et
eū piſcem qui primus aſcenderit tolle: et aperto
ore eius inuenies ſtaterē: illū ſumens da eis pro
me et te.

In illa hora acceſſerūt XVIII. Ca.
diſcipuli ad ihēſū · dicentes. Quiſputas maior
eſt in regno celoꝝ? Et aduocās ihēſus paruulū:
ſtatuit eū in medio eoꝝ · & dixit. Amen dico
vobis: niſi conuerſi fueritis et efficiamini ſicut
paruuli · nō intrabitis ī regnū celoꝝ. Quicūqꝫ
ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte: hic eſt
maior in regno celoꝝ. Et qui ſuſceperit vnum
paruulū talem ī noīe meo: me ſuſcipit. Qui
aūt ſcandaliſauerit vnū de puſillis iſtis q̄ in me
credūt: expedit ei ut ſuſpendat᷑ mola aſinaria in
collo eius: et dimergat᷑ in ꝓfundū maris. Ve
mūdo ab ſcandalis. Neceſſe eſt enī ut veniant
ſcādala. Verūtamen ve homini ꝑ quē ſcandalū
venit. Si autē manus tua uel pes tuus ſcanda-
lizat te: abſcide eū et ꝓice abs te. Bonū tibi ē ad
vitā ingredi debilē uel claudū: qꝫ duas manus
uel duos pedes habentē mitti in ignem eternū.
Et ſi oculus tuus ſcandalizat te: erue eū et ꝓice
abs te. Bonū tibi ē vnū oculū habētem in vitā
intrare: qꝫ duos oculos habentē mitti ī iehennā
ignis. Videte ne cōtemnatis vnū ex hijs puſil-
lis. Dico enī vobis: quia angeli eoꝝ ī celis ſemꝑ
vident faciē patris mei qui ī celis eſt. Venit enī
filius hoīs ſaluare quod perierat. Quid vobis
videt᷑? Si fuerint alicui centū oues et errauerit
vna ex eis: nōne relinquit nonagintanouē in
montibꝫ & vadit querere eā que errauit? Et ſi
cōtigerit ut inueniat eā: amē dico vobis · quia
gaudet ſupeā magis qꝫ ſuper nonagintanouem
que nō errauerūt. Sic nō eſt volūtas ante patrē
veſtrū qui in celis ē: ut pereat vnus de puſillis
iſtis. Si autē peccauerit ī te frater tuus: vade et
corripe eū inter te & ipm̄ ſolū. Si te audierit:

lucratus eris fratrē tuū. Si autē nō te audierit.
adhibe tecū adhuc vnū uel duos: ut ī ore duoꝝ
uel triū teſtiū ſtet oīe verbū. Quod ſi nō au:
dierit eos: dic eccleſie. Si autē eccleſiā nō audi:
erit: ſit tibi ſicut ethnicus et publicanus. Amē
dico vobis: quecūqꝫ alligaueritis ſup terrā erūt
ligata et in celo: et quecūqꝫ ſolueritis ſup t'ram
erūt ſoluta ⁊ in celo. Iteꝝ dico vobis: quia ſi
duo ex vobis cōſenſerint ſup terrā de oī re quā:
cūqꝫ pecierint: fiet illis a patre meo qui ī celis ē.
Vbi enī ſūt duo uel tres cōgregati ī noīe meo:
ibi ſū in medio eorū. Tūc accedens petrus ad
eum dixit. Dñe. quotiens peccabit in me frater
meus: et dimittā ei uſqꝫ ſepties? Dicit illi ihe:
ſus. Non dico tibi uſqꝫ ſepties: ſed uſqꝫ ſeptua:
gies ſepties. Ideo aſſimilatū eſt regnū celoꝝ hoī
regi: qui voluit racōnem ponere cū ſeruis ſuis.
Et cū cepiſſet rationē ponere: oblatus ē ei vnus
qui debebat ei decē milia talēta. Cū autē nō ha:
beret vnde redderet: iuſſit eū dñs eius venūdari.
et vxorem eius et filios. et oīa que habebat: et
reddi. Procidens autē ſeruus ille. orabat eum
dicēs. Patiētiam habe ī me: et oīa reddā tibi.
Miſertus autem dñs ſerui illius. dimiſit eū: et
debitū dimiſit ei. Egreſſus autē ſeruus ille: in:
uenit vnū de cōſeruis ſuis. qui debebat ei cētum
denarios: et tenens. ſuffocabat eū dicēs. Redde
quod debes. Et ꝓcidens cōſeruus eius. rogabat
eū dicēs. Patientiā habe in me: et oīa reddā
tibi. Ille autē noluit: ſed abijt ⁊ miſit eū in
carcerē. donec redderet debitū. Videntes autem
cōſerui eius que fiebant. cōtriſtati ſūt valde: ⁊
venerūt ⁊ narrauerūt dño ſuo oīa que facta
fuerāt. Tūc vocauit illū dñs ſuus: ⁊ ait illi.
Serue nequā: oē debitū dimiſi tibi. qm rogaſ
ti me. Nonne ergo oportuit et te miſereri cōſer
ui tui. ſicut ⁊ ego tui miſertus ſū? Et iratus
dñs eius tradidit eū tortoribꝫ: quo adusqꝫ redde:
ret vniuerſū debitū. Sic ⁊ pater meus celeſtis
faciet vobis: ſi non remiſeritis vnuſquiſqꝫ fra:
tri ſuo de cordibus veſtris. XIX

Et factū eſt cū conſūmaſſet iheſus ſermo:
nes iſtos migrauit a galilea: et venit in
fines iudee trans iordanen. et ſecute ſūt eū turbe
multe: ⁊ curauit eos ibi. Et acceſſerūt ad eū
phariſei temptātes eū et dicentes. Si licet hoīi
dimittere vxorē ſuā quacūqꝫ ex cauſa? Qui re:
ſpondēs ait eis. Nō legiſtis quia qui fecit hoīes
ab inicio maſclm et feminā fecit eos? Et dixit.
Propter hoc dimittet homo patrē et matrē. et
adherebit vxori ſue: ⁊ erūt duo in carne vna.
Itaqꝫ iā nō ſūt duo. ſed vna caro. Quod deus
cōiunxit: homo nō ſeparet. Dicūt illi. Quid
ergo moyſes mādauit dari libellū repudij et di:
mittere? Ait illis. Quoniā moyſes ad durī:
ciā cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores
veſtras: ab inicio autē nō fuit ſic. Dico autem
vobis: quia quicūqꝫ dimiſerit vxorē ſuā niſi ob
fornicatiōnē et aliā duxerit: mechatur. Et quí
dimiſſam duxerit mechaẗ. Dicunt ei diſcipuli
eius. Si ita eſt cauſa hoīs cū vxore: nō expedit
nubere. Qui dixit. Non oēs capiūt verbū
iſtud: ſed quibus datū eſt. Sūt enī eunuchi quí
de matris vtero ſignati ſūt: ⁊ ſūt eunuchi qui
facti ſūt ab hoībꝫ: et ſūt eunuchi qui ſeipſos caſ:
trauerūt ꝓpter regnū celoꝝ. Qui poteſt capere
capiat. Tūc oblati ſūt ei paruuli: ut manus
eis imponeret et oraret. Diſcipuli autē increpa:
bāt eos. Iheſus vero ait eis. Sinite paruulos.
et nolite eos ꝓhibere ad me venire. taliū eſt enī
regnum celoꝝ. Et cū impoſuiſſet eis manus:
abijt inde. Et ecce vnus accedēs ait illi. Magiſ
ter bone: qd boni faciā ut habeā vitam eternā?
Qui dixit ei. Quid me interrogas de bono?
Vnus ē bonus deus. Si autē vis ad vitā ingre:
di: ſerua mandata. Dicit illi. Que? Iheſus
autē dixit. Nō homicidiū facias. nō adultera:
bis. nō facies furtū. nō falſū teſtimoniū dices:
honora patrē et matrē. diliges ꝓximū tuū ſicut
te ipſū. Dicit illi adoleſcēs. Oīa hec cuſtodi:
ui: quid adhuc michi deeſt? Ait illi iheſus. Si
vis ꝑfectus eſſe. vade vende que habes et da pau:
peribꝫ. et habebis theſaurū in celo: et veni ſeque
re me. Cū audiſſet autē adoleſcēs verbū: abijt
triſtis. Erat enim habens multas poſſeſſiones.
Iheſus autē dixit diſcipulis ſuis. Amen dico
vobis: quia diues difficile intrabit ī regnū celo
rum. Et iteꝝ dico vobis. Facilius eſt camelū
ꝑ foramen acus trāſire: qꝫ diuitē intrare ī regnū
celoꝝ. Auditis autē hijs diſcipuli mirabantur
valde dicentes. Quis ergo poterit ſaluus eſſe?
Aſpiciens autē iheſus. dixit illis. Apud hoīes
hoc impoſſibile ē: apud deū autē oīa poſſibilia
ſūt. Tunc reſpōdens petrus. dixit ei. Ecce nos
reliquimus oīa: et ſecuti ſumus te. Quid ergo
erit nobis? Iheſus autē dixit illis. Amen dico
vobis: qꝫ vos qui ſecuti eſtis me ī regeneratione
cū ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſue.

ſedebitis & vos ſup ſedes duodecim · iudicantes
duodecim tribꝰ iſrl'. Et omīs qui reliq̄rit domū
uel fratres aut ſorores · aut patrē aut matrē aut
vxorem aut filios aut agros ꝓpter nomē meū :
centuplū accipiet · & vitam eternā poſſidebit.
Multi aūt erūt primi nouiſſimi : et nouiſſimi
primi. XX C°
Simile eſt regnū
celorū homini patrifamilias : qui exijt
primo mane cōducere operarios ī vineam ſuā.
Conuencōne autē facta cū operarijs ex denario
diurno : miſit eos ī vineā ſuā . Et egreſſus circa
horā terciā : vidit alios ſtātes in foro ociosos · &
illis dixit . Jte et vos ī vineā meā · et quod iuſtū fu-
erit dabo vobis . Jlli autē abierūt . Iterū autē
exijt circa ſextā & nonā horā : et fecit ſimiliter .
Circa vndecimā vero exijt : et inuenit alios ſtā-
tes · & dicit illis . Quid hic ſtatis tota die ocio-
ſi ? Dicūt ei . Quia nemo nos cōduxit . Dicit
illis . Jte et vos ī vineā meā . Cū ſero aūt factū eſſet ·
dicit dñs vinee ꝓcuratori ſuo . Voca operarios
et redde illis mercedē : incipiēs a nouiſſimis uſq3
ad ꝑmos . Cū veniſſēt ergo qui circa vndecimā
horā venerāt : acceperūt ſingulos denarios . Ve-
niētes aūt et primi · arbitrati ſūt quod plus eſſet
accepturi : acceperūt autē et ipi ſingulos denari-
os . Et accipientes murmurabāt adūſus patrē-
familias dicentes . Hij nouiſſimi vna hora fece-
rūt : et pares illos nobis feciſti qui portauimus
pōdus diei et eſtus ? At ille reſpōdens vni eorū
dixit . Amice · nō facio tibi iniuriā . Nōne ex
denario cōueniſti mecū ? Tolle quod tuū eſt et
vade . Volo autē et huic nouiſſimo dare · ſicut
et tibi . Aut non licet michi quod volo facere ?
An oculus tuus nequā eſt · quia ego bonus ſū ?
Sic erūt nouiſſimi primi : et primi nouiſſimi .
Multi enī ſūt vocati : pauci vero electi . Et aſcē-
dens ihesus iheroſolimā : aſſumpſit duodecim
diſcipulos ſecreto · & ait illis . Ecce aſcēdimus
iheroſolimā · et filius hoīs tradet̄ principibꝰ ſac-
dotū & ſcribis : et cōdemnabūt eū morte : et tra-
dent eū gentibꝰ ad deludendū et flagellandū : et
crucifigendū : et tercia die reſurget . Tūc acceſ-
ſit ad eū mater filioꝝ zebedei cū filijs ſuis : adorās
& petens aliquid ab eo . Qui dixit ei . Quid
vis ? Ait illi . Dic ut ſedeant hij duo filij mei
vnus ad dexterā tuā · et vnus ad ſiniſtrā ī regno
tuo . Reſpōdens autē ihesus dixit . Neſcitis qd
petatis . Poteſtis bibere calicē quē ego bibitu-
rus ſum ? Dicunt ei . Poſſumus . Ait illis .

Calicē quidē meū bibetis : ſedere autē ad dexterā
meā et ſiniſtrā nō eſt meū dare vobis : ſed quibꝰ
paratū eſt a patre meo . Et audiētes decē · indig
nati ſūt de duobꝰ fratribꝰ . Jhesus autē vocauit
eos ad ſe · et ait . Scitis quia principes gentium
dominant̄ eoꝝ : et qui maiores ſūt poteſtatē ex-
ercēt in eos . Nō ita erit inter vos . Sed qui-
cumq3 voluerit inī' vos maior fieri : ſit veſter mi-
niſter . Et qui voluerit inter vos primus eſſe :
erit veſter ſeruus . Sicut filius hoīs nō venit mi-
niſtrari ſ3 miniſtrare : et dare aīam ſuā redemp-
tionē ꝓ multis . Et egrediētibꝰ illis ab iericho :
ſecuta ē eū turba multa . Et ecce duo ceci ſedētes
ſecus viā · audierūt quia ihesus tranſiret : et cla-
mauerunt dicentes . Dñe : miſerere noſtri · fili
dauid . Turba autē increpabat eos ut tacerēt .
At illi magis clamabāt dicētes . Dñe : miſerere
noſtri · fili dauid . Et ſtetit ihesus : et vocauit eos
et ait . Quid vultis ut faciam vobis ? Dñe ut
aperiant̄ oculi nrī . Miſertus autē eorū ihesus :
tetigit oculos eoꝝ . Et cōfeſtim viderūt : et ſecuti
ſūt eū . XXI C°
Et cū appropin-
quaſſēt iheroſolimis et veniſſēt bethfage
ad montē oliueti : tūc ihesus miſit duos diſcipu
los dicēs eis . Jte ī caſtellū quod cōtra vos eſt : et
ſtatim inuenietis aſinā alligatā et pullū cū ea :
ſoluite et adducite michi . Et ſi quis vobis aliqd
dixerit · dicite quia dñs hijs opus habet : et con-
feſtim dimittet eos . Hoc autē factum eſt : ut ad-
impleret̄ quod dictū eſt per ꝓphetam dicentem .
Dicite filie ſyon : ecce rex tuus venit tibi man-
ſuetus ſedēs ſuper aſinā · et pullū filiū ſubiuga-
lis . Euntes autē diſcipuli fecerūt ſicut precepit
illis ihesus . Et adduxerūt aſinā et pullū et im-
poſuerūt ſuper eos veſtimēta ſua : et eū deſuper
ſedere fecerūt . Plurima autē turba ſtrauerūt
veſtimēta ſua ī via . Alij autē cedebāt ramos de
arboribꝰ : et ſternebant in via . Turbe autē que
precedebāt et que ſequebant̄ · clamabāt dicētes .
Oſanna filio dauid : benedictus qui venit ī noīe
dñi : oſanna ī altiſſimis . Et cū intraſſet iheroſo-
limā : cōmota eſt vniuerſa ciuitas dicēs . Quis
eſt hic ? Populi autē dicebāt . Hic ē ihesus pro-
pheta · a nazareth galilee . Et intrauit ihesus in
templū dei · et eiciebat omēs vendētes et ementes
in templo : et mēſas nūmulārioꝝ · et cathedras
vēdentiū columbas euertit : et dicit eis . Scriptū
eſt : domus mea domus orōis vocabit̄ : vos autē
feciſtis illam ſpeluncam latronū . Et acceſſerūt

ad eū ceci et claudi in tēplo: et ſanauit eos. Vi-
dentes autē principes ſacerdotū et ſcribe mirabilia
que fecit: et pueros clamātes in tēplo et dicētes.
oſanna filio dauid: indignati ſūt. et dixerūt ei.
Audis quid iſti dicūt? Jheſus autē dixit eis.
Utiq3. Nunquā legiſtis quia ex ore infantiū
et lactentiū pfeciſti laudē? Et relictis illis abijt
foras extra ciuitatē in bethaniā: ibiq3 manſit.
Mane autē reuertēs in ciuitatem. eſurijt. Et
vidēs fici arborem vnā ſecus viā venit ad eam.
et nichil inuenit i ea niſi folia tantū: et ait illi.
Nunquā ex te fructus naſcat̃ in ſempiternū.
Et areſacta eſt cōtinuo ficulnea. Et vidētes diſ-
cipuli. mirati ſūt dicentes. Quomō continuo
aruit? Reſpōdens aūt iheſus Ait eis. Amē
dico vobis: ſi habueritis fidē et nō heſitaueritis.
nō ſolū de ficulnea facietis: ſed et ſi monti huic
dixeritis tolle et iacta te in mare. fiet. Et oīa
quecūq3 petieritis i orōne credētes accipietis. Et
cū veniſſet in templū: acceſſerūt ad eū docentem
principes ſacerdotū et ſeniores populi dicentes.
Jn qua poteſtate hec facis? Et qs tibi dedit hāc
poteſtatē? Reſpōdens iheſus. dixit eis. Jnter-
rogabo vos et ego vnū ſermonē: quē ſi dixeritis
michi et ego vobis dicā in qua poteſtate hec fa-
cio. Baptiſmum iohannis vnde erat: e celo. an
ex hoīb3? At illi cogitabāt inter ſe dicentes.
Si dixerimus e celo: dicet nobis. Quare ergo
nō credidiſtis illi? Si autē dixerimus ex hoīb3:
timemus turbā. Oēs enī habebāt iohannem
ſicut pphetam. Et reſpondentes iheſu. dixerūt.
Neſcimus. Ait illis et ipſe. Nec ego dico vo-
bis i qua poteſtate hec facio. Quid autē vobis
videt̃? Homo quidā habebat duos filios: et acce-
dens ad primū dixit. Fili. vade hodie operari
in vineā meā. Jlle autē reſpōdens ait. Nolo.
Poſtea autē penitētia motus abijt. Accedens
autē ad alterū dixit ſimiliter. At ille reſpōdens
ait. Eo dn̄e. Et nō iuit. Quis ex duobus fecit
voluntatē pr̄is? Dicūt. Primus. Dicit illis
iheſus. Amen dico vobis: quia publicani &
meretrices precedūt vos i regno dei. Venit aūt
ad vos iohannes i via iuſticie: et nō credidiſtis
ei. Publicani autē et meretrices crediderūt ei:
vos autē videtes nec penitētiā habuiſtis poſtea.
ut crederetis ei. Aliā parabolā audite. Homo
erat paterfamilias qui plātauit vineā: et ſepem
circumdedit ei. et fodit i ea torcular: et edificauit
turrim. et locauit eā agricolis: et pegre pfectus
eſt. Cū aūt tempus fructuū appropinquaſſet:
miſit ſeruos ſuos ad agricolas ut acciperēt fruc-
tus eius. Et agricole apprehēſis ſeruis eius. aliū
ceciderūt. aliū occiderūt: aliū vero lapidauerūt.
Jterū miſit alios ſeruos plures priorib3: et fe-
cerūt illis ſimiliter. Nouiſſime autē miſit ad
eos filiū ſuū dicēs: verebūt̃ filiū meū. Agricole
autē vidētes filiū. dixerūt intra ſe. Hic ē heres:
venite occidamus eū. & habebimus hereditatē
eius. Et apprehenſū eū eiecerūt extra vineam.
et occiderūt. Cum ergo venerit dn̄s vinee. quid
faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male
pdet: et vineā locabit alijs agricolis. qui reddāt
ei fructum temporibus ſuis. Dicit illis iheſus.
Nunq̄3 legiſtis i ſcripturis. lapidē quē reproba
uerūt edificātes. hic eſt factus i caput anguli?
A dn̄o factū eſt iſtud: et eſt mirabile in oculis
noſtris. Jdeo dico vobis: quia auferet̃ a vobis
regnū dei. & dabit̃ genti facienti fructus eius.
Et qui ceciderit ſup lapidem iſtū cōfringet̃: ſup
quē vero ceciderit. conteret eū. Et cū audiſſent
principes ſacerdotū et phariſei parabolas eius:
cognouerūt quod de ipſis diceret. Et querētes eū
tenere timuerūt turbas: qm̄ ſicut pphetam eū habebāt. XXII
E T. reſpondens iheſus dixit iterū in parabolis
eis dicēs. Simile factū eſt regnū celoꝝ
homini regi: qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit
ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias: et no-
lebant venire. Jterū miſit alios ſeruos dicens.
Dicite inuitatis. Ecce prādium meū paraui.
tauri mei et altilia occiſa. et oīa parata: venite
ad nuptias. Jlli aūt neglexerūt: et abierūt ali-
us i villā ſuā. alius vero ad negociationē ſuā.
Reliqui vero tenuerūt ſeruos eius: et cōtume-
lia affectos occiderūt. Rex autem cū audiſſet
iratus eſt: et miſſis exercitib3 ſuis perdidit homi
cidas illos. et ciuitatē illoꝝ ſuccendit. Tunc ait
ſeruis ſuis. Nuptie quidem parate ſūt: ſed qui
inuitati erāt nō fuerūt digni. Jte ergo ad exi-
tus viarū: & quoſcumq3 inueneritis. vocate ad
nuptias. Et egreſſi ſerui eius i vias cōgregaue-
rūt oēs quos inuenerūt malos et bonos: &
implete ſūt nuptie diſcūbentiū. Jntrauit autē
rex ut videret diſcūbentes: et vidit ibi hoīem nō
veſtitū veſte nuptiali. Et ait illi. Amice: quo-
modo huc intraſti. nō habēs veſtē nuptialem?
At ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris.
Ligatis manibus & pedibus eius. mittite eū
in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor

dentiū. Multi enī sūt vocati: pauci vero electi.
Tūc abeūtes pharisei cōsiliū inierūt: ut caperēt
eū in sermone. Et mittūt ei discipulos suos· cū
herodianis dicētes. Magister· scimus qa verax
es et viā dei in veritate doces: & nō est tibi cura
de aliquo. Non enī respicis psonā hoīm. Dic
ergo nobis: quid tibi videt. Licet censū dare ce-
sari· aut nō? Cognita autē ihesus nequitia eoꝝ
ait. Quid me tēptatis ypocrite? Ostēdite michi
nummisma census. At illi obtulerūt ei dena-
riū. Et ait illis ihesus. Cuius ē ymago hec &
superscripcō? Dicūt ei. Cesaris. Tūc ait illis.
Reddite ergo que sūt cesaris cesari: et que sunt
dei deo. Et audiētes mirati sūt: et relicto eo ab-
ierūt. In illo die accesserūt ad eū saducei qui
dicūt nō esse resurrectionē: et interrogauerūt eū
dicētes. Magister: moyses dixit. Si quis mor-
tuus fuerit nō habens filiū· ut ducat frater eius
vxorem illius· et suscitet semen fratri suo. Erāt
autē apud nos septem fratres· et primus vxore
ducta defunctus est: et nō habēs semen reliquit
vxorē suā frī suo. Similiter secūdus et tercius:
usqꝫ ad septimū. Nouissime autē oīm· et mu-
lier defuncta ē. In resurreccōne ergo cuius erit
de septē vxor? Oēs enī habuerūt eā. Respō-
dens aūt ihesus· ait illis. Erratis nesciētes scrip-
turas: neqꝫ virtutē dei. In resurreccōe enī neqꝫ
nubent· neqꝫ nubent̄: sed sūt sicut angeli dei in
celo. De resurreccōne autē mortuoꝝ nō legistis
quod dictū est a deo dicente vobis? Ego sū deus
abraham: et deus ysaac· et deus iacob? Nō est
deus mortuoꝝ: sed viuentiū. Et audiētes turbe
mirabant̄ in doctrina eius. Pharisei autē au-
dientes quod silentiū imposuisset saduceis· cō-
uenerūt in vnū: & interogauit eū vnus ex eis
legisdoctor tēptans eū. Magister· quod est mā-
datū magnū in lege? Ait illi ihesus. Diliges
dn̄m deū tuū ex toto corde tuo et in tota aīa tua·
et in tota mente tua. Hoc ē maximū· et primū
mandatū. Scdm autē simile est huic. Diliges
pximū tuū· sicut teipm. In hijs duob; māda
tis· vniuersa lex pendet et pphete. Congregatis
autem phariseis· interrogauit eos ihesus dicēs.
Quid vobis videtur de cristo cuius filius est?
Dicūt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo
dauid in spiritu vocat eū dn̄m dicens: dixit dn̄s
dn̄o meo· sede a dextris meis. Donec ponā ini-
micos tuos· scabellū pedū tuoꝝ? Si ergo dauid
vocat eū dn̄m: quomō filius eius est? Et nemo
poterat respōdere ei verbū: neqꝫ ausus fuit quis-
qꝫ ex illa die eū āplius interrogare. XXIII

Tunc ihesus locutus est ad turbas· & ad
discipulos suos dicēs. Super cathedram
moysi· sederunt scribe et pharisei. Omnia ergo
quecūqꝫ dixerint vobis· seruate et facite. Scdm
opera vero eoꝝ nolite facere. Dicūt enim· et nō
faciūt. Alligāt autē onera grauia et īportā-
bilia· et imponūt ī humeros hoīm: digito aūt
suo nolūt ea mouere. Oīa vero opa sua faci-
unt· ut videant̄ ab hoīb;. Dilatant enī phi-
lacteria sua: et magnificāt fimbrias. Amant
autē primos recubitus ī cenis· et primas cathe-
dras ī synagogis et salutacōes ī foro: et vocari
ab hoīb; rabbi. Vos autē nolite vocari rabbi.
Vnus est enim magister vester: omnes autem
vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis
sup terrā: vnus est enī pater vester qui ī celis est.
Nec vocemini magistri: quia magister vester.
vnus ē cristus. Qui maior ē vrm· erit minister
vester. Qui autē se exaltauerit humiliabit̄: et
qui se humiliauerit exaltabit̄. Ve autē vobis
scribe et parisei ypocrite: quia clauditis regnum
celoꝝ ante hoīes. Vos enī nō intratis: nec intro
euntes sinitis intrare. Ve vobis scribe et phari-
sei ypocrite qui comeditis domus viduaꝝ· orōes
longas orantes: propter hoc amplius accipietis
iudiciū. Ve vobis scribe & pharisei ypocrite:
quia circuitis mare & aridam· ut faciatis vnū
pselitū: et cū fuerit factus· facitis eū filiū gehen-
ne duplo qꝫ vos. Ve vobis duces ceci· qui dicitis
quicūqꝫ iurauerit p templū nichil est: qui autē
iurauerit in auro tēpli debitor ē. Stulti et ceci:
quid enī maius est· aurū an templū quod sanc-
tificat aurum? Et quicunqꝫ iurauerit ī altari·
nichil est· Quicūqꝫ autē iurauerit ī dono quod
est super illud· debet. Ceci· quid enī maius est·
donū· an altare quod significat donum? Qui
ergo iurat in altari: iurat ī eo· et in oīb; que
super illud sūt. Et quicūqꝫ iurauerit ī templo:
iurat in illo et in eo qui habitat in ipo. Et qui
iurat ī celo: iurat in throno dei· et ī eo qui sedet
sup eū. Ve aūt vobis scribe et pharisei ypocrite·
qui decimatis mentā et anetū et cyminū: et re-
liquistis que grauiora sūt legis· iudiciū et mise-
ricordiā et fidem. Hec oportuit facere· et illa nō
omittere. Duces ceci excolātes culicē: camelum
autē glutiētes. Ve vobis scribe et pharisei ypo-
crite· qui mundatis quod de foris est calicis &

parabſidis: intus autē pleni eſtis rapina et im-
mundicia. Phariſee cece. munda prius quod
intus eſt calicis et parabſidis: ut fiat et id quod
de foris eſt mundū. Ve vobis ſcribe et phariſei
ypocrite. quia ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis. q̄
a foris parēt hoīb; ſpecioſa: intus vero plena
ſūt oſſib; mortuoꝝ et oīni ſpurcicia. Sic et vos
a foris quidē paretis hoīb; iuſti: intus autē ple-
ni eſtis ypocriſi & iniquitate. Ve vobis ſcribe
et phariſei ypocrite. qui edificatis ſepulcra ꝓphe-
tarū: et ornatis monumenta iuſtoꝝ. et dicitis.
Si fuiſſemus ī dieb; patrū noſtroꝝ. nō eſſemus
ſocij eoꝝ ī ſanguine ꝓphetaꝝ. Itaqꝫ teſtimonio
eſtis vobiſmetipſis. quia filij eſtis eoꝝ qui ꝓphe-
tas occiderunt. Et vos implete menſurā patrū
veſtroꝝ. Serpentes et genimina viperaꝝ. quomō
fugietis a iudicio gehenne? Ideo dico vobis.
Ecce ego mitto ad vos prophetas et ſapientes et
ſcribas: et ex illis occidetis & crucifigetis. et ex
eis flagellabitis ī ſynagogis vr̄is: et pſequemini
de ciuitate in ciuitatē: ut veniat ſup vos omnis
ſāguis iuſtus qui effuſus ē ſup terrā: A ſang-
uine abel iuſti. uſqꝫ ad ſanguinem zacharie filij
barachie: quē occidiſtis inter templū et altare.
Amē dico vobis. veniēt hec oīa ſup generacōez
iſtā. Iheruſalem iheruſalē. que occidis ꝓphetas
et lapidas eos qui ad te miſſi ſūt: quotiēs volui
cōgregare filios tuos queadmodū gallina cōgre-
gat pullos ſuos ſub alas. et noluiſti. Ecce relin-
quet̄ vobis domus vr̄a deſerta. Dico enī vobis:
nō me videbitis amodo donec dicatis. Benedic-
tus qui venit ī noīe dn̄i. XXIIII

Et egreſſus iheſus de tēplo ibat. Et acceſſe-
rūt diſcipuli eius ut oſtenderent ei edifi-
cationes templi. Ipſe aūt reſpōdens. dixit illis.
Videtis hec oīa? Amen dico vobis: nō relin-
quet̄ hic lapis ſuper lapidē. qui non deſtruatur.
Sedenti autē eo ſup montē oliueti. acceſſerūt ad
eū diſcipuli ſecreto dicentes. Dic nobis quando
hec erūt: et quod ſignū aduētus tui. et conſum-
macōnis ſeculi? Et reſpondens iheſus dixit eis.
Videte ne quis vos ſeducat. Multi enī venient
in noīe meo dicētes. ego ſum criſtus: et multos
ſeducent. Audituri enī eſtis ꝓlia et opiniones
ꝓlioꝝ: videte ne turbemini. Oportet enim hec
fieri: ſed nondum ē finis. Conſurget enī gens
in gentē. & regnū in regnū: et erūt peſtilentie
et fames. et terre motus ꝑ loca. Hec autē oīa
inicia ſūt doloꝝ. Tūc tradēt vos ī tribulacōez.
et occidēt vos: et eritis odio oīb; gentib;. ꝓpter
nomē meū. Et tūc ſcādalizabūt̄ multi. et inuicē
tradēt: et odio habebūt inuicē. Et multi pſeudo
ꝓphete ſurgent. et ſeducēt multos: et quomodo
abūdabit iniquitas. refrigeſcet caritas multoꝝ.
Qui autē pſeuerauerit uſqꝫ ī finem. hic ſaluus
erit. Et p̄dicabit̄ hoc euangeliū regni ī uniuerſo
orbe. in teſtimoniū omnib; gētib;: et tūc veniet
conſūmatio. Cū ergo videritis abominationē
deſolacōis. que dicta eſt a daniele ꝓpheta ſtantē
in loco ſancto: qui legit intelligat. Tūc qui in
iudea ſūt fugiant ad mōtes: et qui in tecto non
deſcēdant tollere aliquid de domo ſua: et qui in
agro nō reuertat̄ tollere tunicam ſuā. Ve autē
pregnātib; et nutriētib; ī illis dieb;. Orate aūt.
ut nō fiat fuga veſtra ī hieme uel ſabbato. Erit
enī tūc tribulatio magna q̄lis nō fuit ab initio
mūdi uſqꝫ modo. neqꝫ fiet. Et niſi breuiati fu-
iſſēt dies illi. nō fieret ſalua oīs caro: ſed ꝓpter
electos breuiabunt̄ dies illi. Tūc ſi quis vobis
dixerit. ecce hic ē criſtus aut ecce illic: nolite cre-
dere. Surgēt enī pſeudo criſti et pſeudo ꝓphete.
et dabūt ſigna magna et ꝓdigia: ita ut ī errorē
inducant̄ ſi fieri poteſt etiā electi. Ecce predixi
vobis. Si ergo dixerint vobis ecce ī deſerto eſt.
nolite exire: ecce ī penetrabilib;. nolite credere.
Sicut enī fulgur exit ab oriente et paret uſqꝫ in
occidentē: ita erit et aduētus filij hoīs. Vbicūqꝫ
fuerit corpus: illuc congregabūtur et aquile.
Statim aūt poſt tribulationē dieꝝ illoꝝ ſol ob-
ſcurabit̄: et luna nō dabit lumen ſuū. & ſtelle
cadent de celo. et virtutes celoꝝ cōmouebunt̄: et
tūc parebit ſignū filij hoīs in celo. Et tūc plā-
gent oēs tribus terre: et videbūt filiū hominis
venientē in nubib; celi cū virtute multa et ma-
ieſtate. Et mittet angelos ſuos cū tuba et voce
magna: et congregabūt electos eius a quatuor
vētis. a ſūmis celoꝝ uſqꝫ ad terminos eoꝝ. Ab
arbore autē fici diſcite parabolā: cū iam ramus
eius tener fuerit et folia nata. ſcitis quia prope
eſt eſtas. Ita et vos cū videritis hec oīa. ſcitote
quia ꝓpe eſt ī ianuis. Amen dico vobis: quia
nō preteribit generatio hec donec omnia fiant.
Celū et terra tranſibūt: verba vero mea nō pte-
ribūt. De die autē illa et hora nemo ſcit. neqꝫ
angeli celoꝝ: niſi pater ſolus. Sicut aūt ī dieb;
noe. ita erit et aduētus filij hoīs. Sicut enī erāt
in dieb; ante diluuiū comedētes et bibētes. nu-
bentes et nuptui tradentes. uſqꝫ ad eū diem quo

intrauit ī archam noe: et nō cognouerūt donec
venit diluuiū et tulit oīs: ita erit et aduētus
filij hoīs. Tūc duo erūt in agro: vnus assumet
et vnus relinquet. Due molētes in mola: vna
assumet et vna relinquet. Duo in lecto: vnus
assumet et vnus relinquet. Vigilate ergo quia
nescitis qua hora dūs vester venturus sit. Illud
autē scitote: quī si sciret paterfamilias qua hora
fur venturus esset· vigilaret vtiqȝ ⁊ nō sineret
perfodi domum suā. Ideo et vos estote parati:
quia qua nescitis hora filius hoīs venturus est.
Quis putas ē fidelis seruus et prudēs· quē con-
stituit dūs suus supra familiā suam: ut det illis
cibū in tēpore. Beatus ille seruus: quē cū vene-
rit dūs eius inuenerit sic facientē. Amen dico
vobis: quoniā sup oīa bona sua cōstituet eū.
Si autem dixerit malus seruus ille ī corde suo·
morā facit dūs meus venire: ⁊ ceperit pcutere
cōseruos suos: māducet aūt et bibat cū ebriosis:
veniet dūs serui illius ī die qua nō sperat· et hora
qua ignorat: ⁊ diuidet eū· partēqȝ eius ponet
cū ypocritis: illic erit fletus ⁊ stridor dentium.

Nunc simile erit regnū XXV
celoȝ decē virginibȝ: que accipiētes lāpa-
des suas exierūt obuiā sponso et spōse. Quinqȝ
autē ex eis erāt fatue: et quinqȝ prudentes. Sed
quinqȝ fatue acceptis lampadibȝ: nō sumpserūt
oleū secū. Prudentes vero acceperūt oleum in
vasis suis cū lampadibȝ. Moram autē faciente
sponso: dormitauerūt oēs et dormierūt. Me-
dia aūt nocte clamor factus ē: ecce sponsus venit
exite obuiā ei. Tūc surrexerūt omnes virgines
ille: ⁊ ornauerūt lampades suas. Fatue autē
sapiētibus dixerūt. Date nobis de oleo vestro:
quia lampades nrē extinguunt. Responderūt
prudētes dicētes. Ne forte nō sufficiat nobis et
vobis: ite potius ad vendentes et emite vobis.
Dum autē irent emere venit sponsus: ⁊ que
parate erāt intrauerūt cū eo ad nuptias: et clau-
sa ē ianua. Nouissime vero veniūt et relique
virgines dicētes. Domine dūe· aperi nobis. At
ille respōdens ait. Amē dico vobis: nescio vos.
Vigilate itaqȝ: quia nescitis diem neqȝ horam.
Sicut enī homo pegre pficiscēs vocauit seruos
suos: ⁊ tradidit illis bona sua. Et vni dedit
quinqȝ talēta· alij autē duo· alij vero vnū: vni-
cuiqȝ secundū ppriam virtutē: ⁊ profectus est
statim. Abijt autē qui quinqȝ talēta acceperat:
et operatus est in eis ⁊ lucratus est alia quinqȝ.
Similiter qui duo acceperat lucratus ē alia duo.
Qui autē vnū acceperat abiens fodit in terrā: et
abscōdit pecuniam dūi sui. Post multū vero
tēporis venit dūs seruoȝ illoȝ: et posuit racōem
cū eis. Et accedens qui quinqȝ talēta acceperat:
obtulit alia quinqȝ talenta dicens. Dūe quinqȝ
talēta tradidisti michi: ecce alia quinqȝ superlucra-
tus sū. Ait illi dūs eius. Euge serue bone ⁊
fidelis: quia sup pauca fuisti fidelis· super mlta
te constituā: intra in gaudiū dūi tui. Accessit
aūt et qui duo talēta acceperat· et ait. Dūe duo
talenta tradidisti michi: ecce alia duo lucratus
sū. Ait illi dūs eius. Euge serue bone ⁊ fide-
lis: quia super pauca fuisti fidelis· super multa
te constituā: intra ī gaudiū dūi tui. Accedens
autē et qui vnū talentū acceperat ait. Dūe scio
quia homo durus es: metis vbi nō seminasti·
et congregas vbi nō sparsisti: et timens abij et
abscondi talentū tuū in terra. Ecce habes quod
tuū ē. Respōdens aūt dūs eius· dixit ei. Serue
male ⁊ piger: sciebas quia meto vbi nō semi-
no· ⁊ cōgrego vbi nō sparsi. Oportuit ergo te
cōmittere pecuniā meā nummularijs: et veniens
ego recepissē vtiqȝ qđ meū est cū vsura. Tollite
itaqȝ ab eo talentū: et date ei qui habet decē talē-
ta. Omi enī habenti dabit et abūdabit: ei autē
qui nō habet· et quod videt habere auferet ab eo:
et inutilē seruū eicite in tenebras exteriores: illic
erit fletus et stridor dentiū. Cū autē venerit fili-
us hoīs in maiestate sua ⁊ oēs angeli cū eo:
tūc sedebit super sedē maiestatis sue· et cōgrega-
buntur ante eū oēs gētes: et separabit eos abin-
uicem · sicut pastor segregat oues ab hedis. Et
statuet oues quidē a dextris suis: hedos autem a
sinistris. Tunc dicet rex hijs qui a dextris eius
erūt. Venite benedicti pris mei: possidete pa-
ratū vobis regnū a cōstitutione mūdi. Esuri-
ui enī· et dedistis michi māducare. Sitiui ⁊
dedistis michi bibere. Hospes eram· et collegistis
me. Nudus et operuistis me. Infirmus· ⁊
visitastis me. In carcere eram· ⁊ venistis ad
me. Tūc respondebūt ei iusti dicētes. Domine·
quādo te vidimus esurientē et pauimus: sitien-
tē· et dedimus tibi potū? Quādo autē te vidi-
mus hospitē et collegimus te: aut nudū et co-
peruimus te? Aut quādo te vidimus infirmū
aut in carcere: et venimus ad te? Et respōdens rex
dicet illis. Amen dico vobis: qđdiu fecistis vni
de hijs fratribus meis minimis · michi fecistis.

Tunc dicet et hijs qui a ſiniſtris erũt: diſcedite
a me maledicti in ignẽ eternũ· qui paratus eſt
dyabolo et angelis eius. Eſuriui enĩ: et nõ dediſ-
tis michi manducare. Sitiui: & non dediſtis
michi potũ. Hoſpes eram: et nõ collegiſtis me.
Nudus: et nõ operuiſtis me. Infirmus et in
carcere: & nõ viſitaſtis me. Tũc reſpondebũt
ei et ipi dicẽtes. Dñe: quãdo te vidimus eſuri-
entẽ aut ſitientẽ· aut hoſpitẽ· aut nudũ· aut in-
firmũ aut ĩ carcere: et nõ miniſtrauimus tibi?
Tũc reſpõdebit illis dicens. Amẽ dico vobis:
q̃diu nõ feciſtis vni de minoribꝫ hijs nec michi
feciſtis. Et ibũt hij ĩ ſupplicium eternum: iuſti
autẽ in vitam eternam. XXVI

Et factũ eſt cũ conſũmaſſet ihesus ſermo-
nes hos oĩes· dixit diſcipulis ſuis. Sci-
tis quia poſt biduũ paſca fiet: et filius hominis
tradet̃ ut crucifigat̃? Tũc cõgregati ſũt princi-
pes ſacerdotũ· et ſeniores p̃pli in atriũ principis
ſacerdotũ· qui dicebat̃ cayphas: et cõſiliũ fecerũt
ut ihesũ dolo tenerẽt et occiderẽt. Dicebãt autẽ.
Nõ in die feſto. Ne forte tumultus fieret in
populo. Cũ autẽ eſſet ihesus ĩ bethania ĩ domo
ſimonis leproſi· acceſſit ad eũ mulier habẽs ala-
baſtrũ vngẽti p̃cioſi: et effudit ſup̃ caput ipſius
recumbẽtis. Videntes autẽ diſcipuli· indignati
ſũt dicẽtes. Ut quid perditio hec? Potuit enĩ
iſtud venũdari mlťo: et dari pauperibꝫ. Sciens
autem ihesus ait illis. Quid moleſti eſtis huic
mulieri? Opus bonũ· operata ẽ in me. Nam
ſemp̃ pauperes habetis vobiſcũ: me aũt nõ ſemp̃
habetis. Mittens enĩ hec vnguentũ hoc in corpus
meũ: ad ſepeliendũ me fecit. Amẽ dico vobis:
vbicũq̃ predicatũ fuerit hoc euãgelium in toto
mũdo· dicet̃ et quod hec fecit in memoriã eius.
Tunc abijt vnus de duodecim qui dicit̃ iudas
ſcarioth· ad pricipes ſacerdotũ: et ait illis. Quid
vultis michi dare· & ego vobis eũ tradã? At
illi conſtituerũt ei triginta argẽteos. Et exinde
querebat oportunitatẽ ut eũ traderet. Prima
autẽ die azimorũ acceſſerũt diſcipuli ad ihesum
dicẽtes. Ubi vis paremus tibi comedere paſca?
At ihesus dixit. Ite in ciuitatẽ ad quẽdam: et
dicite ei. Magiſter dicit: tempus meũ prope ẽ:
apud te facio paſca cũ diſcipulis meis. Et fece-
rũt diſcipuli ſicut cõſtituit illis ihesus: et para-
uerũt paſca. Veſpe autẽ facto· diſcumbebat cũ
duodecim diſcipulis ſuis. Et edẽtibꝫ illis dixit.
Amẽ dico vobis: q̃a vnus veſtrũ me traditurus
eſt. Et contriſtati valde· ceperũt ſinguli dicere.
Nũquid ego ſum dñe? At ipſe reſpõdens ait.
Qui intingit mecũ manum in parabſide· hic
me tradet. Filius quidẽ hoĩs vadit ſicut ſcrip-
tum eſt de illo: ve autẽ homini illi· p̃ quẽ filius
hoĩs tradet̃. Bonũ erat ei· ſi natus non fuiſſet
homo ille. Reſpõdens autẽ iudas qui tradidit
eum dixit. Nũquid ego ſũ rabbi? Ait illi.
Tu dixiſti. Cenantibꝫ autẽ eis· accepit ihesus
panem et benedixit· ac fregit: deditq̃ diſcipulis
ſuis et ait. Accipite et comedite: hoc eſt corpus
meũ. Et accipiens calicem gratias egit: et dedit
illis dicẽs. Bibite ex hoc oĩes. Hic eſt enĩ ſãg-
uis meus noui teſtamẽti: qui p̃ multis effũdet̃
in remiſſionẽ peccatoꝝ. Dico autẽ vobis: non
bibam amodo de hoc genimine vitis uſq̃ ĩ diem
illũ· cũ illud bibã vobiſcũ nouũ ĩ regno patris
mei. Et ymno dicto· exierũt in montẽ oliueti.
Tũc dicit illis ihesus. Oĩes vos ſcandalũ pa-
tiemini in me in iſta nocte. Scriptum eſt enĩ.
Percutiã paſtorẽ: et diſpergent̃ oues gregis.
Poſtq̃ aũt reſurrexero: precedã vos ĩ galileã.
Reſpõdens autẽ petrus ait illi. Et ſi oĩes ſcã-
dalizati fuerint ĩ te: ego nunq̃ ſcãdalizabor· Ait
illi ihesus. Amen dico tibi: quia in hac nocte
anteq̃ gallus cantet· ter me negabis. Ait illi
petrus. Etiam ſi oportuerit me mori tecũ: nõ te
negabo. Similiter & oĩes diſcipuli dixerũt.
Tũc venit ihesus cũ illis in villam que dicitur
gethſemani. Et dixit diſcipl'is ſuis. Sedete hic:
donec vadã illuc et orem. Et aſſumpto petro et
duobus filijs zebedei: cepit contriſtari et meſtus
eſſe. Tũc ait illis. Triſtis eſt aĩa mea uſq̃ ad
mortẽ. Suſtinete hic· et vigilate mecũ. Et pro-
greſſus puſillũ p̃cidit ĩ faciẽ ſuã orans et dicẽs.
Mi pater: ſi poſſibile ẽ trãſeat a me calix iſte.
Verumtamẽ nõ ſicut ego volo· ſed ſicut tu. Et
venit ad diſcipl'os ſuos et inuenit eos dormien-
tes: et dicit petro. Sic nõ potuiſtis vna hora vi-
gilare mecũ? Vigilate et orate: ut nõ intretis
in tẽptationẽ. Spiritus quidẽ p̃mptus eſt: caro
autẽ infirma. Iterũ ſcd'o abijt· et orauit dicẽs.
Pater mi· ſi nõ poteſt hic calix trãſire niſi bi-
bam illũ: fiat volũtas tua. Et venit iterũ: &
inuenit eos dormiẽtes. Erant enĩ oculi eoꝝ gra-
uati. Et relictis illis: iterũ abijt et orauit tercĩo
eũdem ſermonẽ dicẽs. Tũc venit ad diſcipulos
ſuos· et dicit illis. Dormite iam et requieſcite.
Ecce appropinquabit hora: & filius hoĩs tradet̃

in manus peccatoꝝ. Surgite eamus. Ecce ap=
propinquabit qui me tradet. Adhuc ipſo lo=
quente·ecce iudas vnus de duodecim venit: et cũ
eo turba multa cũ gladijs ⁊ fuſtibus· miſſi a
principibꝫ ſacerdotũ et ſeniorib ꝑpli. Qui aũt
tradidit eũ· dedit illis ſignũ dicẽs. Quẽcunqꝫ
oſculatus fuero ipſe eſt: tenete eũ. Et confeſtim
accedens ad iheſũ dixit. Aue rabbi. Et oſcula=
tus eſt eũ. Dixitqꝫ illi iheſus. Amice ad quid
veniſti? Tũc acceſſerũt ⁊ manus iniecerũt in
iheſum: et tenuerũt eũ. Et ecce vnus ex hijs qui
erant cũ iheſu·extẽdens manũ exemit gladium
ſuũ: ⁊ ꝑcutiens ſeruũ principis ſacerdotũ am=
putauit auriculã eius. Tũc ait illi iheſus. Cõ=
uerte gladiũ tuũ in locũ ſuũ. Omnes enĩ qui ac=
ceperint gladiũ·gladio ꝑibũt. An putas quia
nõ poſſũ rogare patrẽ meũ: et exhibebit michi
modo pluſqꝫ duodecim legiones angelorum?
Quomodo ergo implebunt̃ ſcripture? Quia ſic
oportet fieri. In illa hora dixit iheſus turbis.
Tanqꝫ ad latronẽ exiſtis cũ gladijs et fuſtibus
cõprehendere me. Quotidie apud vos ſedebam
docens in templo·⁊ nõ me tenuiſtis. Hoc autẽ
totũ factũ eſt: ut implerent̃ ſcripture ꝓphetaꝝ.
Tũc diſcipuli omnes relicto eo fugerũt. At illi
tenentes iheſũ·duxerũt ad caipham principẽ ſac=
dotũ: vbi ſcribe et ſeniores cõuenerãt. Petrus
autẽ ſequebat̃ eũ a longe: uſqꝫ ĩ atriũ principis
ſacerdotũ. Et ingreſſus intro ſedebat cũ miniſ=
tris· ut videret finẽ. Principes autẽ ſacerdotũ
et omne conciliũ querebãt falſũ teſtimoniũ cõtra
iheſũ· ut eũ morti traderẽt et nõ inuenerũt: cũ
multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime autẽ
venerũt duo falſi teſtes·⁊ dixerũt. Hic dixit.
Poſſũ deſtruere templũ dei: et poſt triduũ re=
edificare illud. Et ſurgẽs princeps ſacerdotum
ait illi. Nichil reſpõdes ad ea que iſti aduerſũ
te teſtificant̃? Iheſus autẽ tacebat. Et princeps
ſacerdotũ ait illi. Adiuro te per deum viuũ·ut
dicas nobis ſi tu es criſtus filius dei. Dicit illi
iheſus. Tu dixiſti. Verumtamen dico vobis:
amodo videbitis filiũ hoĩs ſedẽtem a dextris vir=
tutis dei· et venientẽ in nubibꝫ celi. Tũc prin=
ceps ſacerdotũ ſcidit veſtimẽta ſua dicẽs. Blaſ=
phemauit. Quid adhuc egemus teſtibꝫ? Ecce
nunc audiſtis plaſphemiã. Quid vobis videt̃?
At illi reſpõdentes dixerũt. Reus eſt mortis.
Tũc expuerũt in faciẽ eius: et colaphis eũ ceci=
derunt. Alij autẽ palmas in faciem ei dederũt

dicentes: ꝓphetiza nobis criſte. Quis eſt qui te
percuſſit? Petrus vero ſedebat foris ĩ atrio: et
acceſſit ad eũ vna ancilla dicens. Et tu cũ iheſu
galileo eras. At ille negauit corã omnibꝫ dicẽs:
neſcio quid dicis. Exeũte autẽ illo ianuã·vidit
eũ alia ancilla: ⁊ ait hijs qui erãt ibi. Et hic
erat cũ iheſu nazareno. Et iterũ negauit cum
iuramẽto: quia nõ noui hoĩem. Et poſt puſil=
lũ acceſſerũt qui ſtabãt: et dixerũt petro. Vere·
et tu ex illis es. Nã ⁊ loquela tua manifeſtũ
te facit. Tũc cepit deteſtari et iurare: quia non
nouiſſet hoĩem. Et cõtinuo gallus cãtauit. Et
recordatus eſt petrus verbi iheſu quod dixerat:
priuſqꝫ gallus cantet·ter me negabis. Et egreſ=
ſus foras·fleuit amare. XXVII

Mane autẽ facto·conſiliũ inierunt omnes
principes ſacerdotũ ⁊ ſeniores populi
aduerſus iheſũ: ut eũ morti traderẽt. Et vinctũ
adduxerũt eũ: et tradiderũt põtio pilato ꝑſidi.
Tũc videns iudas qui eũ tradidit ꝙ damnatus
eſſet: penitẽtia ductus retulit triginta argẽteos
principibꝫ ſacerdotũ et ſeniorib dicẽs. Pecca=
ui·tradens ſanguinẽ iuſtũ. At illi dixerunt.
Quid ad nos? Tu videris. Et ꝓiectis argẽteis
in templo: receſſit et abiens laqueo ſe ſuſpẽdit.
Principes autẽ ſacerdotũ acceptis argẽteis dix=
erũt. Non licet eos mittere in corbanan: quia
preciũ ſãguinis ẽ. Conſilio autẽ inito·emerũt
ex illis agrũ figuli ĩ ſepulturã peregrinoꝝ: ꝓpter
hoc vocatus eſt ager ille acheldemach: hoc ẽ ager
ſãguinis: uſqꝫ ĩ hodiernũ diem. Tũc impletũ
eſt quod dictũ eſt ꝑ iheremiã ꝓphetam dicentẽ.
Et acceperũt triginta argẽteos·preciũ appreciati
quẽ appreciauerũt a filijs iſrl': ⁊ dederũt eos in
agrũ figuli·ſicut conſtituit michi dñs. Iheſus
autẽ ſtetit ante ꝑſidem: et interrogauit eũ preſes
dicens. Tu es rex iudeorũ? Dicit illi iheſus.
Tu dicis. Et cũ accuſaret̃ a principibꝫ ſacerdo=
tũ et ſeniorib·nichil reſpondit. Tũc dicit illi
pilatus. Non audis·quãta aduerſũ te dicũt
teſtimonia? Et nõ reſpondit ei ad vllũ verbũ:
ita ut miraret̃ preſes vehemẽter. Per diẽ autẽ
ſolemnẽ conſueuerat ꝑſes dimittere ꝑplo vnum
vinctũ quẽ voluiſſet. Habebat autẽ tũc vinctũ
inſignẽ qui dicebat̃ barrabas. Cõgregatis ergo
illis dixit pilatus. Quẽ vultis dimittã vobis:
barrabam an iheſũ qui dicit̃ criſtus? Sciebat enĩ
ꝙ per inuidiã tradidiſſet eũ. Sedẽte autẽ illo ꝓ
tribunali: miſit ad eũ vxor eius dicens. Nichil

tibi & iuſto illi. Multa enĩ paſſa ſũ hodie per
viſũ ꝓpter eũ. Principes autẽ ſacerdotũ et ſeni:
ores perſuaſerũt populis ut peterent barrabam:
iheſũ vero perderẽt. Reſpõdens autẽ preſes· ait
illis. Quem vultis vobis de duobus dimitti?
At illi dixerũt· barraban. Dicit illis pilatus.
Quid igit̃ faciã de iheſu qui dicit̃ criſtus? Di:
cũt omnes. Crucifigat̃. Ait illis pſes. Quid
enĩ mali fecit? At illi magis clamabãt dicẽtes.
Crucifigat̃. Videns autẽ pilatus quia nichil
ꝓficeret ſʒ magis tumultus fieret: accepta aqua
lauit manus corã ꝑplo dicens. Innocẽs ego ſũ
a ſanguine huius iuſti: vos videritis. Et reſpõ:
dẽs vniuerſus populus dixit. Sanguis eius ſup
nos· et ſuper filios nr̃os. Tũc dimiſit illis bar:
raban: iheſũ autẽ flagellatũ tradidit eis ut cru:
cifigeret. Tũc milites pſidis ſuſcipientes iheſũ
in pretoriũ· cõgregauerũt ad eũ vniuerſã cohor:
tem: et exuentes eũ. clamidẽ coccineã circũdede:
rũt ei: et plectẽtes coronã de ſpinis poſuerũt ſup
caput eius: et arundinẽ in dextera eius: et genu
flexo ante eũ illudebãt ei dicẽtes. Aue· rex iu:
deoꝝ: Et expuẽtes in eũ: acceperũt arundinẽ et
percutiebãt caput eius. Et poſtꝙ illuſerũt ei exu
erũt eũ clamide· et induerũt eũ veſtimẽtis eius:
et duxerũt eũ ut crucifigerẽt. Exeũtes autẽ in:
uenerũt hoĩem cyreneũ noĩe ſimonẽ. Hũc an:
gariauerũt ut tolleret crucẽ eius. Et venerũt in
locũ qui dicit̃ golgatha: quod ẽ caluarie locus.
Et dederũt ei vinũ bibere· cũ felle mixtũ. Et cũ
guſtaſſet· noluit bibere. Poſtꝙ autẽ crucifixe:
rũt eũ· diuiſerũt veſtimẽta eius ſortẽ mittẽtes:
et ſedẽtes ſeruabãt eũ. Et impoſuerũt ſup caput
eius cauſã ipſius ſcriptã: hic ẽ rex iudeoꝝ. Tũc
crucifixi ſũt cũ eo duo latrones: vnus a dextris·
et vnus a ſiniſtris. Pretereũtes autẽ blaſphe:
mabãt eũ: mouẽtes capita ſua et dicẽtes· Vah
qui deſtruis templũ dei et ĩ triduo illud reedifi:
cas. Salua temetipm̃: ſi filius dei es deſcende de
cruce. Similiter et principes ſacerdotũ illudẽtes
cũ ſcribis et ſenioribꝫ dicebãt. Alios ſaluos fe:
cit: ſeipm̃ nõ poteſt ſaluũ facere. Si rex iſrl' eſt
deſcẽdat nũc de cruce: et credimus ei. Confidit
in deo: liberet nũc eũ ſi vult. Dixit enĩ quia dei
filius ſũ. Ipm̃ autẽ & latrones qui crucifixi
erãt cũ eo· improperabũt ei. A ſexta autẽ hora
tenebre facte ſũt ſuper vniuerſam terrã: uſqʒ ad
horã nonã. Et circa horam nonã clamauit vo:
ce magna dicẽs. Heli· heli· lamazabattani. Hoc
eſt. Deus meus· deus meus: ut quid dereliquiſti
me? Quidã autẽ illic ſtãtes et audientes· dice:
bãt. Heliam vocat iſte. Et cõtinuo currẽs vnus
ex eis acceptã ſpõgiã impleuit aceto: et impoſuit
arũdini· et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebãt.
Sine· videamus an veniat helias liberãs eum.
Iheſus aũt iterum clamãs voce magna emiſit
ſpiritũ. Et ecce velũ templi ſciſſũ eſt ĩ duas par:
tes· a ſũmo uſqʒ deorſum. Et terra mota eſt· et
petre ſciſſe ſũt· et monumẽta apta ſũt: et multa
corpora ſctõꝝ qui dormierãt ſurrexerũt. Et ex:
eũtes de monumẽtis poſt reſurrectionẽ eius ve:
nerũt in ſanctã ciuitatẽ: et apparuerũt multis.
Cẽturio aũt et qui cũ eo erãt cuſtodiẽtes iheſũ:
viſo terremotu et hijs que fiebãt· timuerũt valde
dicentes. Vere filius dei erat iſte. Erãt ibi aũt
mulieres multe alõge· que ſecute erãt iheſum a
galilea miniſtrantes ei: inter quas erat maria
magdalene et maria iacobi· & ioſeph mater:
et mater filioꝝ zebedei. Cũ autẽ ſero factũ eſſet·
venit quidã homo diues ab arimathia nomine
ioſeph: qui et ipſe diſcipulus erat iheſu. Hic ac:
ceſſit ad pilatũ· et petijt corpus iheſu. Tũc pi:
latus iuſſit reddi corpus. Et accepto corpore io:
ſeph inuoluit illud in ſyndone mũda: et poſuit
illud ĩ monumẽto ſuo nouo: quod exciderat in
petra. Et aduoluit ſaxũ magnũ ad oſtiũ mo:
numẽti et abijt. Erat autẽ ibi maria magda:
lene· & altera maria: ſedentes cõtra ſepulcrũ.
Altera autẽ die que eſt poſt paraſceuen: cõue:
nerũt principes ſacerdotũ et phariſei ad pilatũ
dicẽtes. Dñe recordati ſumus· quia ſeductor ille
dixit adhuc viuẽs· poſt tres dies reſurgã. Iube
ergo cuſtodiri ſepulcrũ uſqʒ ĩ diẽ terciũ· ne forte
veniãt diſcipuli eius et furent̃ eũ· et dicãt plebi
ſurrexit a mortuis: et erit nouiſſimus error peior
priore. Ait illis pilatus. Habetis cuſtodiam:
ite cuſtodite ſicut ſcitis. Illi aũt abeũtes· muni
erũt ſepulcrũ: ſignãtes lapidem cũ cuſtodibus.

XXVIII

Veſpere autẽ
ſabbati q̃ luceſcit ĩ prima ſabbati: venit
maria magdalene et altera maria videre ſepul:
crum. Et ecce terre motus factus eſt magnus.
Angelus enĩ dñi deſcendit de celo: & accedens
reuoluit lapidem: et ſedebat ſup eũ. Erat autẽ
aſpectus eius ſicut fulgur: et veſtimentum eius
ſicut nix. Pre timore aũt eius exterriti ſũt cuſ:
todes: et facti ſũt velut mortui. Reſpõdens aũt
angelus· dixit mulieribꝫ. Nolite timere vos.

Scio enī ꝙ ihesū qui crucifixus ē queritis. Nō
ē hic· ſurrexit enī· ſicut dixit. Venite et videte
locū: vbi poſitus erat dn̄s. Et cito euntes dicite
diſcipulis eius quia ſurrexit: et ecce precedet vos
in galileā. Ibi eū videbitis: ecce p̄dixi vobis.
Et exierūt cito de monumēto cū timore et gau-
dio magno: currētes nūciare diſcipl'is eius. Et
ecce ihesus occurrit illis dicēs. Auete. Ille aūt
acceſſerūt et tenuerūt pedes eius: et adorauerūt
eum. Tūc ait illis ihesus. Nolite timere· ite
nūciate fr̄ibꝫ meis ut eāt ī galileā· ibi me vide-
būt. Que cū abiſſent: ecce quidā de cuſtodibꝫ
venerūt in ciuitatē et nūciauerūt p̄ncipibꝫ ſa-
cerdotū oīa que facta fuerāt. Et cōgregati cū
ſenioribꝫ cōſilio accepto· pecuniā copioſā dederūt
militibꝫ dicētes. Dicite quia diſcipl'i eius nocte
venerūt: et furati ſūt eū nobis dormientibꝫ. Et
ſi hoc auditū fuerit a p̄ſide: nos ſuadebimus ei
et ſecuros vos faciemus. At illi accepta pecu-
nia· fecerūt ſicut erāt edocti. Et diuulgatū eſt
verbū iſtud apud iudeos· uſqꝫ in hodiernū diē.
Vndecim autē diſcipuli abierūt in galileā: in
montē vbi cōſtituerat illis ihesus. Et videntes
eū adorauerūt: quidā autē dubitauerūt. Et ac-
cedēs ihesus· locutus ē eis dicēs. Data eſt michi
oīs poteſtas· ī celo et in terra. Eūtes ergo do-
cete oēs gētes: baptizantes eos in noīe patris
et filij et ſpiritus ſācti: docētes eos ſeruare oīa
quecūqꝫ mādaui vobis. Et ecce ego vobiſcum
ſū omnibꝫ diebꝫ· uſqꝫ ad cōſummationē ſeculi.

Incipit prologus beati Jeronimi pbri. ſuper marchum

Marcus euangeliſta dei elec-
tus· & petri in baptiſmate
filius· atqꝫ ī diuino ſermone
diſcipulus· ſacerdotū in iſrl'
agens· ſecūdum carnē leui-
ta ad fidem criſti conuerſus·
euangeliū in ytalia ſcripſit: oſtēdens in eo quid
et generi ſuo deberet et criſto. Nam iniciū prin
cipij in voce prophetice exclamacōnis inſtituens
ordinē leuitice electionis oſtendit: ut predicans
p̄deſtinatū iohannē filiū zacharie in voce angeli
annūciantis emiſſū: nō ſolū verbū carnē factū
ſed & corpus dn̄i in oīa ꝑ verbū diuine vocis
animatū· ī inicio euāgelice p̄dicacōis oſtēderet:
ut quis hec legēs ſciret cui iniciū carnis in dn̄o:
et ihesu aduenientis habitaculū caro deberet ag-
noſcere: atqꝫ ī ſe verbū vocis quod ī conſonātibꝫ
p̄diderat inueniret. Deniqꝫ & perfecti euāgelij
opus intrans et a baptiſmo dn̄i predicare deum
inchoans nō laborauit natiuitatē carnis quā in
prioribꝫ viderat dicere: ſed tocius exprimēs poſi-
tionē deſerti numeꝝ ieiunij tēptationē dyaboli.
cōgregationē beſtiaꝝ· et miniſteriū ꝓtulit ange-
loꝝ: ut inſtituēs nos ad intelligendū ſingula.
in breui cōpingens· nec auctoritatē facte rei de-
meret· et ꝑficiēdi operis plenitudinē nō nega-
ret. Denique amputaſſe ſibi poſt fidem pollicem
dicit̄ ut ſacerdotio reprobꝫ haberet̄: ſed tantū cō-
ſentiēs fidei p̄deſtinata potuit electio: ut nec ſic
in opere verbi perderet quod prius meruerat in
genere. Nā allexādrie epiſcopus fuit. Cuius
per ſingula opus fuit ſcire et euāgelij in ſe dicta
diſponere: et diſciplinā legis in ſe agnoſcere: &
diuinā in carne dn̄i intelligere naturā. Que
ī nos primū requiri· dehinc inquiſita volumus
agnoſci habentes mercedē exhortacōnis: quoniā
qui plantat et qui rigat vnum ſūt: qui autem
incrementū preſtat deus eſt. Explicit prologus

Incipit euangeliū ſcd̄m marcum.

Iniciū euangelij ihesu criſti filij dei: ſicut ſcrip-
tum ē in yſaia ꝓpheta. Ecce mitto angelū meū
ante faciē tuā: qui p̄parabit viam tuā ante te.
Vox clamātis in deſerto. Parate viam dn̄i:
rectas facite ſemitas eius. Fuit ī deſerto iohan
nes baptizans et p̄dicans baptiſmū penitentie:
ī remiſſionē peccatoꝝ. Et egrediebat̄ ad eū oīs
iudee regio et iheroſolimite vniuerſi et baptizant̄
ab illo in iordanis flumine cōfitentes pccā ſua.
Et erat iohannes veſtitus pilis cameloꝝ et zona
pellicea circa lumbos eius: et locuſtas et mel ſil-
ueſtre edebat: & p̄dicabat dicēs. Veniet fortior
me poſt me: cuius nō ſū dignus ꝓcumbēs ſol-
uere corrigiā calciamentoꝝ eius. Ego baptizaui
vos aqua: ille vero baptizabit vos ſpiritu ſācto.
Et factū eſt ī diebꝫ illis: venit ihesus a nazareth
galilee et baptizatus eſt a iohāne in iordane. Et
ſtatim aſcēdens de aqua· vidit celos apertos: et
ſpiritū ſanctū tanqꝫ columbā deſcēdentē et ma-
nentē ī ipo. Et vox facta ē de celis. Tu es filius
meus dilectus: ī te complacui. Et ſtatim ſpiri-
tus expulit eū in deſertū. Et erat ī deſerto qua-
draginta diebꝫ et quadraginta noctibꝫ: et tēpta-
bat̄ a ſathana. Eratqꝫ cū beſtijs: et angeli miniſ
trabant ei. Poſtqꝫ autē traditus eſt iohannes:
venit ihesus in galileam predicās euangelium
regni dei et dicēs. Quoniā impletū eſt tēpus:

et appropiquauit regnū dei. Penitemini: & credite euāgelio. Et pteriēs ſecus mare galilee: vidit ſimonē et andream fratrem eius mittētes retia in mare. Erāt enī piſcatores. Et dixit eis iheſus. Venite poſt me: et faciam vos fieri piſcatores hoīm. Et protinus relictis retibꝫ ſecuti ſūt eū. Et pgreſſus inde puſillū vidit iacobum zebedei et iohannē fratrē eius et ipos componētes retia in naui: et ſtatim vocauit illos. Et relicto patre ſuo zebedeo ī naui cū mercenarijs: ſecuti ſūt eū. Et ingrediūtᷣ capharnaum: et ſtatim ſabbatis ingreſſus in ſynagogā docebat eos. Et ſtupebāt ſuper doctrina eius. Erat enī docēs eos quaſi poteſtatē habēs: et nō ſicut ſcribe. Et erat in ſynagoga eoꝝ homo in ſpiritu immūdo: & exclamauit dicens. Quid nobis & tibi iheſu nazarene? Veniſti perdere nos. Scio qui ſis: ſanctus dei. Et cōminatus ē ei iheſus dicēs. Obmuteſce: et exi de homine. Et diſcerpens eū ſpiritus immūdus: et exclamans voce magna: exijt ab eo. Et mirati ſūt oēs: ita ut cōquirerent inter ſe dicētes. Quid nā eſt hoc? Que nā doctrina hec noua? Quia ī poteſtate ſpiritibꝫ immūdis imperat: et obediūt ei. Et proceſſit rumor eius ſtatim ī omnē regionē galilee. Et ptinus egredientes de ſynagoga: venerūt in domū ſimonis et andree cū iacobo et iohāne. Decumbebat aūt ſocrus ſimonis febricitans: et ſtatim dicūt ei de illa. Et accedens eleuauit eā apprehenſa manu eius: et cōtinuo dimiſit eā febris: et miniſtrabat eis. Veſpere aūt facto cū occidiſſet ſol afferebāt ad eū oēs male habētes· et demonia habentes: et erat oīs ciuitas cōgregata ad ianuam. Et curauit multos qui vexabantᷣ varijs lāguoribꝫ: et demonia multa eiciebat: et nō ſinebat ea loqui qm̄ ſciebāt eū. Et diluculo valde ſurgēs egreſſus abijt in deſertū locū: ibiqꝫ orabat. Et pſecutus eſt eū ſimon: et qui cū illo erāt. Et cū inueniſſent eū dixerūt ei: quia oēs querūt te. Et ait illis. Eamus ī pximos vicos et ciuitates: ut et ibi pdicem. Ad hoc enī veni. Et erat predicās in ſinagogis eoꝝ et in oī galilea: & demonia eiciens. Et venit ad eū leproſus depcans eū: & genu flexo dixit. Si vis potes me mūdare. Iheſus autē miſertus eius extendit manū ſuā: & tangēs eū ait illi. Volo. Mūdare. Et cū dixiſſet ſtatim diſceſſit ab eo lepra: et mūdatus eſt. Et cōminatus ē ei ſtatimqꝫ eiecit illū: et dicit ei. Vide nemini dixeris: ſꝫ vade oſtende te principi ſacerdotū: et offer p emūdatione tua· que precepit moyſes ī teſtimoniū illis. Et egreſſus cepit pdicare et diffamare ſermonē: ita ut iā nō poſſet manifeſte introire ī ciuitatē ſed foris ī deſertis locis eſſe: et cōueniebant ad eū vndiqꝫ. II Ca°

Et iterū intrauit capharnaū poſt dies: et auditū eſt ꝙ in domo eſſet et conuenerūt multi ita ut nō caperet neqꝫ ad ianuā: et loquebatᷣ eis verbū. Et venerūt ad eū ferentes paraliticū: qui a quatuor portabatᷣ. Et cū nō poſſent offerre eū illi p turba nudauerūt tectū vbi erat: et patefacientes ſubmiſerūt grabatū in quo paraliticus iacebat. Cū autē vidiſſet iheſus fidem illoꝝ: ait paralitico. Fili dimittuntᷣ tibi peccata tua. Erāt autē illic quidā de ſcribis ſedentes: et cogitātes ī cordibꝫ ſuis. Quid hic ſic loquitᷣ? Blaſphemat. Quis poteſt dimittere peccata: niſi ſolus deus? Quo ſtatim cognito iheſus ſpiritu ſuo quia ſic cogitarent intra ſe: dicit illis. Quid iſta cogitatis ī cordibꝫ veſtris? Quid eſt facilius dicere paralitico dimittuntur tibi pccā: an dicere ſurge tolle grabatum tuū et ambula? Vt autē ſciatis quia filius hoīs habet poteſtatē in terra dimittēdi peccata: ait paralitico. Tibi dico ſurge: tolle grabatū tuū: et vade in domū tuā. Et ſtatim ſurrexit ille: et ſublato grabato abijt inde corā hoībꝫ ita ut mirarentᷣ oēs & honorificarēt deū dicētes: quia nūqꝫ ſic vidimus. Et egreſſus eſt rurſus ad mare: omniſqꝫ turba veniebat ad eū: et docebat eos. Et cū preteriret vidit leui alphei ſedentē ad theloneū: et ait illi. Sequere me. Et ſurgēs ſecutus eſt eū. Et factū eſt cū accumberet ī domo illius: multi publicani et peccatores ſimul diſcumbebāt cū iheſu et diſcipulis eius. Erant enī multi qui et ſequebantᷣ eū. Et ſcribe et phariſei videntes quia māducaret cū publicanis et peccatoribꝫ: dixerūt diſcipulis eius. Quare cū publicanis & peccatoribꝫ māducat et bibit magiſter veſter? Hoc audito iheſus ait illis. Nō neceſſe habēt ſani medico: ſed qui male habēt. Nō enī veni vocare iuſtos: ſed peccatores. Et erāt diſcipuli iohannis et phariſei ieiunātes: et veniunt et dicūt illi. Quare diſcipuli iohānis et phariſeoꝝ ieiunāt: tui autē diſcipuli nō ieiunāt? Et ait illis iheſus. Nūquid poſſūt filij nuptiaꝝ quādiu ſpōſus eſt cū illis ieiunare? Quāto tēpore habēt ſecū ſponſū non poſſūt ieiunare. Venient autē dies cū auferetur ab eis ſponſus: et tūc ieiunabūt in illis diebus.

Nemo aſſumentū panni rudis aſſuit veſtimē:
to veteri. Alioquin aufert ſupplementū nouū
a veteri: & maioꝛ ſciſſura fit. Et nemo mittit
vinū nouū in vtres veteres: alioquin dirumpet
vinū vtres: et vinū effūdet: et vtres pibūt. Sed
vinū nouū in vtres nouos mitti debet. Et factū
ē itez cū ſabbatis ambularet p ſata: et diſcipuli
eius ceperūt pgredi et vellere ſpicas. Phariſei
autē dicebant ei. Ecce quid faciūt diſcipuli tui
ſabbatis: quod nō licet. Et ait illis. Nunqz le:
giſtis qd fecerit dauid quādo neceſſitatē habuit
et eſurijt ipſe et qui cū eo erāt: quomō introiuit
in domū dei ſub abiathar principe ſacerdotū &
panes ꝓpoſicōnis manducauit quos nō licebat
mādücare niſi ſolis ſacerdotibꝫ et dedit eis et qui
cū eo erāt? Et dicebat eis. Sabbatū ꝓpter hoīem
factū eſt: et nō homo ꝓpter ſabbatū. Itaqz dñs
eſt filius hominis etiam ſabbati. III

Et introiuit itez in ſinagogam: & erat
ibi homo habēs manū aridā. Et obſer:
uabāt eū ſi ſabbatis curaret: ut accuſarēt illū.
Et ait homini habenti manū aridā. Surge in
medium. Et dicit eis. Licet ſabbatis benefacere
an male: animā ſaluā facere an pdere? At illi
tacebāt. Et circūſpiciēs illos cū ira: cōtriſtatus
ſuper cecitatē cordis eoz dicit hoī. Extēde manū
tuā. Et extēdit: et reſtituta ē manus illi. Exeū
tes aūt phariſei ſtatim cū herodianis cōſiliū faci:
ebāt aduerſus eū: quomodo eū pderent. Iheſus
aūt cū diſcipulis ſuis ſeceſſit ad mare: et multa
turba a galilea & iudea ſecuta eſt eū: et ab ihe:
roſolimis et ab ydumea et trās iordanen et qui
circa tyrum et ſydonē· multitudo magna audi
entes q faciebat venerūt ad eū. Et dixit iheſus
diſcipulis ſuis: ut ī nauicula ſibi deſeruiret ꝓpt
turbā ne cōprimerent eū. Multos enī ſanabat:
ita ut irruerent in eū ut illū tangerēt quotquot
habebāt plagas. Et ſpiritus immūdi cū illū vi:
debāt ꝓcidebāt ei: et clamabāt dicentes. Tu es
filius dei. Et vehemēter cōminabat eis: ne ma:
nifeſtarent illū. Et aſcēdens in montē vocauit
ad ſe quos voluit ipe: et venerūt ad eū. Et fecit
ut eſſent duodecim cū illo: et ut mitteret eos p:
dicare. Et dedit illis poteſtatē curādi infirmita
tes: et eiciēdi demonia. Et impoſuit ſimoni no:
men petrus. Et iacobū zebedei et iohannē frēm
iacobi: et impoſuit eis noīa boanerges quod eſt
filius tonitrui. Et andreā et philippū et bartho:
lomeū et matheū: et thomam et iacobū alphei
et thadeū & ſimonē chananeū: et iudam ſcari:
oth qui tradidit illū. Et veniunt ad domū. Et
cōuenit iterū turba: ita ut nō poſſēt neqz panē
māducare. Et cū audiſſent ſui: exierūt tenere
eū. Dicebāt enim: qm̄ in furorē verſus eſt. Et
ſcribe qui ab iheroſolimis deſcenderant dicebant
quoniā beelzebub habet: et quia in principe de:
monioz eicit demonia. Et cōuocatis eis: ī para
bolis dicebat illis. Quomodo poteſt ſathanas
ſathanam eicere? Et ſi regnū in ſe diuidat: non
poteſt regnū illud ſtare. Et ſi domus ſup ſemet:
ipſā diſptiat: nō poteſt domus illa ſtare. Et ſi
ſathanas cōſurrexerit ī ſemetipm diſptitus eſt:
et nō poterit ſtare ſed finē habet. Nemo poteſt
vaſa fortis ingreſſus ī domū diripere niſi prius
fortē alliget: et tūc domū eius diripiet. Amen
dico vobis: qm̄ oīa dimittent filijs hoīm pccā
& blaſphemie quibus blaſphemauerīt. Qui
autē blaſphemauerit ī ſpiritū ſanctū nō habebit
remiſſionē in eternū: ſed reus erit eterni delicti:
qm̄ dicebāt ſpiritū immundū habet. Et veniūt
mater eius et fratres: et foris ſtantes miſerūt ad
eū vocātes eū. Et ſedebat circa eū turba: et dicūt
ei. Ecce mater tua et fratres tui foris querūt te.
Et reſpōdens eis ait. Que ē mater mea et frēs
mei? Et circūſpiciēs eos qui ī circuitu eius ſede:
bant ait. Ecce mater mea et fratres mei. Qui
enim fecerit voluntatem dei: hic frater meus et
ſoroꝛ mea & mater eſt. IIII

Et itez cepit docere ad mare: et cōgregata
eſt ad eū turba multa ita ut ī nauim aſ:
cendēs ſederet ī mari: et oīs turba circa mare
ſup terrā erāt: et docebat eos ī parabolis mlta:
& dicebat illis in doctrina ſua. Audite. Ecce
exijt ſeminās ad ſeminandū. Et dū ſeminat:
aliud cecidit circa viā et venerūt volucres celi &
comederūt illud. Aliud vero cecidit ſup petroſa
vbi nō habuit terrā multā: et ſtatim exortū eſt
qm̄ nō habebat altitudinē terre: et quādo exor:
tus eſt ſol exeſtuauit et eo q non habebat radicē
exaruit. Et aliud cecidit ī ſpinas: et aſcenderūt
ſpine et ſuffocauerūt illud: & fructū nō dedit.
Et aliud cecidit in terrā bonā et dabat fructum
aſcendentē et creſcentē: et afferebat vnū triginta
et vnū ſexaginta: & vnū centum. Et dicebat.
Qui habet aures audiendi audiat. Et cū eſſet
ſingularis: interrogauerūt eū hij qui cū eo erāt
duodecim parabolā. Et dicebat eis. Vobis da:
tum ē noſſe miſterium regni dei: illis autē qui

foris ſũt in parabolis oĩa fiũt · ut vidẽtes videãt
et nõ videãt · et audiẽtes audiãt et nõ intelligãt:
ne quãdo cõuertant̃ & dimittant̃ eis peccata.
Et ait illis. Neſcitis parabolã hãc? Et quomõ
omnes parabolas cognoſcetis? Qui ſeminat·
verbũ ſeminat. Hij autẽ ſũt qui circa viã vbi ſe:
minat̃ verbũ: et cũ audierint cõfeſtim venit ſa:
thanas et aufert quod ſeminatũ eſt ĩ corde eoꝝ.
Et hij ſũt ſimiliter qui ſupra petrã ſeminant̃:
qui cũ audierint verbũ ſtatim cũ gaudio accipi
unt illud et nõ habẽt radicẽ in ſe ſed temporales
ſũt: deinde orta tribulatione et pſecutione ꝓpter
verbũ cõfeſtim ſcandalizant̃. Et alij ſũt qui in
ſpinis ſeminant̃. Hij ſũt qui verbũ audiũt: &
erumne ſecli et deceptio diuitiaꝝ et circa reliqua
concupiſcentie introeũtes ſuffocãt verbũ: et ſine
fructu efficit̃. Et hij ſũt qui ſuper terrã bonam
ſeminati ſũt: qui audiũt verbũ et ſuſcipiũt: &
fructificant vnũ triginta vnũ ſexaginta et vnũ
centũ. Et dicebat illis. Nũquid venit lucerna
ut ſub modio ponatur aut ſub lecto? Nõne ut
ſuper cãdelabrũ ponat̃? Nõ eſt enĩ aliquid ab:
ſconditũ qđ nõ manifeſtet̃: nec factũ eſt occultũ
quod nõ veniat ĩ palã. Si quis habet aures au:
diẽdi audiat. Et dicebat illis. Videte quid au:
diatis. In qua mẽſura menſi fueritis remetiet̃
vobis. Qui enĩ habet dabit̃ illi: et qui nõ ha:
bet: etiã quod habet auferet̃ ab eo. Et dicebat.
Sic eſt regnũ dei: quẽadmodũ ſi homo iaceat
ſementẽ in terrã et dormiat: et exſurgat nocte et
die et ſemen germinet et increſcat dũ neſcit ille.
Vltro enĩ terra fructificat: primũ herbã deinde
ſpicam: deinde plenũ frumentũ in ſpica. Et cũ
ſe ꝓduxerit fructus ſtatim mittit falcẽ: quoniã
adeſt meſſis. Et dicebat. Cui aſſimilabimus
regnum dei: aut cui parabole cõparabimus il:
lud? Sicut granũ ſynapis qđ cũ ſeminatũ fuerit
ĩ terra minus ẽ oĩbꝫ ſeminibꝫ que ſũt ĩ terra:
et cũ natũ fuerit aſcẽdit in arborẽ · et fit maius
oĩbꝫ oleribꝫ: & facit ramos magnos ita ut
poſſint ſub vmbra eius aues celi habitare. Et ta
libꝫ multis parabolis loquebat̃ eis verbũ prout
poterãt audire: ſine parabola autẽ nõ loquebat̃
eis. Seorſũ autẽ diſcipulis diſſerebat oĩa. Et
ait illis ĩ illa die cũ ſero eſſet factũ. Trãſeamus
cõtra. Et dimittẽtes turbam aſſumũt eũ ita ut
erat ĩ naui: et alie naues erãt cũ illo. Et facta
eſt procella magna vẽti: et fluctus mittebat in
nauim: ita ut impleret̃ nauis. Et erat ipſe in

puppi ſuper ceruical dormiẽs: et excitãt eũ et di:
cũt illi. Magiſter: non ad te ptinet quia peri:
mus? Et exſurgẽs cõminatus eſt vento: et dixit
mari. Tace: obmuteſce. Et ceſſauit ventus: et
facta ẽ trãquillitas magna. Et ait illis. Quid
timidi eſtis? Necdũ habetis fidẽ. Et timuerũt
timore magno: et dicebãt ad alterutrũ. Quis
putas ẽ iſte: qꝛ vẽtus et mare obediũt ei. V. Ca.

Et venerũt trans fretũ maris ĩ regionem
geraſenoꝝ. Et exeunti ei de naui ſtatim
occurrit de monumẽtis homo ĩ ſpiritu immun:
do: qui domicilium habebat ĩ monumẽtis. Et ne:
qꝫ cathenis iã quiſqꝫ poterat eũ ligare: quoniã
ſepe compedibus et cathenis vinctus · dirupiſſet
cathenas et cõpedes cõminuiſſet: et nemo pote:
rat eũ domare. Et ſemꝑ die ac nocte in monu:
mẽtis et ĩ mõtibꝫ erat clamãs: et cõcidens ſe lapi
dibus. Vidẽs autẽ ihesũ a lõge cucurrit et ado:
rauit eũ: et clamans voce magna dixit. Quid
michi et tibi ihesu fili dei altiſſimi? Adiuro te
per deũ ne me torqueas. Dicebat enĩ illi. Exi
ſpiritus immũde ab hoĩe iſto. Et interrogabat
eum. Quod tibi nomẽ eſt? Et dicit ei. Legio
michi nomẽ eſt: quia multi ſumus. Et deꝓca:
batur eũ multũ: ne ſe expelleret extra regionẽ.
Erat autẽ ibi circa montẽ grex porcoꝝ magnus
paſcẽs ĩ agris: et deꝓcabant̃ eũ ſpiritus dicẽtes.
Mitte nos ĩ porcos: ut in eos introeamus. Et
conceſſit eis ſtatim ihesus. Et exeuntes ſpiritus
immũdi introierũt in porcos: et magno impe:
tu grex ꝓcipitatus ẽ in mari ad duo milia: &
ſuffocati ſũt in mari. Qui autẽ paſcebant eos
fugerũt: et nunciauerũt in ciuitatẽ et ĩ agros.
Et egreſſi ſũt videre quid eſſet facti: & venerũt
ad ihesũ: & vident illũ qui a demonio vexabat̃
ſedentẽ veſtitum et ſane mẽtis · et timuerũt. Et
narrauerũt illis qui viderãt qualiter factũ eſſet
ei qui demoniũ habuerat: et de porcis. Et roga:
re ceperũt eũ: ut diſcederet de finibꝫ eoꝝ. Cumqꝫ
aſcẽderet nauim: cepit illũ deꝓcari qui a demo:
nio vexatus fuerat ut eſſet cũ illo et nõ admiſit
eũ: ſed ait illi. Vade in domũ tuã ad tuos: &
annũcia illis quãta tibi dñs fecerit: et miſertus
ſit tui. Et abijt & cepit predicare in decapoli·
quãta ſibi feciſſet ihesus: et oĩes mirabant̃. Et
cũ aſcẽdiſſet ihesus in nauim rurſũ trans fretũ
conuenit turba multa ad eũ: et erat circa mare.
Et venit quidã de archiſinagogis noĩe iayrus:
et vidẽs eũ ꝓcidit ad pedes eius: et deꝓcabat̃ eum

multū dicēs·q̄ñ filia mea ī extremis eſt. Veni
impone manū tuā ſuper eā: ut ſalua ſit & vi-
uat. Et abijt cū illo: et ſequebat̄ eū turba mul-
ta: et cōprimebāt eū. Et mulier que erat ī pro-
fluuio ſāguinis annis duodecim et fuerat mlta
ꝑpeſſa a cōpluribꝫ medicis: & erogauerat oīa
ſua· nec quicq̄ ꝓfecerat: ſed magis deterius ha-
bebat. Cū audiſſet de iheſu venit ī turba retro:
et tetigit veſtimentū eius. Dicebat enī: quia ſi
uel veſtimentū eius tetigero ſalua ero. Et cōfeſ
tim ſiccatus ē fons ſāguinis eius: et ſenſit corpo
re· quia ſanata eſſet a plaga. Et ſtatim iheſus
in ſemetipo cognoſcēs virtutē que exierat de illo:
cōuerſus ad turbā aiebat. Quis tetigit veſtimē
ta mea? Et dicebāt ei diſcipuli ſui. Vides tur-
bam cōprimentē te· et dicis quis me tetigit? Et
circūſpiciebat videre eā que hoc fecerat. Mulier
vero timēs et tremēs ſciens quod factū eſſet in ſe:
venit et ꝓcidit ante eū et dixit ei omnē veritatē.
Ille aūt dixit ei. Filia fides tua te ſaluā fecit.
vade in pace: et eſto ſana a plaga tua. Adhuc
eo loquēte veniūt nuncij ad archiſynagogū di-
centes: quia filia tua mortua eſt. Quid vltra
vexas mgrm? Iheſus autē audito verbo quod
dicebat̄: ait archiſynagogo. Noli timere: tan-
tūmodo crede. Et non admiſit quenq̄ ſe ſequi:
niſi petrū et iacobū & iohannē fratrē iacobi.
Et veniūt ī domū archiſynagogi. Et vidit tu-
multū et flentes et eiulātes multū: et ingreſſus
ait illis. Quid turbamini et ploratis? Puel-
la nō eſt mortua ſed dormit. Et irridebāt eum.
Ipſe vero eiectis oībꝫ aſſumit patrē & matrē
puelle· et qui ſecū erāt: et ingrediunt̄ vbi puel-
la erat iacens: & tenens manū puelle ait illi.
Thabitha cumi: quod eſt interpretatū· puella
tibi dico ſurge. Et cōfeſtim ſurrexit puella: &
ambulabat. Erat autē annorum duodecim. Et
obſtupuerunt ſtupore magno. Et precepit illis
vehementer· ut nemo id ſciret: & dixit dare illi
Et egreſſus inde VI C manducare.
abijt in patriā ſuā: et ſequebant̄ eū diſ-
cipuli ſui. Et facto ſabbato cepit in ſynagoga
docere: et mlti audiētes· ammirabant̄ in doctri-
na eius dicentes. Unde huic hec oīa? Et que
eſt ſapientia que data ē illi: et virtutes tales que
per manus eius efficiunt̄? Nōne hic ē faber fi-
lius marie: frater iacobi et ioſeph et iude et ſymo
nis? Nōne et ſorores eius hic nobiſcū ſūt? Et
ſcandalizabantur ī illo. Et dicebat illis iheſus:
quia nō eſt ꝓpheta ſine honore niſi ī patria ſua
et ī domo ſua et ī cognacōne ſua. Et nō poterat
ibi virtutē vllā facere niſi paucos infirmos im-
poſitis manibꝫ curauit: et mirabat̄ ꝓpter incre-
dulitatē eoꝝ: et circuibat caſtella in circuitu do-
cens. Et vocauit duodecim: et cepit eos mittere
binos: et dabat illis poteſtatē ſpirituū inmūdo-
rū. Et p̄cepit eis ne quid tollerēt ī via niſi virgā
tantū: nō perā nō panē neq̄ in zona es ſed cal-
ciatos ſandalijs: et ne induerent̄ duabꝫ tunicis.
Et dicebat eis. Quocūq̄ introieritis ī domum
illic manete donec exeatis inde: & quicunq̄ nō
receperint vos nec audierint vos: exeuntes inde
excutite puluerē de pedibꝫ veſtris in teſtimoniū
illis. Et exeūtes p̄dicabāt ut penitentiā agerēt:
et demonia mlta eiciebāt: et vngebāt oleo mul-
tos egros et ſanabant̄. Et audiuit rex herodes:
manifeſtū enī factū eſt nomen eius: et dicebat.
Quia iohānes baptiſta reſurrexit a mortuis:
et ꝓpterea virtutes opant̄ ī illo. Alij aūt dicebāt
quia helias ē: alij vero dicebāt quia propheta eſt
q̄ſi vnus ex ꝓphetis. Quo audito herodes ait.
Quē ego decollaui iohannē hic a mortuis re-
ſurrexit. Ipſe enī herodes miſit ac tenuit iohan-
nem et vinxit eū in carcerē ꝓpter herodiadē vxorē
philippi fratris ſui: quia duxerat eā. Dicebat
enī iohānes herodi. Nō licet tibi habere vxorē
fratris tui. Herodias aūt inſidiabat̄ illi: et vole-
bat occidere eū nec poterat. Herodes autē metue-
bat iohannē ſciēs eū virū iuſtū et ſanctū et cuſ-
todiebat eū: et audito eo mlta faciebat: et libēter
eū audiebat. Et cū dies oportunus accidiſſet:
herodes natalis ſui cenā fecit principibꝫ et tribu-
nis et primis galilee. Cūq̄ introiſſet filia ipſius
herodiadis· et ſaltaſſet et placuiſſet herodi ſimul-
q̄ recūbentibꝫ: rex ait puelle. Pete a me quod
vis: et dabo tibi. Et iurauit illi: quia quicquid
petieris dabo tibi: licet dimidiū regni mei. Que
cū exiſſet: dixit mrī ſue. Quid petā? At illa
dixit. Caput iohānis baptiſte. Cūq̄ introiſſet
ſtatim cū feſtinacōne ad regem: petiuit dicens.
Volo: ut ꝓtinus des michi ī diſco caput iohā-
nis baptiſte. Et cōtriſtatus ē rex. Propter iuſ-
iurandū et ꝓpter ſimul diſcūbentes noluit eam
cōtriſtare: ſed miſſo ſpiculatore precepit afferri
caput eius in diſco: et decollauit eū in carcere.
Et attulit caput eius ī diſco: et dedit illud puel-
le: et puella dedit matri ſue. Quo audito diſ-
cipuli eius venerunt & tulerunt corpus eius:

et poſuerūt illud ī monumēto. Et cōuenientes apoſtoli ad iheſum: renūciauerūt ei oīa que egerāt et docuerāt. Et ait illis. Venite ſeorſum in deſertū locū: et requieſcite puſillū. Erāt enī qui veniebāt et redibāt multi: et nec ſpaciū māducādi habebāt. Et aſcēdentes ī nauim abierūt in deſertū locū ſeorſū. Et viderūt eos abeūtes: et cognouerūt multi: et pedeſtres de oībꝫ ciuitatibꝫ cucurrerūt illuc et puenerūt eos. Et exiēs vidit turbā multā iheſus: et miſertus ē ſup eos quia erāt ſicut oues nō habētes paſtorē: et cepit illos docere multa. Et cū iam hora multa fieret: acceſſerūt diſcipuli eius dicētes. Deſertus locus eſt hic: et iā hora preterijt. Dimitte illos: ut euntes ī pximas villas et vicos emant ſibi cibos quos māducēt. Et reſpōdēs ait illis. Date illis māducare. Et dixerūt ei. Euntes emamus ducētis denarijs panes: et dabimus illis māducare. Et dicit eis. Quot panes habetis? Ite et videte. Et cū cognouiſſent dicūt. Quinqꝫ. Et duos piſces. Et pcepit illis ut accūbere facerent omnes ſecundū cōtubernia ſup viride fenū. Et diſcubuerūt ī partes: per cētenos et quinquagenos. Et acceptis quīqꝫ panibꝫ et duobꝫ piſcibus: intuēs in celū benedixit et fregit panes et dedit diſciplis ſuis ut ponerēt ante eos: et duos piſces diuiſit oībꝫ. Et māducauerūt oēs: et ſaturati ſūt. Et ſuſtulerūt reliquias fragmētorꝫ duodecim cophinos plenos: et de piſcibus. Erāt aūt qui māducauerūt quīqꝫ milia virorꝫ. Et ſtatim coegit diſcipulos ſuos aſcēdere nauim ut precederēt eū trans fretū ad bethſaidam: dū ipſe dimitteret pplm. Et cū dimiſiſſet eos: abijt in montem orare. Et cū ſero eſſet erat nauis in medio mari: et ipſe ſolus ī terra. Et videns eos laborātes ī remigādo· erat enī ventus cōtrarius eis: et circa quartā vigiliam noctis venit ad eos ambulās ſupra mare: et volebat preterire eos. At illi ut viderūt eū ambulātem ſupra mare putauerūt fantaſma eſſe: et exclamauerunt. Oēs enī viderūt eū: et cōturbati ſūt. Et ſtatī locutus eſt cū eis: et dixit eis. Confidite. Ego ſū: nolite timere. Et aſcēdit ad illos ī nauim: et ceſſauit vētus. Et plus magis intra ſe ſtupebāt. Non enī intellexerūt de panibꝫ. Erat enī cor eorꝫ obcecatū. Et cū trāſfretaſſent venerūt in terrā geneſareth: et applicuerūt. Cūqꝫ egreſſi eſſēt de naui cōtinuo cognouerūt eū: et pcurrētes vniuerſā regionē illā ceperūt ī grabatis eos qui ſe male habebāt circūferre vbi audiebāt eū eſſe. Et quocūqꝫ introiebat in vicos vel in villas aut ciuitates: ī plateis ponebāt infirmos· et depcabant eū ut vel fimbriā veſtimēti eius tangerēt: et quotquot tāgebāt eū ſalui fiebāt. VII

Et conueniūt ad eū phariſei et quidā de ſcribis: veniētes ab iheroſolimis. Et cū vidiſſent quoſdā ex diſcipulis eius cōmunibus manibꝫ id eſt nō lotis māducare panes: vituperauerūt. Phariſei enī et oēs iudei niſi crebro lauerint manus nō māducāt tenētes tradicōnē ſeniorꝫ: et a foro niſi baptizent nō comedūt: et alia multa ſūt que tradita ſūt illis ſeruare· baptiſmata calicum et vrceorꝫ et eramētorꝫ et lectorꝫ. Et interrogabāt eū phariſei et ſcribe. Quare diſcipuli tui nō ambulāt iuxta traditionē ſeniorꝫ: ſed cōmunibꝫ manibꝫ māducant panem? At ille reſpōdens dixit eis. Bene prophetauit yſaias de vobis ypocritis: ſicut ſcriptū eſt. Populus hic labijs me honorat: cor autē eorꝫ longe ē a me. Inuanū aūt me colūt docētes doctrinas et pcepta hoīm. Relinquētes enī mandatū dei tenetis traditiones hoīm: baptiſmata vrceorꝫ et calicū et ſimilia hijs facitis multa. Et dicebat. Bene irritū feciſtis preceptū dei: ut traditionē veſtrā ſeruetis. Moyſes enī dixit. Honora patrē tuū et matrē tuā: et qui maledixerit patri vel matri morte moriat. Vos autē dicitis. Si dixerit homo patri aut matri corban quod ē donū quodcūqꝫ ex me tibi pfuerit: et vltra nō dimittitis eū quicqꝫ facere patri ſuo aut matri: reſcindētes verbū dei per tradicōnem veſtrā quā tradidiſtis. Et multa ſimilia huius facitis. Et aduocās iterū turbā dicebat illis. Audite me oēs et intelligite. Nichil ē extra hominē introiens in eū quod poſſit eū coinquinare: ſꝫ que de hoīe procedūt illa ſūt que cōmunicāt hoīem. Si quis habet aures audiēdi audiat. Et cū introiſſet in domū a turba: interrogabāt eū diſcipuli eius parabolam. Et ait illis. Sic et vos imprudētes eſtis? Non intelligitis quia omne extrinſecus introiens ī hoīem nō poteſt eū cōmunicare quia nō intrat ī cor eius: ſed ī ventrē vadit et ī ſeceſſū exit purgās oēs eſcas? Dicebat autē: quoniā illa que de hoīe exeūt illa cōmunicant hoīem. Ab intus enim de corde hoīm male cogitacōnes pcedunt: adulteria· fornicacōnes· homicidia· furta· auaricie· nequicie· dolus· impudicicie· oculus malus: blaſphemia· ſuperbia·

ſtulticia. Omnia hec mala abintus p̄cedūt: &
cōmunicāt hoīem. Et inde ſurgēs abijt in fines
tyri et ſydonis: et ingreſſus domū neminē volu-
it ſcire: et nō potuit latere. Mulier enī ſtatim
ut audiuit de eo cuius filia habebat ſpiritū im-
mundū intrauit: et p̄cidit ad pedes eius. Erat
enī mulier gētilis: ſyrophenissa genere. Et ro-
gabat eū ut demoniū eiceret de filia eius. Qui
dixit illi. Sine prius ſaturari filios. Non eſt
enī bonū ſumere panē filioꝝ: et mittere canibꝫ.
At illa reſpōdit: et dixit illi. Utiqꝫ dñe. Nā
et catelli comedūt ſub menſa de micis puerorū.
Et ait illi. Propter hunc ſermonē vade: exijt
demoniū de filia tua. Et cū abijſſet domū inue-
nit puellā iacentē ſup lectū: et demoniū exijſſe.
Et iterū exiens de finibꝫ tyri venit p ſydonem ad
mare galilee inter medios fines decapoleos. Et
adducūt ei ſurdū et mutū. Et dep̄cabant̄ eū ut
imponat illi manū. Et apprehēdēs eū de turba
ſeorſū miſit digitos ſuos ī auriculas eius: et ex-
puens tetigit linguā eius: et ſuſpiciēs in celū in-
gemuit. et ait illi. Effetta: quod eſt adaperire.
Et ſtatim aperte ſūt aures eius: et ſolutum eſt
vinculū lingue eius: et loquebat̄ recte. Et p̄cepit
illis ne cui dicerēt. Quāto autē eis precipiebat
tanto magis plus p̄dicabāt: et eo amplius ad-
mirabant̄ dicētes. Bene oīa fecit: et ſurdos
fecit audire: et mutos loqui. VIII

In diebꝫ illis iterū cū turba multa eſſet nec haberēt
quod māducarēt: cōvocatis diſcipulis ait illis.
Miſereor ſup turbā: quia ecce iam triduo ſuſti-
nent me nec habēt quod māducēt: et ſi dimi-
ſero eos ieiunos in domum ſuā deficient in via.
Quidā enī ex eis delōge venerūt. Et responde-
rūt ei diſcipuli ſui. Unde illos poterit quis hic
ſaturare panibꝫ ī ſolitudine? Et interrogauit
eos. Quot panes habetis? Qui dixerūt. Sep-
tem. Et p̄cepit turbe diſcumbere ſuper terrā. Et
accipiēs ſeptē panes gratias agens fregit: et da-
bat diſcipulis ſuis ut apponerēt: et appoſuerunt
turbe. Et habebāt piſciculos paucos: et ipſos be-
nedixit: et iuſſit apponi. Et māducauerūt &
ſaturati ſūt: & ſuſtulerūt quod ſuperauerat de
fragmētis ſeptē ſportas. Erāt autē qui mandu-
cauerāt quaſi quatuor milia. et dimiſit eos. Et
ſtatim aſcēdens nauim cū diſcipulis ſuis: venit
in partes dalmanutha. Et exierūt phariſei &
ceperūt conquirere cū eo: querētes ab illo ſignū
de celo: tēptantes eū. Et ingemiſcēs ſpiritu ait.

Quid generatio iſta ſignū querit? Amē dico
vobis: ſi dabit̄ generacōni iſti ſignū. Et dimit-
tēs eos aſcēdit iterū nauim: et abijt trans fretū.
Et obliti ſūt panē ſumere: et niſi vnū panē nō
habebant ſecū in naui. Et p̄cipiebat eis dicens.
Videte et cauete a fermēto phariſeoꝝ: et fermē-
to herodis. Et cogitabāt ad alterutrum dicētes:
quia panes nō habemus. Quo cognito: ait il-
lis ihesus. Quid cogitatis quia panes nō habe-
tis? Nondū cognoſcitis nec intelligitis? Ad-
huc cecatū habetis cor veſtrū. Oculos habētes nō
videtis: et aures habētes nō auditis. Nec recor-
damini quādo quiqꝫ panes fregi ī quiqꝫ milia:
et quot cophinos fragmētoꝝ plenos ſuſtuliſtis?
Dicūt ei. Duodecim. Quādo & ſeptē panes
in quatuor milia: quot ſportas fragmētoꝝ tuliſ-
tis? Et dicūt ei. Septē. Et dicebat eis. Quomō
nondū intelligitis? Et veniūt bethſaida: et ad-
ducūt ei cecū: et rogabāt eū ut illū tangeret. Et appre-
henſa manu ceci eduxit eū extra vicū: et expuēs
in oculos eius impoſitis manibꝫ ſuis: interro-
gauit eū ſi quid videret. Et aſpiciēs ait. Video
hoīes velut arbores ambulātes. Deinde iterum
impoſuit manus ſup oc'los eius et cepit videre:
et reſtitutus ē: ita ut clare videret oīa. Et miſit
illū in domū ſuā dicēs. Vade in domū tuā: et
ſi in vicū introieris nemini dixeris. Et ingreſ-
ſus ē ihesus et diſcipuli eius caſtella ceſaree phi-
lippi: et ī via interrogabat diſcipulos ſuos dicēs
eis. Quē me dicūt eſſe hoīes? Qui reſpōderūt
illi dicentes. Iohannē baptiſtam: alij helyam:
alij vero quaſi vnū de p̄phetis. Tūc dicit illis.
Vos vero quē me eſſe dicitis? Reſpōdēs petrus
ait ei. Tu es chriſtus. Et cōminatus eſt eis: ne
cui dicerēt de illo. Et cepit docere eos quoniam
oportet filiū hoīs pati multa et reprobari a ſenio-
ribus et a ſūmis ſacerdotibꝫ & ſcribis et occidi:
et poſt tres dies reſurgere. Et palā verbū loque-
bat̄. Et apprehendens eū petrus: cepit increpare
eū. Qui cōuerſus et vidēs diſcip'los ſuos: com-
minatus eſt petro dicēs. Vade retro me ſatha-
na: quī nō ſapis que dei ſūt ſed que ſūt hoīm.
Et cōuocata turba cū diſcipulis ſuis: dixit eis.
Si quis vult me ſequi deneget ſemetipm: et tol-
lat crucem ſuā et ſequat̄ me. Qui enī voluerit
animā ſuā ſaluā facere perdet eā: qui autē per-
diderit animā ſuā p̄pter me et euangeliū: ſaluā
faciet eā. Quid enī p̄derit hoī ſi lucret̄ mundū
totū: et detrimētum aīe ſue faciat? Aut quid

homo cõmutacõis dabit p aĩa ſua. Qui enĩ
me cõfuſus fuerit et verba mea in generatione
iſta adultera et peccatrice: et filius hoĩs confũdet
eũ cũ venerit ĩ gl'a patris ſui cũ angelis ſãctis.
Et dicebat illis. Amen dico IX
vobis: quia ſũt quidã de hic ſtãtibꝫ qui
nõ guſtabũt mortẽ: donec videãt regnũ dei veni
ens in virtute. Et poſt dies ſex aſſumpſit iheſus
petrũ et iacobũ et iohannẽ: et ducit illos ĩ mon-
tem excelſũ ſolos: et trãſfiguratus ẽ corã ipſis.
Et veſtimẽta eius facta ſũt ſplẽdentia et candida
nimis velut nix: qualia fullo nõ poteſt ſup terrã
candida facere. Et apparuit illis helyas cũ moy-
ſe: et erãt loquẽtes cũ iheſu. Et reſpõdens petrus
ait iheſu. Rabbi bonũ eſt nos hic eſſe: et faciã
mus tria tabernacula: tibi vnũ. et moyſi vnũ.
& helye vnum. Non enĩ ſciebat quid diceret.
Erãt enĩ timore exterriti. Et facta ẽ nubes ob-
umbrãs eos: et venit vox de nube dicẽs. Hic eſt
filius meus cariſſimus: audite illũ. Et ſtatim
circũſpicientes: neminem amplius viderũt niſi
iheſum tãtũ ſecũ. Et deſcẽdẽtibꝫ illis de mõte pcepit
illis ne cuiquã quod vidiſſent narrarẽt: niſi cũ
filius hoĩs a mortuis reſurrexerit. Et verbũ con-
tinuerũt apud ſe: cõquirẽtes quid eſſet cũ a mor
tuis reſurrexerit. Et interrogabãt eum dicẽtes.
Quid ergo dicũt phariſei et ſcribe quia helyam
oporteat venire primũ? Qui reſpõdẽs ait illis.
Helyas cũ venerit primo reſtituet oĩa: et quo-
modo ſcriptũ eſt ĩ filiũ hoĩs: ut multa patiat &
cõtemnat. Sed dico vobis: quia et helyas venit:
& fecerũt illi quecũqꝫ voluerũt ſicut ſcriptũ eſt
de eo. Et veniens ad diſcipulos ſuos vidit turbã
magnã circa eos: et ſcribas cõquirentes cũ illis.
Et cõfeſtim oĩs pplus vidẽs iheſũ ſtupefactus
eſt et expauerũt: et accurrẽtes ſalutabant eũ. Et
interrogauit eos. Quid inter vos cõquiritis?
Et reſpondens vnus de turba dixit. Magiſter
attuli filiũ meũ ad te habẽtem ſpiritum mutũ:
qui vbicũqꝫ eũ apprehẽderit allidit illũ: et ſpu-
mat et ſtridet dẽtibꝫ et areſcit. Et dixi diſcipulis
tuis ut eicerẽt illũ: et nõ potuerũt. Qui reſpõ-
dẽs eis dixit. O generacõ incredula: qꝫ diu apud
vos ero? Quã diu vos patiar? Afferte illũ ad
me. Et attulerũt eum. Et cũ vidiſſet eũ ſtatim
ſpiritus cõturbauit illũ: et eliſus ĩ terrã volu-
tabatur ſpumans. Et interrogauit patrem eius.
Quantũ temporis ẽ ex quo ei hoc accidit? At
ille ait. Ab infantia. Et frequẽter eũ in ignẽ
et ĩ aquã miſit: ut eũ pderet. Sed ſi quid potes.
adiuua nos: miſertus noſtri. Iheſus autẽ ait
illi. Si potes credere omnia poſſibilia credenti.
Et continuo exclamans pater pueri cũ lacrimis
aiebat. Credo dñe: adiuua incredulitatẽ meã.
Et cũ vidiſſet iheſus cõcurrentẽ turbã: cõmina-
tus ẽ ſpiritui immũdo dicẽs illi. Surde et mute
ſpiritus ego pcipio tibi exi ab eo: et amplius ne
introeas in eũ. Et exclamãs et multũ diſcerpẽs
eũ exijt ab eo: et factus eſt ſicut mortuus: ita ut
multi dicerẽt quia mortuus ẽ. Iheſus autẽ tenẽs
manũ eius eleuauit eũ: et ſurrexit. Et cũ intro-
iſſet ĩ domũ: diſcipuli eius ſecreto interrogabãt
eum. Quare nos nõ potuimus eicere eũ? Et
dixit illis. Hoc genus ĩ nullo poteſt exire: niſi in
oracõne et ieiunio. Et inde pfecti ptergradiebãt
galileã: nec volebat quenqꝫ ſcire. Docebat autẽ
diſcipulos ſuos: et dicebat illis quoniã filius hoĩs
tradet in manus hoĩm. et occident eũ: et occiſus
tercia die reſurget. At illi ignorabãt verbũ: et
timebãt interrogare eũ. Et venerũt capharnaũ.
Qui cũ domi eſſẽt interrogabat eos. Quid in
via tractabatis? At illi tacebãt. Siquidẽ in via
inter ſe diſputauerãt: quis eorũ maior eſſet. Et
reſidẽs vocauit duodecim: & ait illis. Si quis
vult primus eſſe: erit oĩm nouiſſimus & oĩm
miniſter. Et accipiẽs puerũ ſtatuit eũ ĩ medio
eorũ: quẽ cum cõplexus eſſet ait illis. Quiſquis
vnũ ex huiuſmodi pueris receperit in noĩe meo
me recipit: et quicũqꝫ me ſuſceperit nõ me ſuſ-
cipit: ſed eũ qui me miſit. Reſpõdit illi iohan-
nes dicẽs. Magiſter vidimus quẽdam ĩ noĩe
tuo eicientẽ demonia qui nõ ſequit nos: et phi-
buimus eũ. Iheſus autẽ ait nolite phibere eũ.
Nemo eſt enĩ qui faciat virtutẽ in noĩe meo:
et poſſit cito male loqui de me. Qui enĩ nõ eſt
aduerſũ vos: p vobis ẽ. Quiſquis enĩ potum
dederit vobis calicẽ aque ĩ noĩe meo quia criſti
eſtis: amẽ dico vobis nõ perdet mercedẽ ſuã. Et
quiſquis ſcãdalizauerit vnũ ex hijs puſillis cre-
dentibꝫ in me: bonũ eſt ei magis ſi circũdaretur
mola aſinaria collo eius et ĩ mare mitteret. Et
ſi ſcandalizauerit te manus tua: abſcide illam.
Bonũ eſt tibi debilẽ introire in vitam. qꝫ duas
manus habentẽ. ire ĩ gehennã in ignẽ inexting-
uibilẽ: vbi vermis eorũ non morit: et ignis nõ
extinguit. Et ſi pes tuus te ſcãdalizat: amputa
illũ. Bonũ eſt tibi claudum introire in vitam
eternã. qꝫ duos pedes habentẽ mitti in gehennã

ignis inextinguibilis: vbi vermis eoꝝ non mo-
ritur: et ignis nõ extinguit̃. Quod ſi oculus tuus
ſcãdalizat te: eice eũ. Bonũ eſt tibi luſcũ intro-
ire in regnũ dei · q̃z duos oculos habẽtem mitti
in gehennã ignis: vbi vermis eoꝝ nõ moritur: et
ignis nõ extinguit̃. Omnis enĩ igne ſaliet̃: &
omnis victima ſale ſaliet̃. Bonũ eſt ſal. Quod
ſi ſal inſulſũ fuerit ĩ quo illud cõdietis? Habete
in vobis ſal: et pacẽ habete inter vos. X. C(aput)
Et inde exſurgẽs venit in fines iudee vltra
iordanen: et conueniũt itẽꝝ turbe ad eũ:
et ſicut conſueuerat iterũ docebat illos. Et acce-
dẽtes phariſei interrogabãt eũ ſi licet viro vxorẽ
dimittere: tẽptantes eũ. At ille reſpõdens dixit
eis. Quid vobis precepit moyſes? Qui dixe-
rũt. Moyſes ꝑmiſit libellũ repudij ſcribere &
dimittere. Quibus reſpõdens iheſus ait. Ad
duriciã cordis vr̃i ſcripſit vobis preceptũ iſtud.
Ab inicio aũt creature maſculũ et feminã fecit
eos deus. Propter hoc relinquet homo patrem
ſuũ et matrẽ: et adherebit ad vxorẽ ſuã: et erũt
duo in carne vna. Itaq; iam non ſũt duo: ſed
vna caro. Quod ergo deus cõiunxit: homo nõ
ſeparet. Et ĩ domo iterũ diſcipuli eius de eodem
interrogauerũt eũ. Et ait illis. Quicũq; dimi-
ſerit vxorẽ ſuã · et aliã duxerit: adulteriũ cõmitti(t)
ſuper eam. Et ſi vxor dimiſerit virũ ſuũ & alij
nupſerit · mechat̃. Et offerebãt illi paruulos vt
tangeret illos: diſcipuli autẽ cõminabant̃ offe-
rẽtib;. Quos cũ videret iheſus: indigne tulit.
Et ait illis. Sinite paruulos venire ad me: &
ne ꝓhibueritis eos. Talium eſt enĩ regnũ dei.
Amen dico vobis: quiſquis nõ receperit regnũ
velut paruulus nõ intrabit ĩ illud. Et complex-
ans eos et imponẽs manus ſup illos: benedice-
bat eos. Et cũ ingreſſus eſſet in via: procurrens
quidam genu flexo ante eũ · rogabat eũ dicens.
Magiſter bone: quid faciã vt vitã eternã perci-
piam? Iheſus autẽ dixit ei. Quid me dicis bo
nũ? Nemo bonus: niſi vnus deus. Precepta
noſti: ne adulteres · ne occidas · ne fureris · ne
falſũ teſtimoniũ dixeris · ne fraudẽ feceris: hono
ra patrẽ tuũ et matrẽ. At ille reſpõdẽs ait illi.
Magiſter hec oĩa obſeruaui a iuuẽtute mea.
Iheſus autẽ intuitus eũ · dilexit eũ: et dixit ei.
Vnũ tibi deeſt. Vade: quecũq; habes vende &
da pauperib; et habebis theſaurũ in celo: et veni
ſequere me. Qui cõtriſtatus ĩ verbo: abijt me-
rens. Erat enĩ habẽs mlťas poſſeſſiones. Et cir-
cũſpiciẽs iheſus: ait diſcipulis ſuis. Quã diffi-
cile qui pecunias habẽt in regnũ dei introibũt.
Diſcipuli autẽ obſtupeſcebãt ĩ verbis eius. At
iheſus rurſus reſpõdens ait illis. Filioli: q̃z dif-
ficile ẽ confidẽtes ĩ pecunijs ĩ regnũ dei introire.
Facilius eſt camelũ ꝑ foramen acus trãſire: q̃z
diuitẽ intrare ĩ regnũ dei. Qui magis admi-
rabantur dicentes ad ſemetipos. Et quis poteſt
ſaluus fieri? Et intuens iheſus illos ait illis.
Apud hoĩes impoſſibile ẽ: ſed nõ apud deum.
Omnia enĩ poſſibilia ſũt apud deũ. Et cepit ei
petrus dicere. Ecce nos dimiſimus omnia: et ſe-
cuti ſumus te. Reſpõdens iheſus ait. Amen
dico vobis: nemo ẽ qui reliquerit domũ aut fra-
tres aut ſorores aut patrem aut matrẽ aut filios
aut agros ꝓpter me et ꝓpter euãgeliũ qui nõ ac-
cipiet cẽties tantũ nũc in tẽpore hoc: domos &
fratres et ſorores et matres & filios et agros cũ
ꝑſecutõib;: et ĩ ſec(u)lo futuro vitã eternã. Multi
aũt erũt primi nouiſſimi: et nouiſſimi primi.
Erãt autẽ in via aſcẽdentes iheroſolimã: et pre-
cedebat illos iheſus. Et ſtupebãt: et ſequentes ti-
mebãt. Et aſſumens iterũ duodecim: cepit illis
dicere que eſſẽt ei ventura. Quia ecce aſcẽdimus
iheroſolimã: et filius hoĩs tradet̃ principib; ſa-
cerdotũ et ſcribis et ſenioribus: et dãnabũt eũ
morte. Et tradent eũ gẽtib; et illudẽt ei: et cõſpuẽt
eũ et flagellabũt eũ · et interficiẽt eũ: et tercia die
reſurget. Et accedũt ad eũ iacobus et iohannes
filij zebedei dicẽtes. Magiſter: volumus vt q̃d-
cũq; petierimus facias nobis. At ille dixit eis.
Quid vultis vt faciã vobis? Et dixerũt. Da
nobis: vt vnus ad dexterã tuã · et alius ad ſini-
ſtrã tuã ſedeamus ĩ gloria tua. Iheſus autẽ ait
eis. Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere ca-
licẽ quẽ ego bibo · aut baptiſmo quo ego baptizor
baptizari? At illi dixerũt ei. Poſſumus. Ihe
ſus autẽ ait eis. Calicẽ quidẽ quẽ ego bibo bibe-
tis et baptiſmo quo ego baptizor baptizabimini:
ſedere autẽ ad dexterã meã vel ad ſiniſtrã nõ eſt
meũ dare vobis: ſed quib; paratũ eſt. Et audi-
entes decẽ indignati ſũt de iacobo & iohanne.
Iheſus autẽ vocãs eos · ait illis. Scitis quia hij
qui videnť principari gẽtib; dominant̃ eis: &
principes eoꝝ poteſtatẽ habẽt ipſoꝝ? Nõ ita eſt
autẽ in vobis: ſed quicũq; voluerit fieri maior
erit veſter miniſter: et quicũq; voluerit ĩ vobis
primus eſſe: erit oĩm ſeruus. Nã et filius hoĩs
nõ venit vt miniſtraret̃ ei · ſed vt miniſtraret:

et daret animam ſuam redemptionem ꝓ multis. Et veniũt ihericho. Et ꝓficiſcēte eo de ihericho. et diſcipulis eius et plurima multitudine: filius thimei barthimeus cecus ſedebat iuxta viā mēdicās. Qui cū audiſſet quia iheſus nazarenus ē: cepit clamare et dicere. Iheſu fili dauid: miſerere mei. Et cōminabant̄ illi multi ut taceret. At ille multo magis clamabat: fili dauid miſerere mei. Et ſtans iheſus: precepit illū vocari. Et vocant cecū: dicentes ei. Animequior eſto. Surge: vocat te. Qui proiecto veſtimento ſuo exiliens venit ad eum. Et reſpōdens iheſus dixit illi. Quid tibi vis faciā? Cecus autē dixit ei. Rabboni ut videā. Iheſus autē ait illi. Vade. Fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim vidit: et ſequebatur eum in via. XI.

Et cum appropinquarēt iheroſolime et bethanie ad montē oliuarū mittit duos ex diſcipulis ſuis: et ait illis. Ite i caſtellū quod cōtra vos ē: et ſtatim introeūtes illuc inuenietis pullū ligatū ſup quē nemo adhuc hoīum ſedit. Soluite illū: et adducite. Et ſi quis vobis dixerit quid facitis: dicite quia dño neceſſarius eſt: et cōtinuo illū dimittet huc. Et abeūtes inuenerūt pullū ligatū ante ianuā foris in biuio: et ſoluūt eū. Et quidā de illic ſtātibꝫ dicebāt illis. Quid facitis ſoluētes pullū? Qui dixerūt eis ſicut preceperat illis iheſus: et dimiſerūt eis. Et duxerūt pullū ad iheſū: et imponūt illi veſtimēta ſua et ſedit ſup eū. Multi veſtimēta ſua ſtrauerūt in via. Alij autē frondes cedebāt de arboribꝫ: et ſternebāt in via. Et qui preibāt et qui ſequebant̄ clamabāt dicētes. Oſāna benedictus qui venit i noīe dñi: benedictū quod venit regnū patris noſtri dauid: oſanna i excelſis. Et introiuit iheroſolimā i tēplū: et circūſpectis oībꝫ cū iā veſpa eſſet hora: exijt i bethaniam cū duodecim. Et alia die cū exirent a bethania eſurijt. Cūqꝫ vidiſſet alōge ficū habētem folia: venit ſi quid forte inueniret in ea. Et cū veniſſet ad eā: nichil inuenit ꝑter folia. Nō enī erat tempus ficorū. Et reſpōdens dixit ei. Iam nō amplius ineternū ex te quiſqꝫ fructū māducet. Et audiebāt diſcipuli eius: et veniunt iheroſolimā. Et cū introiſſet i templum cepit eicere vēdentes et emētes in tēplo: et mēſas nūmulariorꝫ et kathedras vendētium colūbas euertit. Et nō ſinebat ut quiſqꝫ trāſferret vas ꝑ tēplū: et docebat dicēs eis. Nōne ſcriptū eſt quia domus mea domus oracōnis vocabit̄ oībꝫ gētibꝫ? Vos autē feciſtis eā ſpeluncā latronū. Quo audito: prīcipes ſacerdotū et ſcribe querebāt quomō eū perderēt. Timebāt enī eū: quoniā vniuerſa turba āmirabat̄ ſup doctrina eius. Et cū veſpa facta eſſet: egrediebat̄ de ciuitate. Et cū mane trāſirēt: viderūt ficū aridā factā a radicibꝫ. Et recordatus petrus dixit ei. Rabbi: ecce ficus cui maledixiſti aruit. Et reſpondēs iheſus ait illis. Habete fidē dei. Amē dico vobis: quia quicūqꝫ dixerit huic mōti tollere et mittere i mare et nō heſitauerit in corde ſuo ſed crediderit quia quodcūqꝫ dixerit fiat: fiet ei. Propterea dico vobis: oīa quecūqꝫ orātes petitis credite quia accipietis: et eueniēt vobis. Et cū ſtabitis ad orandū dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquē: ut et pater veſter qui i celis ē dimittat vobis peccata veſtra quod ſi vos nō dimiſeritis: nec pater veſter qui in celis ē dimittet vobis peccata veſtra. Et veniunt rurſus iheroſolimam. Et cū ambularet in tēplo accedūt ad eū ſūmi ſacerdotes et ſcribe et ſeniores: et dicūt ei. In qua poteſtate hec facis: et quis tibi dedit hanc poteſtatem ut iſta facias? Iheſus autē reſpondens ait illis. Interrogabo vos et ego vnū verbū et reſpōdete michi: et dicā vobis i qua poteſtate hec faciā. Baptiſmū iohānis d̄ celo erat an ex hoībꝫ? Reſpōdete michi. At illi cogitabāt ſecū dicētes. Si dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo non credidiſtis ei? Si dixerimus ex hoībꝫ: timemus ꝓplm. Oēs enī habebāt iohannē quia vere propheta eſſet. Et reſpondentes dicūt iheſu. Neſcimus. Et reſpōdens iheſus ait illis. Neqꝫ ego dico vobis in qua poteſtate hec faciā. XII.

Et cepit illis i parabolis loqui. Vineam paſtinauit homo: et circūdedit ſepem et fodit lacum et edificauit turrim et locauit eam agricolis: et pegre ꝓfectus ē. Et miſit ad agricolas i tempore ſeruū: ut ab agricolis acciperet de fructu vinee. Qui apprehenſū eū ceciderūt: et dimiſerūt vacuū. Et iterū miſit ad illos aliū ſeruū: et illū in capite vulnerauerūt: et cōtumelijs affecerūt. Et rurſū aliū miſit: et illū occiderūt: et plures alios quoſdā cedentes: alios vero occidētes. Adhuc ergo vnū habens filiū cariſſimū et illū miſit ad eos nouiſſimū dicēs: quia reuerebunt̄ filiū meū. Coloni autē dixerūt ad inuicē. Venite occidamus eū: et noſtra erit hereditas. Et apprehēdentes eū occiderūt: et eiecerūt

ext̃ vineã. Quid ergo faciet dominus vinee?
Veniet et perdet colonos: et dabit vineã alijs.
Nec ſcripturã hanc legiſtis lapidẽ quẽ reproba-
uerũt edificãtes· hic factus ẽ in caput anguli:
a dño factũ eſt iſtud et ẽ mirabile ĩ oculis nr̃is?
Et querebãt eũ tenere: et timuerũt turbã. Cog-
nouerũt enĩ qm̃ ad eos parabolam hãc dixerit.
Et relicto eo abierũt. Et mittunt ad eũ quoſdã
ex phariſeis et herodianis: ut eũ caperẽt ĩ verbo.
Qui veniẽtes dicũt ei. Magiſter: ſcimus quia
verax es et nõ curas quenq̃. Nec enĩ vides in
faciẽ hoĩm: ſed ĩ veritate viã dei doces. Licet dari
tributũ ceſari: an nõ dabimus? Qui ſciẽs ver-
ſutiã illorũ· ait illis. Quid me tẽptatis? Af-
ferte michi denariũ ut videã. At illi attulerũt
ei. Et ait illis. Cuius eſt ymago hec et inſcrip-
tio? Dicũt ei. Ceſaris. Reſpõdens autẽ iheſus
dixit illis. Reddite igit̃ que ſũt ceſaris ceſari:
et que ſũt dei deo. Et mirabant̃ ſup eo. Et vene-
rũt ad eũ ſaducei qui dicũt reſurrectionem nõ
eſſe: et interrogabãt eum dicentes. Magiſter:
moyſes nobis ſcripſit ut ſi cuius frater mortuus
fuerit et dimiſerit vxorẽ· et filios nõ reliquerit:
accipiat frater eius vxorẽ ipſius· et reſuſcitet ſe-
men fratri ſuo. Septẽ ergo frẽs erãt: et primus
accepit vxorẽ: et mortuus eſt nõ relicto ſemine.
Et ſecundus accepit eã et mortuus ẽ: et nec iſte
reliquit ſemẽ. Et tercius ſimiliter. Et acceperũt
eã ſimiliter ſeptẽ: et nõ reliquerũt ſemen. No-
uiſſima omniũ defũcta ẽ et mulier. In reſur-
reccõne ergo cũ reſurrexerint: cuius de hijs erit
vxor? Septẽ enĩ habuerũt eã vxorẽ. Et reſpõdẽs
iheſus ait illis. Nõne ideo erratis: nõ ſcientes
ſcripturas neq̃ virtutẽ dei? Cũ enĩ a mortuis re
ſurrexerint neq̃ nubẽt neq̃ nubent̃: ſed ſũt ſicut
ãgeli dei ĩ celis. De mortuis autẽ quod reſurgãt
nõ legiſtis ĩ libro moyſi ſup rubũ quomõ dixe-
rit illi deus inquiẽs: ego ſũ deus abrahã et deus
yſaac et deus iacob. Non eſt deus mortuoꝝ ſed
viuorũ. Vos ergo multum erratis. Et acceſſit
vnus de ſcribis· qui audierat illos cõquirẽtes: et
videns qm̃ bene illis reſpõderit· interrogauit eũ
quod eſſet primũ omniũ mandatũ. Iheſus autẽ
reſpõdit ei: quia primũ oĩm mãdatũ eſt. Au-
di iſrl' dñs deus tuus deus vnus ẽ: et diliges dñm
deũ tuũ ex toto corde tuo· et ex tota aĩa tua· et ex
tota mẽte tua: et ex tota virtute tua. Hoc ẽ pri-
mũ mandatũ. Secundũ autẽ ſimile ẽ illi. Di-
liges ꝓximũ tuũ tãq̃ teipm. Maius hoꝝ aliud
mandatũ non eſt. Et ait illi ſcriba. Bene ma-
giſter in veritate dixiſti: quia vnus ẽ deus et nõ
eſt alius ꝑter eũ. Et ut diligat̃ ex toto corde· &
ex toto intellectu· et ex tota aĩa· et ex tota fortitu-
dine: et diligere ꝓximũ tanq̃ ſeipm· maius eſt
oĩbꝫ olocauſtomatibꝫ· & ſacrificijs. Iheſus
autẽ vidẽs ꝙ ſapiẽter reſpõdiſſet: dixit illi. Nõ
es lõge a regno dei. Et nemo iã audebat eũ in-
terrogare. Et reſpõdens iheſus dicebat docẽs in
templo. Quomõ dicũt ſcribe criſtum filiũ eſſe
dauid? Ipe enĩ dauid dicit ĩ ſpiritu ſãcto. Dix-
it dñs dño meo ſede a dextris meis: donec ponã
inimicos tuos· ſcabellũ pedum tuoꝝ. Ipe ergo
dauid dicit eũ dñm: & vnde eſt filius eius? Et
multa turba eũ libenter audiuit. Et dicebat eis
in doctrina ſua. Cauete a ſcribis: qui volũt in
ſtolis ambulare et ſalutari in foro· et in primis
cathedris ſedere ĩ ſynagogis: et primos diſcubi-
tus in cenis. Qui deuorãt domos viduarũ ſub
obtẽtu ꝓlixe oracõis: hij accipiẽt ꝓlixius iudi-
ciũ. Et ſedẽs iheſus cõtra gazophilaciũ aſpicie-
bat quomõ turba iactaret es ĩ gazophilaciũ: et
multi diuites iactabãt mult̃a. Cũ veniſſet autẽ
vidua vna pauper: miſit duo minuta quod eſt
quadrãs. Et cõuocans diſcipulos ſuos ait illis.
Amen dico vobis: qm̃ vidua hec pauper plus
oĩbꝫ miſit· qui miſerũt ĩ gazophilaciũ. Om-
nes enim ex eo quod abũdabat illis miſerũt: hec
vero de penuria ſua omnia que habuit miſit to-
tum victum ſuum. XIII. C^m H

Et cũ egrederet̃ de templo: ait illi vnus ex
diſcipulis ſuis. Magiſter: aſpice quales
lapides· et quales ſtructure. Et reſpõdẽs iheſus
ait illi. Vides has oĩes magnas edificacões?
Nõ relinquet̃ lapis ſup lapidẽ qui nõ deſtruat̃.
Et cũ ſederet in mõte oliuaꝝ cõtra templũ: in-
terrogabãt eũ ſeparatim petrus et iacobus &
iohannes & andreas. Dic nobis quando iſta
fiẽt: et quod ſignũ erit qñdo hec oĩa incipiẽt
conſũmari. Et reſpõdẽs iheſus cepit dicere illis.
Videte ne quis vos ſeducat. Multi enĩ veniẽt
in noĩe meo dicẽtes quia ego ſũ: et mult̃os ſedu-
cent. Cũ audieritis autẽ bella· et opiniones bel-
loꝝ: ne timueritis. Oportet enĩ fieri: ſed nondũ
finis. Exſurget enĩ gens contra gentẽ· et regnũ
ſup regnũ: et erũt terremotus ꝑ loca et fames.
Inicium doloꝝ hec. Videte autẽ voſmetipos.
Tradent enĩ vos ĩ concilijs· et ĩ ſynagogis va-
pulabitis: et ante ꝑſides & reges ſtabitis ꝓpter

me in teſtimoniū illis. Et ī omnes gentes pri-
mū oportet predicari euāgeliū. Et cū duxerint
vos tradētes· nolite p̄cogitare quid loquamini:
ſed quod datū vobis fuerit in illa hora id loqui-
mini. Non enī vos eſtis loquētes: ſed ſpiritus
ſanctus. Tradet autē frater fratrē in mortē· &
pater filiū: et cōſurgēt filij in parētes: et morte
afficiēt eos. Et eritis odio oīībꝫ: ꝓpter nomen
meū. Qui autē ſuſtinuerit in finē: hic ſaluus
erit. Cū aūt videritis abominationē deſolacōis
ſtantē vbi nō debet: qui legit intelligat. Tunc
qui ī iudea ſūt fugiāt ī mōtes: et qui ſuper tectū
ne deſcēdat in domū· nec introeat ut tollat quid
de domo ſua: et q̄ ī agro erit· nō reuertat̄ retro·
tollere veſtimentū ſuū. Ve aūt pregnātibꝫ &
nutrientibꝫ ī illis diebꝫ. Orate vero: ut hyeme
nō fiant. Erunt enī dies illi tribulacōnes tales
quales nō fuerūt ab inicio creature quā cōdidit
deus uſqꝫ nūc: neqꝫ fient. Et niſi breuiaſſet dn̄s
dies: nō fuiſſet ſalua oīs caro. Sed ꝓpter elec-
tos quos elegit breuiauit dies. Et tūc ſi quis vo
bis dixerit ecce hic ē criſtus· ecce illic: ne credide-
ritis. Exſurgēt enī pſeudo criſti et pſeudo ꝓphe-
te: et dabūt ſigna et portenta ad ſeducēdos ſi fi-
eri poteſt etiā electos. Vos ergo videte. Ecce p̄-
dixi vobis oīa. Sed ī illis diebꝫ poſt tribulacōez
illā ſol cōtenebrabit̄: et luna nō dabit ſplendorē
ſuū. Et ſtelle celi erūt decidētes: & virtutes que
ſūt in celis mouebunt̄. Et tūc videbūt filiū hoīs
venientē in nubibꝫ cū virtute multa & gloria.
Et tūc mittet angelos ſuos: et cōgregabit elec-
tos ſuos a quatuor vētis a ſūmo terre uſqꝫ ad ſū-
mū celi. A ficu aūt diſcite parabolā. Cū iam
ramus eius tener fuerit & nata fuerint folia:
cognoſcitis quia ī ꝓximo ſit eſtas. Sic et vos cū
videritis hec fieri: ſcitote quod ī ꝓximo ſit ī oſ-
tijs. Amē dico vobis: qm̄ nō trāſibit generacō
hec· donec oīa iſta fiāt. Celū & terra trāſibūt:
verba autē mea nō tranſibūt. De die autē illo
uel hora nemo ſcit· neqꝫ angeli ī celo neqꝫ filius:
niſi pater. Videte· vigilate· et orate. Neſcitis
enī quādo tempus ſit. Sicut homo qui peregre
ꝓfectus reliquit domū ſuā: et dedit ſeruis ſuis
poteſtatē cuiuſqꝫ opis: et ianitori precepit ut vi-
gilet. Vigilate ergo. Neſcitis enī quando dn̄s
domus veniat: ſero· an media nocte· an galli-
cantu· an mane: ne cū venerit repente· inueni-
at vos dormientes. Quod autem vobis dico
omnibus dico: vigilate. XIIII.

Erat autem paſcha et azima poſt biduū:
et querebant ſummi ſacerdotes & ſcribe
quomō eū dolo tenerēt et occiderēt. Dicebāt enī.
Nō ī die feſto: ne forte tumultus fieret ī ꝓplo.
Et cū eſſet bethanie ī domo ſimonis leproſi &
recūberet: venit mulier habēs alabaſtrū vngēti
nardi ſpicati precioſi: et fracto alabaſtro effudit
ſuper caput eius. Erāt autē quidā indigne ferē-
tes intra ſemetip̄os: et dicētes. Vt quid perditio
iſta vngēti facta ē? Poterat enī vngentū iſtud
venūdari plus q̄ꝫ trecētis denarijs: et dari paupe-
ribus. Et fremebant in eā. Jheſus autē dixit.
Sinite eā. Quid illi moleſti eſtis? Bonum
opus operata eſt in me. Semꝑ enī pauperes ha-
betis vobiſcū: et cū volueritis poteſtis illis bene-
facere: me aūt nō ſemꝑ habetis. Quod habuit
hec fecit: p̄uenit vngere corpus meū in ſepultu-
rā. Amē dico vobis: vbicūqꝫ predicatū fuerit
euangeliū iſtud ī vniuerſo mūdo: et quod fecit
hec narrabit̄ in memoriā eius. Et iudas ſcario-
this vnus de duodecim abijt ad ſūmos ſacdotes:
ut ꝓderet eū illis. Qui audiētes gauiſi ſūt: et
ꝓmiſerūt ei pecuniam ſe daturos. Et querebat
quomodo illū oportune traderet. Et primo die
azimoꝝ quādo paſcha immolabāt: dicūt ei diſ-
cipuli. Quo vis eamus et paremus tibi ut mā-
duces paſcha? Et mittit duos ex diſcipl'is ſuis:
et dicit eis. Ite in ciuitatē: et occurret vobis ho-
mo lagenā aque baiulās. Sequimini eū: et quo
cūqꝫ introierit dicite dn̄o domus: quia magiſter
dicit. Vbi eſt refectio mea: vbi paſcha cū diſci-
pulis meis māducem? Et ipe vobis demōſtra-
bit cenaculū grāde ſtratū: et illic parate nobis.
Et abierūt diſcipuli eius & venerūt ī ciuitatē:
et inuenerūt ſicut dixerat illis: & parauerunt
paſcha. Veſpere autē facto· venit cū duodecim.
Et diſcūbentibꝫ eis et māducantibꝫ ait iheſus.
Amē dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me
qui māducat mecū. At illi ceperunt cōtriſtari
et dicere ſingillatim. Nūquid ego? Qui ait
illis. Vnus ex duodecim: qui intingit mecum
manum ī catino. Et filius quidē hoīs vadit.
ſicut ſcriptū eſt de eo. Ve autē homini illi: per
quē filius hoīs tradet̄. Bonū erat ei: ſi nō eſſet
natus homo ille. Et māducantibꝫ illis· accepit
iheſus panē: et benedicens fregit: et dedit eis &
ait. Sumite: hoc ē corpus meū. Et accepto ca-
lice: gratias agens dedit eis. Et biberunt ex illo
omnes. Et ait illi. Hic eſt ſanguis meus noui

teſtamenti : qui ꝓ multis effundetur. Amen
dico vobis : q̄ iam nō bibam de genimine vitis·
uſq̃ ī diē illū cū illud bibā nouū in regno dei.
Et ẏmno dicto : exierūt in montē oliuarū. Et
ait eis iheſus. Oēs ſcādalizabimini ī nocte iſ:
ta : quia ſcriptū eſt : percutiā paſtorē et diſpgent̄
oues. Sed poſtea q̄ɜ reſurrexero : precedā vos in
galileā. Petrus autē ait illi. Et ſi oēs ſcan:
dalizati fuerint : ſed non ego. Et ait illi iheſus.
Amē dico tibi : quia tu hodie ī nocte hac priuſ:
q̄ɜ gallus bis vocē dederit · ter me es negaturus.
At ille amplius loquebat̄. Et ſi oportuerit me
ſimul cōmori tibi : nō te negabo. Similiter aūt
et oēs dicebāt. Et veniūt in prediū cui nomē
gethſemani : et ait diſcipulis ſuis. Sedete hic do:
nec orem. Et aſſumit petrū et iacobū et iohan:
nē ſecum : et cepit pauere et tedere. Et ait illis.
Triſtis ē anima mea uſq̃ ad mortē. Suſtinete
hic et vigilate. Et cū ꝓceſſiſſet paululū · ꝓcidit
ſuper terrā : et orabat ut ſi fieri poſſet trāſiret ab
eo hora : et dixit. Abba pater : oīa tibi poſſi:
bilia ſūt : transfer calicē hūc a me. Sed nō quod
ego volo : ſed quod tu. Et venit : et inuenit eos
dormientes. Et ait petro. Simon dormis? Nō
potuiſti vna hora vigilare? Vigilate et orate :
ut nō intretis ī temptationē. Spiritus quidem
promptus ē : caro vero infirma. Et iterū abiēs
orauit : eūdē ſermonē dicēs. Et reuerſus denuo :
inuenit eos dormiētes. Erāt enī oculi eoꝝ graua:
ti : et ignorabant quid reſponderēt ei. Et venit
tercio : et ait illis. Dormite iam : et requieſcite.
Sufficit. Venit hora : ecce filius hoīs tradetur in
manus peccatoꝝ. Surgite eamus. Ecce qui me
tradet ꝓpe eſt. Et adhuc eo loquēte · venit iudas
ſcarioth vnus de duodecim : et cū eo turba mlˀta·
cū gladijs et lignis a ſūmis ſacerdotibꝫ et ſcribis
et ſenioribꝫ. Dederat autē traditor eis ſignū di:
cens. Quēcumq̄ɜ oſculatus fuero ipē eſt tenete
eū : et ducite caute. Et cū veniſſet : ſtatim acce:
dens ad eū ait. Rabbi. Et oſculatus ē eū. At
illi manus iniecerūt in iheſum et tenuerūt eū.
Vnus aūt quidā de circūſtantibꝫ educēs gladiū
pcuſſit ſeruū ſummi ſacerdotis : et amputauit
illi auriculā. Et reſpōdens iheſus ait illis. Tā:
q̄ɜ ad latronē exiſtis cū gladijs et lignis compre:
hendere me. Quotidie erā apud vos in templo
docens : et nō me tenuiſtis. Sed ut impleantur
ſcripture. Tūc diſcipuli eius relinquētes eū om
nes fugerūt. Adoleſcēs aūt quidā ſequebat̄ eū

amictus ſindone ſuꝑ nudo : et tenuerunt eum.
At ille reiecta ſindone nudus ꝓfugit ab eis.
Et adduxerūt iheſū ad ſummū ſacerdotē : et con
uenerūt omnes ſacerdotes et ſcribe et ſeniores.
Petrus autē a lōge ſecutus eſt eū uſq̃ intro in
atriū ſummi ſacerdotis : et ſedebat cū miniſtris
ad ignē : et calefaciebat ſe. Sūmi vero ſacerdo:
tes et oē conciliū querebāt aduerſus iheſū teſti:
moniū · ut eū morti traderēt : nec inueniebāt.
Multi autē teſtimoniū falſū dicebāt aduerſus
eū : et cōuenientia teſtimonia nō erāt. Et quidā
ſurgētes : falſum teſtimoniū ferebant aduerſus
eū dicentes. Quoniam nos audiuimus eum
dicentē. Ego diſſoluā templū hoc manufactū :
et poſt triduū aliud nō manufactū edificabo.
Et nō erat cōueniēs teſtimoniū illoꝝ. Exurgēs
autē ſūmus ſacerdos ī mediū īterrogauit iheſū
dicēs. Nō reſpōdes quicq̄ɜ ad ea que tibi obiciū
tur ab hijs? Ille aūt tacebat : et nichil reſpōdit.
Rurſū ſummus ſacerdos interrogabat eū : et
dixit ei. Tu es criſtus filius dei benedicti. Ihe:
ſus aūt dixit illi. Ego ſū. Et videbitis filiū hoīs
ſedentē a dextris virtutis dei : et venientē cū nu:
bibꝫ celi. Sūmus aūt ſacerdos ſcindēs veſtimēta
ſua ait. Quid adhuc deſideramus teſtes? Au
diſtis blaſphemiam. Quid vobis videt̄? Qui
oēs cōdempnauerūt eū eſſe reū mortis. Et ce:
perūt quidā cōſpuere eū et velare faciē eius : et
colaphis eū cedere et dicere ei : ꝓphetiza. Et mi:
niſtri alapis eū cedebāt. Et cū eſſet petrus ī atrio
deorſū · venit vna ex ancillis ſūmi ſacerdotis : et
cū vidiſſet petrū calefacientē ſe : aſpiciēs illū ait.
Et tu cū iheſu nazareno eras. At ille negauit
dicēs Neq̄ɜ ſcio : neq̄ɜ noui quid dicas. Et exijt
foras ante atriū : et gallus cantauit. Rurſus
aūt cū vidiſſet illū ancilla cepit dicere circūſtan:
tibꝫ : quia hic ex illis eſt At ille iterū negauit.
Et poſt puſillū rurſus qui aſtabāt dicebāt pe:
tro. Vere ex illis es : nā et galileus es. Ille aūt
cepit anathematizare et iurare : quia neſcio ho:
minē iſtū quē dicitis. Et ſtatim gallus iteꝝ cā:
tauit. Et recordatus ē petrus verbi quod dixerat
ei iheſus : priuſq̄ɜ gallus cantet bis · ter me ne:
gabis. Et cepit flere. XV.

Et cōfeſtim mane conſiliū faciētes ſummi
ſacerdotes cū ſenioribꝫ et ſcribis et vniūſo
cōcilio : vincientes iheſū duxerūt et tradiderūt pi:
lato. Et interrogauit eum pilatus. Tu es rex
iudeoꝝ? At ille reſpondens ait illi. Tu dicis.

Et accuſabant eū

Et accuſabāt eum ſummi ſacerdotes in multis. Pilatus autē rurſum interrogauit eū dicēs. Nō reſpōdes quicq̄z? Vide ī quātis te accuſāt. Iheſus autē amplius nichil reſpōdit: ita ut miraret̄ pilatus. Per diē autē feſtū ſolebat dimittere illis vnū ex vinctis quēcunq̄z petiſſent. Erat autē qui dicebat̄ barrabas· qui cū ſeditioſis erat vinctus qui ī ſedicōne fecerat homicidiū. Et cū aſcēdiſſet turba: cepit rogare ſicut ſemꝑ faciebat illis. Pilatus aūt reſpōdit eis et dixit. Vultis dimittā vobis regē iudeoꝝ? Sciebat enī q̄ ꝑ inuidiā tradidiſſēt eū ſūmi ſacerdotes. Pontifices autē cōcitauerūt turbā: ut magis barraban dimitteret eis. Pilatus autē iteꝝ reſpōdens ait illis. Quid ergo vultis faciā regi iudeoꝝ. At illi iterū clamauerūt. Crucifige eū. Pilatus vero dicebat illis. Quid enī mali fecit? At illi magis clamabāt: crucifige eū. Pilatus autē volēs ꝓplo ſatiſfacere dimiſit illis barraban: et tradidit iheſū flagellis ceſū ut crucifigeret̄. Milites autē duxerūt eū ī atriū pretorij et cōuocant totā cohortē: et induūt eū purpura· et imponūt ei plectentes ſpineā coronā: et ceperūt ſalutare eū. Aue rex iudeoꝝ. Et percutiebāt caput eius arūdine: et cōſpuebāt eū: et ponētes genua adorabāt eum. Et poſtq̄z illuſerūt ei exuerūt illū purpura: et induerūt eū veſtimētis ſuis: et educūt illū ut crucifigerēt eū. Et angariauerūt p̄tereuntē quempiā ſimonē cyreneū veniētem de villa· patrē alexādri et rufi: ut tolleret crucem eius. Et ꝑducūt illū in golgatha locū: quod eſt interpretatū caluarie locus. Et dabāt ei bibere mirratū vinū: et nō accepit. Et crucifigētes eū diuiſerūt veſtimēta eius: mittētes ſortē ſuper eis quis quid tolleret. Erat autē hora tercia: et crucifixerūt eū. Et erat titulus cauſe eius inſcriptus: rex iudeoꝝ. Et cū eo crucifigūt duos latrones: vnū a dextris et aliū a ſiniſtris eius. Et impleta ē ſcriptura q̄ dicit. Et cū iniquis reputatus ē. Et p̄tereūtes blaſphemabāt eū: mouētes capita ſua et dicētes. Vah qui deſtruis templū dei: et in trib; dieb; reedificas. Saluū fac temet ipm̄ deſcēdens de cruce. Similiter et ſūmi ſacerdotes illudētes ad alterutrum cū ſcribis dicebāt. Alios ſaluos fecit: ſeipm̄ nō poteſt ſaluū facere. Criſtus rex iſrl' deſcēdat nūc de cruce: ut videamus et credamus. Et qui cū eo crucifixi erāt cōuiciabant̄ ei. Et facta hora ſexta: tenebre facte ſūt per totā terrā uſq̄z in horā nonā. Et hora nona exclamauit iheſus voce magna dicens. Heloy· heloy lemaſabactani. Quod ē interp̄tatū. Deus meus· deus meus: ut quid dereliquiſti me? Et quidā de circūſtantib; audiētes dicebāt. Ecce heliā vocat. Currēs autē vnus et implēs ſpongiā aceto· circūponenſq̄z calamo: potū dabat ei dicēs. Sinite: videamus ſi veniat helias ad deponēdum eū. Iheſus autē emiſſa voce magna expirauit. Et velū templi ſciſſum ē in duo: a ſūmo uſq̄z deorſū. Videns aūt cēturio qui ex aduerſo ſtabat· quia ſic clamans expiraſſet: ait. Vere homo hic filius dei erat. Erāt autē et mulieres de lōge aſpiciētes: inter quas erat maria magdalene· et maria iacobi minoris· et ioſeph mater· et ſalome: et cū eſſet ī galilea ſequebant̄ eū et miniſtrabāt ei· et alie mlt̄e que ſimul cū eo aſcenderāt iheroſolimā. Et cū iā ſero eſſet factum· quia erat paraſceue quod eſt ante ſabbatū· venit ioſeph ab arimathia nobilis decurio: qui et ipē erat expectās regnū dei. Et audacter introiuit ad pilatū: et petijt corpus iheſu. Pilatus autē mirabat̄ ſi iā obiſſet. Et acceſſito centurione: interrogauit eū ſi iā mortuus eſſet. Et cū cognouiſſet a cēturione: donauit corpus ioſeph. Ioſeph autē mercatus ſindonē· et deponens eū inuoluit ſindone: et poſuit eū in monumento quod erat excīſū de petra: et aduoluit lapidē ad oſtiū monumēti. Maria magdalene et maria ioſeph aſpiciebāt vbi poneretur.

XVI C

Et cū trāſiſſet ſabbatū: maria magdalene et maria iacobi et ſalome emerūt aromata: ut veniētes vngerent iheſū. Et valde mane vna ſabbatoꝝ· veniūt ad monumētū: orto iā ſole. Et dicebāt ad inuicē. Quis reuoluet nobis lapidē ab oſtio monumēti? Et reſpiciētes viderūt reuolutū lapidē. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentū viderūt iuuenē ſedentē in dextris coopertū: ſtola cādida: et obſtupuerūt. Qui dicit illis. Nolite expaueſcere. Iheſū queritis nazarenū· crucifixū: ſurrexit: non eſt hic. Ecce locus: vbi poſuerūt eū. Sed ite dicite diſcipulis eius et petro: quia p̄cedet vos ī galileā. Ibi eū videbitis: ſicut dixit vobis. At ille exeūtes fugerūt de monumēto. Inuaſerat enī eas tremor et pauor: et nemini quicq̄z dixerūt. Timebāt enī. Surgens autē iheſus mane prima ſabbati apparuit primo marie magdalene: de qua eiecerat ſeptem demonia. Illa vadēs nūciauit hijs·

qui cū eo fuerant lugentibꝫ et flentibꝫ: et illi au
diētes quia viueret et viſus eſſet ab ea: nō credi:
derūt. Poſt hec aūt duobꝫ ex hijs ambulātibꝫ
oſtēſus ē in alia effigie eūtibꝫ ī villā: et illi eūtes
nūciauerūt ceteris: nec illis crediderūt. Nouiſ
ſima autē recūbentibꝫ illis vndecim apparuit: et
exprobrauit incredulitatē eoꝝ et duriciā cordis:
quia hijs qui viderāt eū reſurrexiſſe nō credide:
rūt. Et dixit eis. Eūtes ī mundū vniuerſū: p̄:
dicate euangeliū omī creature. Qui crediderit
et baptizatus fuerit· ſaluus erit: qui vero nō cre:
diderit· cōdempnabit̄. Signa autē eos qui credi:
derint hec ſequent̄. In noīe meo demonia eici:
ent: linguis loquent̄ nouis: ſerpētes tollēt. Et ſi
mortiferū quid biberint: nō eis nocebit. Super
egros manus imponēt: et bene habebūt. Et dn̄s
quidē iheſus poſtq̄ꝫ locutus ē eis· aſſumptus ē in
celū: et ſedet a dextris dei. Illi aūt ꝓfecti p̄dica:
uerūt vbiqꝫ: dn̄o cooperāte et ſermonē cōfirmā:
te: ſequentibus ſignis.

Incipit prologus in euangelium beati luce.

Lvcas ſirus· natione anthiocēſis·
arte medicus· diſciplus appoſtolo:
rum· poſtea paulū ſecutus uſqꝫ ad
confeſſionē eius ſeruiens dn̄o ſine
crimine: nā neqꝫ vxorē vnq̄ꝫ habuit neqꝫ filios:
ſeptuaginta et quatuor annoꝝ obijt ī bithinia·
plenus ſpiritu ſācto. Qui cū iam ſcripta eſſēt
euāgelia· p̄ matheū quidē in iudea· p̄ marcum
autē in italia: ſācto inſtigante ſpiritu in achaie
partibꝫ hoc ſcripſit euāgeliū: ſignificās etiā ipſe
ī pricipio ante ſuū alia eſſe deſcripta. Cui extra
ea q̄ ordo euāgelice diſpoſicōis expoſcat· ea maxi
me neceſſitas laboris fuit: ut primū grecis fide:
libꝫ omī ꝓphetatione venturi ī carnē dei criſti ma
nifeſtata humanitate ne iudaicis fabulis attē:
ti: ī ſolo legis deſiderio tenerent̄: uel ne hereticis
fabulis et ſtultis ſolicitacōibꝫ ſeducti excidērēt a
veritate elaborarēt: dehinc· ut ī principio euāge
lij iohānis natiuitate p̄ſumpta· cui euāgelium
ſcriberet et ī quo electus ſcriberet indicaret: cōteſ:
tans ī ſe cōpleta eſſe· que eſſēt ab alijs inchoata.
Cui ideo poſt baptiſmū filij dei a ꝑfeccōne gene
racōis in criſto implete· repetēde a principio na:
tiuitatis humane poteſtas ꝑmiſſa ē: ut requirē
tibꝫ demōſtraret ī quo apprehēdēs erat ꝑ nathan
filiū dauid introitu recurrētis in deū generacōis
admiſſo· indiſparabilis dei p̄dicās in hoībꝫ criſtū
ſuū· ꝑfecti opus hoīs redire ī ſe per filiū faceret:
qui ꝑ dauid patrem venientibꝫ iter prebebat in
criſto. Cui luce nō immerito etiā ſcribendoꝝ ac:
tuū apoſtoloꝝ poteſtas in miniſterio dat̄: ut deo
in deū pleno et filio ꝑdicōis extincto· oracōne ab
apoſtolis facta· ſorte dn̄i eleccōis numerus com:
pleret̄: ſicqꝫ paulus conſūmacōnem apoſtolicis
actibꝫ daret· quē diu cōtra ſtimulū recalcitrantē
dn̄s elegiſſet. Quod et legētibꝫ ac requirētibus
deū· et ſi ꝑ ſingula expediri a nobis vtile fuerat:
ſciēs tamē q̄ operātem agricolā oporteat de ſuis
fructibꝫ edere· vitauimus publicā curioſitatē:
ne nō tam volētibꝫ deū demōſtrare videremur·
quā faſtidiētibꝫ ꝓdidiſſe.

Incipit alius prologus ſuper lucam

Qvoniā quidē multi conati
ſūt ordinare narracōnes que
in nobis complete ſūt reꝝ·
ſicut tradiderunt nobis qui
ab inicio ipſi viderūt· et mi:
niſtri fuerūt ſermonis: vi:
ſum ē et michi aſſecuto omīa a pricipio diligē:
ter ex ordīe tibi ſcribere optime theophile: ut cog
noſcas eoꝝ verboꝝ de quibꝫ eruditus es veritatē.

Fvit in diebꝫ herodis re: **Primum luce**
gis iudee ſacerdos quidā nomine
zacharias de vice abia· Et vxor illi
de filiabus aaron: et nomen eius
elizabeth. Erāt autem iuſti ambo
ante deū: incedētes in omībꝫ mādatis et iuſtifi:
cacōnibꝫ dn̄i ſine querela. Et nō erat illis filius·
eo q̄ eſſet elizabeth ſterilis: et ambo ꝓceſſiſſent in
diebꝫ ſuis. Factū eſt autē cū ſacerdotio fūgeret̄
zacharias in ordine vicis ſue ante deū: ſecundū
cōſuetudinē ſacerdotij ſorte exijt ut incenſū po:
neret ingreſſus ī templū dn̄i. Et omīs multitu:
do p̄pli erat orās foris hora incēſi. Apparuit au:
tē illi angelus dn̄i: ſtās a dextris altaris incēſi.
Et zacharias turbatus ē vidēs: et timor irruit ſu
per eū. Ait autē ad illū angelus. Ne timeas
zacharia: quā exaudita ē deprecacō tua. Et vxor
tua elizabeth pariet tibi filiū· et vocabis nomen
eius iohannē: et erit gaudiū tibi et exultatio: et
multi ī natiuitate eius gaudebūt. Erit enī mag:
nus corā dn̄o: et vinū et ſicerā nō bibet. Et ſpi:
ritu ſācto replebit̄ adhuc ex vtero matris ſue: et
multos filioꝝ iſrl' cōuertet ad dn̄m deū ipſoꝝ. Et
ipſe precedet ante ipm ī ſpiritu et virtute helie:
ut cōuertat corda patrū in filios· et incredibiles
ad prudentiā iuſtoꝝ: parare dn̄o plebē perfectā.

Et dixit zacharias ad angelum. Vnde hoc ſciā?
Ego enī ſū ſenex: et vxor mea ꝓceſſit in diebus
ſuis. Et reſpondens angelus dixit ei. Ego ſum
gabriel qui aſto ante deū: et miſſus ſū loqui ad
te: et hec tibi euāgelizare. Et ecce eris tacēs et nō
potens loqui uſqꝫ in diē quo hec fiāt: ꝓ eo ꝙ nō
credidiſti verbis meis · que implebunt̄ in tēpore
ſuo. Et erat plebs expectās zachariā: et mirabāt̄
ꝙ tardaret ipſe ī tēplo. Egreſſus autē nō poterat
loqui ad illos. Et cognouerūt ꝙ viſionē vidiſſet
in templo. Et ipſe erat innuēs illis: et ꝑmanſit
mutus. Et factū eſt ut impleti ſunt dies officij
eius: abijt ī domū ſuā. Poſt hos autē dies cō:
cepit elizabeth vxor eius: et occultabat ſe mēſibꝫ
quinqꝫ dicēs. Quia ſic fecit michi dn̄s · ī diebꝫ
quibꝫ reſpexit auferre obprobriū meū inter ho:
mines. In menſe aūt ſexto miſſus eſt angelus
gabriel a deo in ciuitatē galilee cui nomē naza:
reth · ad virginē deſponſatā viro cui nomen erat
ioſeph · de domo dauid: et nomen virginis ma:
ria. Et ingreſſus āgelus ad eā dixit. Aue gra:
tia plena: dn̄s tecū: benedicta tu in mulieribꝫ.
Que cū audiſſet · turbata ē in ſermone eius: et
cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait an:
gelus ei. Ne timeas maria: inueniſti enī gra:
tiā apud deū. Ecce cōcipies ī vtero et paries fili:
um: et vocabis nomē eius iheſū. Hic erit mag:
nus: et filius altiſſimi vocabit̄. Et dabit illi dn̄s
deus ſedē dauid patris eius: et regnabit ī domo
iacob ī eternū: et regni eius nō erit finis. Dixit
autē maria ad angelū. Quomō fiet iſtud: qm̄
virū non cognoſco? Et reſpōdens angelus dixit
ei. Spiritus ſāctus ſuꝑueniet ī te: et virtus al:
tiſſimi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ et quod naſcet̄
ex te ſanctū: vocabit̄ filius dei. Et ecce elizabeth
cognata tua: et ipſa cōcepit filiū ī ſenectute ſua.
Et hic menſis ē ſextus illi que vocatur ſterilis:
Quia nō erit impoſſibile apud deū omne ver:
bū. Dixit autē maria. Ecce ancilla dn̄i: fiat
michi ſcdm verbū tuū. Et diſceſſit ab illa an:
gelus. Exſurgēs autē maria ī diebꝫ illis abijt ī
mōtana cū feſtinacōne ī ciuitatē iuda: et intra:
uit domum zacharie: et ſalutauit elizabeth. Et
factū eſt ut audiuit ſalutatiōnē marie elizabeth
exultauit infans ī vtero eius. Et repleta ē ſpiri:
tu ſācto elizabeth: et exclamauit voce magna et
dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedic:
tus fructus ventris tui. Et vnde hoc michi: ut
veniat mater dn̄i mei ad me? Ecce enī ut facta
eſt vox ſalutationis tue in auribꝫ meis: exulta:
uit ī gaudio infans ī vtero meo. Et beata que
credidit: qm̄ ꝑficiētur ea que dicta ſūt ei a dn̄o.
Et ait maria. Magnificat aīa mea dn̄m: &
exultauit ſpiritus meus ī deo ſalutari meo: qꝛ
reſpexit humilitatem ancille ſue. Ecce enī ex hoc
beatā me dicent omnes generacōnes: quia fecit
michi magna: qui potēs ē: et ſāctū nomē eius.
Et miſericordia eius ī ꝓgenie et ꝓgenies: timē:
tibꝫ eū. Fecit potentiā in brachio ſuo: diſperſit
ſuꝑbos mēte cordis ſue. Depoſuit potētes de ſe:
de: et exaltauit humiles. Eſuriētes impleuit bo:
nis: et diuites dimiſit inanes. Suſcepit iſrahel
puerū ſuū memorari miſericordie ſue: ſicut locu
tus ē ad pr̄es nr̄os · abrahā et ſemini eius ī ſecl'a
Mānſit autē maria cū illa q̄ſi menſibꝫ tribꝫ: et
reuerſa ē in domū ſuā. Elizabeth autē impletū
eſt tēpus pariēdi: et peꝑit filiū. Et audierūt vi:
cini et cognati eius · quia magnificauit dn̄s mi
ſericordiā ſuam cū illa: et cōgratulabant̄ ei. Et
factū eſt ī die octaua venerūt circūcidere pueꝝ:
et vocabāt eū noīe patris ſui zachariā. Et reſpō:
dens mater eius dixit. Nequaq̄ꝫ: ſed vocabitur
iohānes. Et dixerūt ad illā. Quia nemo ē in
cognacōne tua · qui vocet̄ hoc noīe. Innuebāt
autē patri eius: quē vellet vocari eū. Et poſtu:
lās pugillarē ſcripſit dicēs: iohannes eſt nomē
eius. Et mirati ſunt vniuerſi. Apertū eſt autē
ilico os eius et lingua eius: et loquebat̄ benedi:
cēs deū. Et factus ē timor ſuꝑ oēs vicinos eoꝝ:
et ſuꝑ oīa mōtana iudee · diuulgabant̄ oīa
verba hec: et poſuerūt oēs qui audierāt ī corde
ſuo dicētes. Quiſputas puer iſte erit? Etenim
manus dn̄i erat cū illo. Et zacharias pater eius
repletus ē ſpiritu ſācto: et ꝓphetauit dicēs. Be:
nedictus dn̄s deus iſrl': quia viſitauit et fecit re:
demptionem plebis ſue. Et erexit cornu ſalutis
nobis ī domo dauid pueri ſui: ſicut locutus eſt ꝑ
os ſāctoꝝ · qui a ſecl'o ſūt ꝓphetaꝝ eius: ſalutē ex
inimicis nr̄is · et de manu oīm qui oderūt nos:
ad faciendā miſericordiā cū patribꝫ noſtris · &
memorari teſtamēti ſui ſācti: iuſiurandū quod
iurauit ad abrahā patrē noſtrū · daturū ſe no:
bis: ut ſine timore de manu inimicoꝝ noſtrorū
liberati · ſeruiamus illi: ī ſāctitate et iuſticia co:
rā ipſo · oīibꝫ diebꝫ nr̄is. Et tu puer ꝓpheta al:
tiſſimi vocaberis. Preibis enī faciē dn̄i parare
vias eius: ad dandā ſcientiā ſalutis plebi eius ·
ī remiſſionē pccōꝝ eoꝝ: per viſcera miſericordie

dei noſtri · in quibꝫ viſitauit nos oriens ex alto:
illuminare hijs qui ī tenebris et ī umbra mortis
ſedēt: ad dirigēdos pedes noſtros ī viam pacis.
Puer aūt creſcebat et cōfortabat̄ ſpiritu: et erat
ī deſertis uſqꝫ ī diē oſtēſionis ſue ad iſrl̄. ·II·

Factū eſt autē in diebꝫ illis · exijt edictū a
ceſare auguſto: ut deſcriberet̄ vniuerſus
orbis. Hec deſcriptio prima facta ē a pſide ſyrie
cyrino. Et ibāt oēs ut pfiterent̄: ſinguli ī ſuā ciui-
tatē. Aſcēdit aūt et ioſeph a galilea de ciuitate
nazareth ī iudeā ciuitatē dauid que vocat̄ bethle-
em · eo ꝙ eſſet de domo et familia dauid: ut pfi-
terer̄ cū maria deſpouſata ſibi vxore pregnāte.
Factū eſt autē cū eſſēt ibi: impleti ſūt dies ut
pareret. Et pepit filiū ſuū pmogenitū: et pānis
eū inuoluit · et reclinauit eū in pſepio: quia nō
erat ei locus ī diuerſorio. Et paſtores erāt ī regi-
one eadē vigilātes: et cuſtodiētes vigilias noctis
ſuper gregē ſuū. Et ecce angelus dn̄i ſtetit iuxta
illos: et claritas dei circūfulſit illos: et timuerūt
timore magno. Et dixit illis angelus. Nolite
timere. Ecce enī euāgelizo vobis gaudiū mag-
nū quod erit omī pplo: quia natus ē vobis ho-
die ſaluator qui ē criſtus dn̄s · ī ciuitate dauid.
Et hoc vobis ſignū. Inuenietis infantē pānis
inuolutū: et poſitū in pſepio. Et ſubito facta
eſt cū angelo multitudo militie celeſtis: laudāti-
um deū et dicentiū. Gloria ī altiſſimis deo: et ī
terra pax hoībꝫ bone volūtatis. Et factū eſt ut
diſceſſerūt ab eis angeli ī celū: paſtores loquebā-
tur adinuicē. Trāſeamus uſqꝫ bethleem: et vi-
deamus hoc verbū quod factū eſt quod fecit dn̄s
et oſtēdit nobis. Et venerūt feſtināntes: et inue-
nerūt mariā et ioſeph · et infantē poſitū in pſe-
pio. Videntes autē cognouerūt de verbo: quod
dictū erat illis de puero hoc. Et omēs qui audi-
erāt mirati ſūt: et de hijs que dicta erāt a paſto-
ribꝫ ad ipſos. Maria autē cōſeruabat omia ver-
ba hec: cōferēs in corde ſuo. Et reuerſi ſūt paſto-
res glorificātes et laudātes deū in omībꝫ que au-
dierāt et viderāt: ſicut dictū ē ad illos. Et poſtqꝫ
conſūmati ſūt dies octo · ut circūciderer̄ puer: vo-
catū eſt nomē eius iheſus. Quod vocatū eſt ab
angelo priuſqꝫ in vtero cōciperet̄. Et poſtqꝫ im-
pleti ſūt dies purgacōis eius ſcd̄m legem moyſi
tulerūt illū ī iheruſalē: ut ſiſterēt eū dn̄o: ſicut
ſcriptū eſt ī lege dn̄i. Quia omē maſculinū ad-
aperiēs vuluā · ſanctū dn̄o vocabit̄. Et ut darēt
hoſtiam ſecundum ꝙ dictū eſt in lege domini:
par turturum aut duos pullos columbaꝝ. Et
ecce homo erat in ihrl̄m cui nomē ſymeon. Et
homo iſte iuſtus et timoratus expectās cōſolatio-
nē iſrl̄: et ſpiritus ſāctus erat ī eo. Et reſponſū
acceperat a ſpiritu ſācto · nō viſurū ſe mortē: niſi
prius videret criſtū dn̄i. Et venit ī ſpiritu in tē-
plū. Et cū inducerēt pueꝝ iheſū parētes eius ·
ut facerēt ſcd̄m cōſuetudinē legis ꝓ eo: et ipſe ac-
cepit eū in vlnas ſuas: et benedixit deū et dixit.
Nunc dimittis ſeruū tuū dn̄e ſcd̄m verbū tuū
ī pace: quia viderūt ocl̄i mei ſalutare tuū: quod
paraſti ante faciē omi ppl̄oꝝ: lumē ad reuelati-
onē gentiū: et gloriā plebis tue iſrl̄. Et erat pa-
ter eius et mater mirātes ſuper hijs que dicebā-
tur de illo. Et benedixit illis ſymeon: et dixit
ad mariā matrē eius. Ecce poſitus ē hic ī rui-
nā · et ī reſurrexionē mltoꝝ ī iſrl̄: et ī ſignū cui
cōtradicet̄. Et tuā ipſius animā ptrāſibit gladi-
us: ut reuelent̄ ex multis cordibꝫ cogitacōnes.
Et erat āna pphetiſſa filia fanuel de tribu aſer:
hec pceſſerat ī diebꝫ mltis: et vixerat cū viro ſuo
annis ſeptē a virginitate ſua. Et hec vidua uſqꝫ
ad annos octoginta quatuor: que nō diſcedebat
de tēplo · ieiunijs et obſecracōibꝫ ſeruiēs nocte ac
die. Et hec ipſa hora ſuperueniēs cōfitebat̄ dn̄o: et
loquebat̄ de ipſo · omībꝫ qui expectabāt redempti-
onē ihrl̄m. Et ut pfecerūt omia ſcd̄m legē dn̄i:
reuerſi ſūt in galileā · in ciuitatē ſuā nazareth.
Puer autē creſcebat et confortabat̄ · plenus ſa-
piētia: et gratia dei erat in illo. Et ibāt parētes
eius pomēs ānos ī ihrl̄m ī die ſolenni paſche.
Et cū factus eſſet annoꝝ duodecim · aſcēdentibꝫ
illis in iheroſolimā ſcd̄m cōſuetudinē diei feſti ·
conſūmatiſqꝫ diebꝫ cū redirēt · remāſit puer ihe-
ſus in iheruſalē: et nō cognouerūt parētes eius.
Exiſtimātes autē illū eſſe ī comitatu: venerūt
iter diei: et requirebāt eū inter cognatos et no-
tos. Et nō inuenientes regreſſi ſūt in iheruſalē:
requirētes eū. Et factū eſt poſt triduū · inuene-
rūt eū in tēplo ſedentē in medio doctoꝝ: audiē-
tē illos · et interrogantē eos. Stupebāt aūt omēs
qui eū audiebāt · ſuꝑ prudentia et reſpōſis eius.
Et videntes admirati ſūt. Et dixit mater eius
ad illū. Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce pater
tuus et ego · dolētes querebamus te. Et ait ad il-
los. Quid ē ꝙ me querebatis? Neſciebatis qa
in hijs que patris mei ſunt oportet me eſſe? Et
ipſi nō intellexerūt verbū quod locutus ē ad eos.
Et deſcendit cum eis: et venit nazareth: et erat

ſubditus illis. Et mater eius cõſeruabat omnia
ṽba hec ĩ corde ſuo. Et ihesus ꝓficiebat ſapiẽtia
et etate et gratia apud deũ et homines. ·III·

Anno autẽ quĩtodecimo imperij tyberij ce
ſaris · ꝓcurante poncio pilato iudeã : te:
trarcha autẽ galilee herode ; philippo autẽ fratre
eius tetrarcha iturree et traconitidis regionis : et
lyſania abiline tetrarcha · ſub pricipib; ſacerdo:
tũ anna et caypha : factũ ē verbũ dñi ſup iohãnē
zacharie filiũ in deſerto. Et venit ĩ omnē regio:
nē iordanis predicãs baptiſmũ penitẽtie ĩ remiſ
ſionē peccatoꝝ : ſicut ſcriptũ eſt ĩ libro ſermonũ
yſaie ꝓphete. Vox clamãtis ĩ deſerto parate viã
dñi : rectas facite ſemitas eius. Omis vallis im
plebit̃ : et omĩs mons et collis humiliabit̃. Et
erũt praua ĩ directa et aſpera ĩ vias planas : et
videbit omĩs caro ſalutare dei. Dicebat ergo ad
turbas que exiebãt ut baptizarent̃ ab ipo. Geni:
mina viperaꝝ : quis oſtẽdit vobis fugere a vẽtu
ra ira? Facite ergo fructus dignos penitẽtie :
et ne ceperitis dicere patrē habemus abrahã. Di:
co enĩ vobis : qa potẽs ē deus de lapidib; iſtis ſuſ:
citare filios abrahe. Iam enĩ ſecuris ad radicē
arboris poſita ē. Omĩs ergo arbor nõ faciēs fruc
tũ bonũ excidet̃ : et ĩ ignē mittet̃. Et interroga:
bant eum turbe dicẽtes. Quid ergo faciemus?
Reſpõdens autē dicebat illis. Qui habet duas
tunicas det nõ habẽti : et qui habet eſcas ſimiliter
faciat. Venerũt aũt et publicani ut baptizarē:
tur : et dixerũt ad illum. Magiſter · quid facie:
mus? At ille dixit ad illos. Nichil amplius
ꝗ quod cõſtitutũ eſt vobis faciatis. Interroga:
bãt aũt eũ et milites dicẽtes. Quid faciemus et
nos? Et ait illis. Neminē cõcutiatis neqꝫ calũ:
niam faciatis : et contẽti eſtote ſtipẽdijs veſtris.
Exiſtimãte aũt ꝓplo et cogitãtib; omĩb; ĩ cordib;
ſuis de iohãne · ne forte ipe eſſet criſtus : reſpõdit
iohannes dicẽs omĩb;. Ego quidē aqua baptizo
vos : veniet autē fortior · cuius nõ ſũ dignus ſol:
uere corrigiã calciamẽtoꝝ eius : ipe vos baptiza:
bit ĩ ſpiritu ſãcto et igni. Cuius vẽtilabrũ in
manu eius : et purgabit areã ſuã · et cõgregabit
triticũ in horreũ ſuũ : paleas autē cõburet igni
inextinguibili. Multa quidē et alia exhortans
euãgelizabat ꝓplo. Herodes autē tetrarcha cũ cor
riperet̃ ab illo de herodiade vxore fratris ſui · et de
omĩb; malis que fecit herodes : adiecit et hoc ſuper
omĩa : et incluſit iohannē in carcerē. Factũ eſt
autem cum baptizaret̃ omnis populus · et ihesu
baptizato et orante apertum eſt celum : et deſcen:
dit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut colũba
ĩ ipm : et vox de celo facta ē. Tu es filius meus
dilectus : in te complacuit michi. Et ipe ihesus
erat incipiens qͣſi annoꝝ triginta ut putabat̃ fi:
lius ioſeph · qui fuit hely · qui fuit mathath · qui
fuit leui · qui fuit melchi · qui fuit iãne · qui fuit
ioſeph · qui fuit mathathie · qui fuit amos · qui
fuit naum · qui fuit heſli · qui fuit nagge · qui
fuit maath · qui fuit mathathie · qui fuit ſemei ·
qui fuit ioſeph · qui fuit iuda · qui fuit iohãna ·
qui fuit reſa · qui fuit zorobabel · qui fuit ſalathi:
el · qui fuit neri · qui fuit melchi · qui fuit addi ·
qui fuit coſan · qui fuit helmadã · qui fuit her ·
qui fuit iheſu · qui fuit heliezer · qui fuit iorim ·
qui fuit ma thath · qui fuit leui · q̃ fuit ſymeon ·
qui fuit iuda · qui fuit ioſeph · q̃ fuit iona · qui
fuit heliachim · qui fuit melcha · q̃ fuit menna ·
qui fuit mathata · qui fuit nathan · qui fuit da:
uid · qui fuit ieſſe · qui fuit obeth · qui fuit booz ·
qui fuit ſalmõ · qui fuit naaſon · qui fuit ami:
nadab · qui fuit aran · qui fuit eſrõ · qui fuit pha
res · qui fuit iude · qui fuit iacob · qui fuit yſaac ·
qui fuit abrahe · qui fuit thare · qui fuit nachor ·
qui fuit ſeruth · q̃ fuit ragau · qui fuit phalech ·
qui fuit heber · qui fuit ſale · qui fuit chaynan ·
qui fuit arphaxat · qui fuit ſem · qui fuit noe ·
qui fuit lamech · qui fuit mathuſale · qui fuit
enoch · qui fuit iareth · qui fuit malaleel · qui fu:
it chaynan · qui fuit enos · qui fuit ſeth · qui fu:
it adam · qui fuit dei. ·IIII·

Ihesus autē plenus ſpiritu ſãcto regreſſus ē a ior:
dane : et agebat̃ ĩ ſpiritu ĩ deſerto dieb; quadra:
ginta : et tẽptabat̃ a dyabolo. Et nichil mãdu:
cauit ĩ dieb; illis : et conſummatis illis eſuriit.
Dixit autē illi dyabolus. Si filius dei es? Dic
lapidi huic ut panis fiat. Et reſpõdit ad illum
ihesus. Scriptũ eſt · quia non in pane ſolo viuit
homo : ſed ĩ omĩ verbo dei. Et duxit illũ dyabo:
lus : et oſtẽdit illi omĩa regna orbis terre ĩ mo:
mento temporis : et ait illi. Tibi dabo poteſtatē
hanc vniuerſã · et gloriã illoꝝ : quia michi tradi:
ta ſũt · et cui volo do illa. Tu ergo ſi adorãs ſi ad:
oraueris corã me? Erũt tua omĩa. Et reſpõdens
ihesus dixit illi. Scriptũ eſt. Dñm deũ tuũ ad:
orabis : et illi ſoli ſeruies. Et duxit illũ ĩ ihrlm ·
et ſtatuit eũ ſuper pinnã templi : et dixit illi.
Si filius dei es? Mitte te hinc deorſũ. Scriptum
eſt enĩ · ꝙ angelis ſuis mãdauit de te : ut cõſeruēt

te: et quia ĩ manib⁹ tollent te · ne forte offendas
ad lapidē pedē tuū. Et reſpōdens iheſus ait illi.
Dictū eſt. Nō temptabis dn̄m deū tuū. Et cō
ſūmata om̄i tēptatione: dyabolus receſſit ab illo
uſq; ad tēpus. Et regreſſus ē iheſus ĩ virtute ſpi
ritus ĩ galileā: et fama exijt p vniuerſā regionē
de illo. Et ipſe docebat ĩ ſynagogis eoꝝ: et mag:
nificabatur ab oīb⁹. Et venit nazareth vbi erat
nutritus: et intrauit ſc̄dm cōſuetudinē ſuā die
ſabbati ĩ ſynagogā: et ſurrexit legere. Et tradi:
tus eſt illi liber yſaye ꝓphete. Et ut reuoluit li:
brū: inuenit locū vbi ſcriptū erat. Spiritus dn̄i
ſup me ꝓpter quod vnxit me euāgelizare paupe:
rib⁹ miſit me: ſanare cōtritos corde · p̄dicare cap
tiuis remiſſionē · et cecis viſū: dimittere cōfrac:
tos ĩ remiſſionē: p̄dicare annū dn̄i acceptū: et
diē retributionis. Et cū plicuiſſet librū: reddi:
dit miniſtro et ſedit. Et oīm in ſynagoga oculi
erāt intēdentes in eū. Cepit autē dicere ad eos:
quia hodie impleta ē hec ſcriptura in auribus veſ:
tris. Et oēs teſtimoniū illi dabāt: et mirabān
tur ĩ verbis gratie · que ꝓcedebāt de ore ipſius:
et dicebāt. Nōne hic ē filius ioſeph? Et ait il:
lis. Vtiq; dicetis michi hāc ſimilitudinē. Me:
dice cura teipm̄. Quāta audiuimus facta in
capharnaū: fac et hic ĩ patria tua. Ait autē.
Amē dico vobis quia nemo ꝓpheta acceptus ē
in patria ſua. In veritate dico vobis: m̄lte vi:
due erāt ĩ iſrl' ĩ dieb⁹ helie quādo clauſū eſt celū
annis tribus et menſib⁹ ſex · cū facta eſſet fames
magna ĩ om̄i terra: et ad nullā illarū miſſus ē
helias · niſi ĩ ſarepta ſydonie · ad mulierē viduā.
Et m̄lti leproſi erāt in iſrl' ſub heliſeo ꝓpheta:
et nemo eoꝝ mūdatus ē niſi naaman ſyrus. Et
repleti ſūt oēs ĩ ſynagoga ira hec audiētes. Et
ſurrexerūt et eiecerūt illū extra ciuitatē: et duxe:
rūt illū uſq; ad ſupercilium mōtis · ſup quē ciuitas
illoꝝ erat edificata: ut precipitarēt eū. Ipſe aūt
trāſiēs · p mediū illoꝝ ibat. Et deſcēdit ĩ caphar
naum ciuitatē galilee: ibiq; docebat illos ſabba:
tis. Et ſtupebāt ĩ doctrina eius: quia ĩ poteſtate
erat ſermo ipſius. Et ĩ ſynagoga erat homo ha:
bens demoniū imūdum: et exclamauit voce
magna dicens. Sine: quid nobis · et tibi iheſu
nazarene? Veniſti perdere nos. Scio te qui ſis:
ſāctus dei. Et increpauit illū iheſus dicēs. Ob:
muteſce: et exi ab eo. Et cū ꝓiecisſet illū demo:
niū in mediū exijt ab illo: nichilq; illū nocuit.
Et factus eſt pauor in om̄ib⁹: et colloquebātur
ad inuicem dicentes. Quod eſt hoc verbū: quia
ĩ poteſtate et virtute imperat immūdis ſpiritib⁹
et exeūt? Et diuulgabatur fama de illo · in omnē
locū regionis. Surgēs aūt iheſus de ſynagoga.
introiuit in domū ſimonis. Socrus autē ſimo:
nis tenebatur magnis febrib⁹: et rogauerūt illū
p ea. Et ſtans ſup illā imperauit febri et dimi:
ſit illā: et cōtinuo ſurgēs miniſtrauit illis. Cū
ſol autē occidiſſet oēs qui habebāt infirmos va
rijs lāguorib⁹ · ducebāt illos ad eū: at ille ſingu
lis manus imponēs curabat eos. Exiebāt autē
demonia a m̄ltis clamātia et dicētia: quia tu es
filius dei. Et increpās nō ſinebat ea loqui: quia
ſciebāt ipm̄ eſſe criſtū. Facta autē die egreſſus
ibat ĩ deſertū locū: et turbe requirebāt eū et vene
runt uſq; ad ipm̄: et detinebāt illū ne diſcederet
ab eis. Quib⁹ ille ait. Quia et alijs ciuitatib⁹
oportet me euāgelizare regnū dei: quia ideo miſ
ſus ſū. Et erat p̄dicās ĩ ſynagogis galilee. V.

Factū eſt autē cū turbe irruerent in eū ut
audirēt verbū dei: et ipſe ſtabat ſecus ſtag
nū genezareth. Et vidit duas naues ſtātes ſecus
ſtagnū: piſcatores autē deſcēderant et lauabant
retia. Aſcēdens autē in vnam nauim que erat
ſimonis: rogauit eū a terra reducere puſillum.
Et ſedēs docebat de nauicula turbas. Vt ceſſauit
autē loqui: dixit ad ſimonē. Duc ĩ altū: et la:
xate retia veſtra ĩ capturā. Et reſpōdens ſimon
dixit illi. Preceptor p totā noctē laborātes nich
il cepimus: ĩ vbo aūt tuo laxabo rete. Et cū hoc
feciſſēt: cōcluſerūt piſciū m̄ltitudinē copioſā.
Rūpebatur autem rete eoꝝ. Et annuerūt ſocijs
qui erāt in alia naui: ut venirēt et adiuuarent
eos. Et venerūt et impleuerūt ambas nauicu:
las: ita ut mergerentur. Quod cū videret ſimon
petrus: procidit ad genua iheſu dicens. Exi a
me: quia homo peccator ſū dn̄e. Stupor eni cir:
cūdederat eū · et oēs qui cū illo erāt: in captura
piſciū quā ceperant. Similiter autē iacobū et
iohannem filios zebedei: qui erāt ſocij ſimonis.
Et ait ad ſimonē iheſus. Noli timere: ex hoc
iā hoīes eris capiēs. Et ſubductis ad terrā naui:
b⁹: relictis oīb⁹ ſecuti ſūt illū. Et factū eſt cū
eſſet ĩ vna ciuitatū: et ecce vir plenus lepra · et
vidēs iheſū · et ꝓcidēs in faciē ſuā: rogauit eum
dicēs. Dn̄e: ſi vis potes me mūdare. Et exten:
dens manū: tetigit eū dicēs. Volo. Mūdare.
Et confeſtim lepra diſceſſit ab illo. Et ipſe p̄cepit
illi ut nemini diceret: ſʒ vade oſtēde te ſacerdoti:

et offer ꝑ emundatione tua ſicut precepit moy:
ſes ī teſtimoniū illis. Perambulabat autē ma
gis ſermo de illo: et cōueniebāt turbe multe ut au
dirent: et curarent̄ ab infirmitatibꝫ ſuis. Ipſe
autē ſecedebat ī deſertū et orabat. Et factū eſt in
vna dieꝝ: et ipſe ſedebat docens. Et erāt phariſei
ſedētes et legis doctores qui venerāt ex omī caſtel
lo galilee et iudee· et ihrl'm: et virtus dnī erat ad
ſanandū eos. Et ecce viri portātes ī lecto hoīem
qui erat paraliticus: et querebāt eū inferre et po
nere ante eū. Et nō inuenientes qua parte illū
inferrēt p̄ turba: aſcēderūt ſupra tectū· et ꝑ tegu
las ſummiſerūt eū cū lecto ī mediū ante ihesū.
Quoꝝ fidē ut vidit dixit. Homo: remittunt̄ ti:
bi peccata tua. Et ceperūt cogitare ſcribe et pha
riſei dicētes. Quis ē hic qui loquit̄ blaſphemi:
as? Quis poteſt dimittere peccata: niſi ſolus
deus? Ut cognouit aūt ihesus cogitacōnes eoꝝ:
reſpondēs dixit ad illos. Quid cogitatis ī cordi:
bus veſtris? Quid eſt facilius dicere dimittunt̄
tibi pcca: an dicere ſurge & ambula? Ut autē
ſciatis quia filius hoīs habet poteſtatē in terra di
mittēdi pcca: ait paralitico. Tibi dico ſurge:
tolle lectū tuū: et vade ī domū tuā. Et cōfeſtim
cōſurgens corā illis tulit lectū in quo iacebat: et
abijt ī domū ſuā magnificās deū. Et ſtupor ap:
prehēdit omēs: et magnificabāt deū. Et repleti
ſūt timore dicētes: quia vidimus mirabilia ho:
die. Et poſt hec exijt: et vidit publicanū nomīe
leui ſedentē ad theloneū: et ait illi. Sequere me.
Et relictis omībꝫ: ſurgēs ſecutus ē eū. Et fecit
ei conuiuiū magnū leui ī domo ſua: et erat tur
ba multa publicanoꝝ· et alioꝝ qui cum illis erāt
diſcūbentes. Et murmurabāt phariſei et ſcribe
eoꝝ: dicētes ad diſcipulos eius. Quare cū pu:
blicanis et peccatoribꝫ mādu cātis et bibitis? Et
reſpōdens ihesus dixit ad illos nō egent qui ſani
ſūt medico: ſꝫ qui male habēt. Nō veni vocare
iuſtos: ſꝫ peccatores ad penitentiā. At illi dix:
erūt ad eū. Quare diſcipuli iohannis ieiunāt
frequēter et obſecracōes faciūt· ſimiliter et pha:
riſeoꝝ: tui autē edūt et bibūt? Quibꝫ ipſe ait:
Nūquid poteſtis filios ſpōſi dum cū illis ē ſpō:
ſus facere ieiunare? Venient autē dies: et cū ab:
latus fuerit ab illis ſpōſus· tūc ieiunabūt ī illis
diebꝫ. Dicebat autē et ſimilitudinem ad illos.
Quia nemo cōmiſſurā a nouo veſtimēto im:
mittit ī veſtimentū vetus: alioquin et nouum
rumpit: & veteri non conuenit commiſſura a
nouo. Et nemo mittit vinum nouum ī vtres
veteres: alioquin rūpit vinū nouū vtres: et vi:
nū effūdet̄ et vtres ꝑibūt. Sed vinū nouū ī vtres
nouos mittendum eſt: & vtraqꝫ cōſeruantur.
Et nemo bibens vetus ſtatim vult nouum: di:
cit enim vetus melius eſt. VI

Factū eſt autē in ſabbato ſcdo primo· cum
trāſiret ꝑ ſata vellebāt diſcipuli eius ſpi:
cas: et mādu cabāt cōfricātes manibꝫ. Quidā
autē phariſeoꝝ dicebāt illis. Quid facitis quod
nō licet in ſabbatis? Et reſpōdens ihesus ad eos
dixit. Nec hoc legiſtis quod fecit dauid· cū eſu:
riſſet ipſe et qui cū illo erāt: quomō intrauit in
domū dei· et panes ꝓpoſicōis ſūpſit et mādu ca:
uit· et dedit hijs qui cū ipſo erant: quos nō licet
māducare niſi tātū ſacerdotibꝫ? Et dicebat illis:
quia dnſ ē filius hoīs etiā ſabbati. Factū ē aūt
et ī alio ſabbato: ut intraret in ſynagogā et do:
ceret. Et erat ibi homo: & manus eius dextra
erat arida. Obſeruabāt autē ſcribe et phariſei ſi
in ſabbato curaret: ut inuenirēt vnde accuſarēt
eū. Ipſe vero ſciebat cogitacōes eoꝝ: et ait homī
qui habebat manū aridā. Surge: et ſta ī medi:
um. Et ſurgēs ſtetit. Ait autē ad illos ihesus.
Interrogo vos ſi licet ſabbatis benefacere an ma:
le: animā ſaluā facere an ꝑdere? Et circūſpectis
omībꝫ dixit hoī. Extēde manū tuā. Et extēdit:
et reſtituta ē manus eius. Ipſi autē repleti ſūt
inſipientia: et colloquebant̄ adinuicē· quidnā
facerēt ihesu. Factū eſt autē in illis diebꝫ exijt
ī montē orare: et erat ꝑnoctās ī oracōne dei. Et
cū dies factus eſſet vocauit diſcipulos ſuos: &
elegit duodecim ex ipſis quos et apoſtolos noīa:
uit: ſimonē quē cognominauit petrū et andreā
fratrē eius: iacobū et iohannē· philippū et bar:
tholomeū· matheū et thomā iacobū alphei &
ſimonē qui vocat̄ zelotes et iudā iacobi: et iudā
ſcarioth qui fuit ꝓditor. Et deſcēdēs cū illis ſtetit
ī loco campeſtri et turba diſcipuloꝝ eius: et mlti:
tudo copioſa plebis ab omī iudea et ihrl'm et ma
ritima et tyri et ſydonis· qui venerāt ut audirēt
eū: et ſanarent̄ a lāguoribꝫ ſuis. Et qui vexabā:
tur a ſpiritibꝫ immūdis curabant̄. Et oīs tur:
ba querebat eū tangere: quia virtus de illo exie:
bat et ſanabat omēs. Et ipſe eleuatis oc'lis ī diſ:
cipulos ſuos dicebat. Beati pauperes: quia veſ:
trū eſt regnū dei. Beati qui nūc eſuritis: quia
ſaturabimini. Beati qui nūc fletis: quia ride:
bitis. Beati eritis cū vos oderint homines et cū

ſeparauerint vos et exprobrauerint: et eiecerint
nomē veſtrū tanq̃ malū ꝓpter filiū hoīs. Gau:
dete in illa die et exultate: ecce enī merces veſtra
multa ē in celo. Secundū hec enī faciebāt ꝓphetis
patres eoꝝ. Verūtamen ve vobis diuitibꝫ: qui
habetis cōſolationē veſtrā. Ve vobis qui ſatu:
rati eſtis: q̄a eſurietis. Ve vobis qui ridetis nūc:
quia lugebitis et flebitis. Ve cū bene vobis dix:
erint oēs hoīes. Secundū hec enī faciebāt pro:
phetis patres eorū. Sed vobis dico qui auditis.
Diligite inimicos vr̄os: benefacite hijs qui vos
oderūt. Benedicite maledicētibꝫ vos: orate pro
calūniantibꝫ vos. Ei qui te percutit ī maxillā.
prebe et alterā: et ab eo qui aufert tibi veſtimen:
tū. etiā tunicā noli ꝓhibere. Oīni autē petenti
te tribue: et qui aufert que tua ſūt ne repetas.
Et prout vultis ut faciāt vobis hoīes: et vos fa:
cite illis ſimiliter. Et ſi diligitis eos qui vos di:
ligunt: que vobis eſt gratia? Nā et peccatores
diligentes ſe diligūt. Et ſi benefeceritis hijs qui
vobis benefaciūt: que vobis ē gratia? Siquidē
et peccatores hoc faciunt. Et ſi mutuū dederitis
hijs a quibꝫ ſperatis recipe: que gratia ē vobis?
Nā et peccatores peccatoribꝫ fenerant: ut reci:
piāt equalia. Verūtamē diligite inimicos veſ:
tros: benefacite et mutuū date. nichil inde ſperā:
tes: et erit merces veſtra multa: et eritis filij altiſ:
ſimi: quia ipē benignus eſt ſup ingratos et ma:
los. Eſtote ergo miſericordes: ſicut et pater veſ:
ter miſericors ē. Nolite iudicare: et nō iudica:
bimini. Nolite cōdempnare: et nō cōdempnabi:
mini. Dimittite: et dimittemini. Date: et da:
bit̄ vobis. Menſurā bonā et confertā. et coagi:
tatā et ſuper effluentē dabūt in ſynū vr̄m. Eadē
vero mēſura qua menſi fueritis: remetiet̄ vobis.
Dicebat autē illis et ſimilitudinem. Nūquid
poteſt cecus cecū ducere? Nōne ambo in foueā
cadūt? Non ē diſcipulus ſup magiſtrū: ꝑfec:
tus autē oīnis erit: ſi ſit ſicut magr̄ eius. Quid
autē vides feſtucā in oculo fratris tui: trabē autē
que ī ocl'o tuo ē non cōſideras? Aut quomō po:
tes dicere fratri tuo. frater. ſine eiciam feſtucā de
ocl'o tuo: ipē ī ocl'o tuo trabē nō vides? Ypocrita
eice primū trabē de oculo tuo: et tūc ꝓſpicies ut
educas feſtucā de oculo fratris tui. Non eſt enī
arbor bona que facit fructus malos: neq̄ arbor
mala faciēs fructū bonū. Vnaqueq̄ enī arbor
de fructu ſuo cognoſcit̄. Neq̄ enī de ſpinis col:
ligunt ficus: neq̄ de rubo vindemiant vuam.

Bonus homo de bono theſauro cordis ſui ꝓfert
bonū: et malus homo de malo theſauro profert
malū. Ex abūdātia enī cordis os loquit̄. Quid
autē vocatis me dn̄e dn̄e: et nō facitis que dico?
Omīs qui venit ad me. et audit ſermones me:
os. et facit eos: oſtendā vobis cui ſimilis ſit. Si:
milis ē hoī edificāti domū qui fodit ī altū: et po:
ſuit fūdamentū ſupra petrā. Inundacōne aūt
facta illiſū eſt flumen domui illi: et nō potuit eā
mouere. Fūdata enī erat ſup petrā. Qui aūt
audit et nō facit ſimilis ē hoī edificāti domū ſuā
ſup terrā ſine fūdamēto: ī quā illiſus ē fluuius.
et cōtinuo cecidit: et facta ē ruina domus illius
magna.

VII

Cum aūt impleſ
ſet oīa verba ſua ī aures plebis: intrauit
capharnaū. Centurionis aūt cuiuſdā ſeruus ma
le habens erat moriturus: qui illi erat p̄cioſus.
Et cū audiſſet de iheſu. miſit ad eū ſeniores iu:
deoꝝ: rogans eū ut veniret. et ſaluaret ſeruum
eius. At illi cū veniſſet ad iheſum rogabāt eū
ſollicite dicētes ei: q̄a dignus ē ut hoc illi p̄ſtes.
Diligit enī gentē noſtrā: et ſynagogā ipē edifi:
cauit nobis. Iheſus autē ibat cū illis. Et cū iā
nō lōge eſſet a domo: miſit ad eū cēturio amicos
dicēs. Dn̄e: noli vexari. Nō enī ſū dignus ut
ſub tectū meū intres: ꝓpter quod et meipm̄ non
ſū dignū arbitratus ut venirē ad te: ſed dic v̄bo
et ſanabit̄ puer meus. Nā et ego homo ſū ſub
poteſtate cōſtitutus. habēs ſub me milites: et di:
co huic vade et vadit. et alio veni et venit: et ſer:
uo meo fac hoc et facit. Quo audito iheſus mi:
ratus eſt: et cōuerſus ſequentibꝫ ſe turbis dixit.
Amē dico vobis: nec ī iſrl' tantā fidē inueni.
Et reuerſi qui miſſi fuerant domū: inuenerūt
ſeruū qui languerat ſanū. Et factū eſt deinceps
ibat iheſus ī ciuitatē que vocat̄ naym: et ibāt cū
eo diſcipuli eius et turba copioſa. Cū autē ap:
propinquaret porte ciuitatis: ecce defūctus effe:
rebat̄ filius vnicus mr̄is ſue. Et hec vidua erat:
et turba ciuitatis multa cū illa. Quā cū vidiſſet
dn̄s: miſericordia motus ſup eā dixit illi. Noli
flere. Et acceſſit: et tetigit loculū. Hij autē qui
portabāt ſteterūt. Et ait. Adoleſcens. tibi dico
ſurge. Et reſedit qui erat mortuus: et cepit lo:
qui: et dedit illū matri ſue. Accepit autē oēs
timor: et magnificabāt deū dicētes. Quia pro:
pheta magnus ſurrexit ī nobis: et quia deus vi:
ſitauit plebē ſuā. Et exijt hic ſermo ī vniuerſā
iudeam de eo: et omnem circa regionem. Et

nunciauerunt iohanni diſcipuli eius de omnibꝫ
hiis. Et conuocauit duos de diſcipulis ſuis iohā-
nes: et miſit ad iheſū dicēs. Tu es qui uenturus
es. an aliū expectamus? Cū autē veniſſēt ad eū
viri dixerūt. Iohānes baptiſta miſit nos ad te
dicēs. Tu es q̄ venturus es an aliū expectamus?
In ipa autē hora multos curauit a lāguoribus
ſuis & plagis. et ſpiritibꝫ malis: et cecis multis
donauit viſū. Et reſpōdens dixit illis. Euntes
renūciate iohanni q̄ audiſtis et vidiſtis. Quia
ceci vidēt claudi ambulāt. leproſi mūdantᷣ: ſur-
di audiūt. mortui reſurgēt. paupes euāgelizātᷣ:
et beatus ē quicūqꝫ nō fuerat ſcādalizatus ī me.
Et cū diſceſſiſſet nūcij iohānis: cepit de iohāne
dicere ad turbas. Quid exiſtis ī deſertū videre?
Arundinē vēto agitatā? Sed quid exiſtis vide-
re? Hoīem mollibꝫ veſtimētis indutū? Ecce qui
in veſte pcioſa ſūt et delicijs. ī domibꝫ regū ſūt.
Sed quid exiſtis videre? Prophetā? Vtiqꝫ dico
vobis: et plus q̄ꝫ prophetā. Hic ē de quo ſcriptū
eſt. Ecce mitto angelū meū ante faciē tuā: qui
pparabit viā tuā ante te. Dico enī vobis: mai-
or inter natos mulierū ppheta iohanne baptiſta
nemo ē. Qui autē minor ē in regno dei maior
eſt illo. Et omīs pplus audiēs. et publicani iuſ
tificauerūt deū: baptizati baptiſmo iohannis.
Phariſei aūt et legiſpiti. cōſiliū dei ſpreuerūt
ī ſemetipos: nō baptizati ab eo. Ait autē dñs.
Cui ergo ſimiles dicā hoīes generacōis huius:
et cui ſimiles ſūt? Similes ſūt pueris ſedētibꝫ in
foro: et loquētibꝫ ad inuicē et dicētibꝫ. Cātaui-
mus vobis tibijs et nō ſaltaſtis: lamētauimus
et nō ploraſtis. Venit aūt iohānes baptiſta neqꝫ
māducās panē neqꝫ bibēs vinū: et dicitis. De-
moniū habet. Venit filius hoīs māducās et bi
bēs: et dicitis. Ecce homo deuorator: et bibēs vi-
nū amicus publicanorū et peccatorū. Et iuſtifi-
cata eſt ſapiētia. ab oībꝫ filijs ſuis. Rogabat
aūt illū quidā de phariſeis ut māducaret cū il-
lo. Et ingreſſus domum phariſei diſcubuit. Et
ecce mulier que erat ī ciuitate peccatrix. ut cog-
nouit q̄ accubuit in domo phariſei attulit ala-
baſtrū vngētī: et ſtās retro ſecus pedes eius lacri-
mis cepit rigare pedes eius. & capillis capitis
ſui tergebat: et oſculabatᷣ pedes eius & vngento
vngebat. Vidēs autē phariſeus qui vocauerat
eum: ait intra ſe dicēs. Hic ſi eſſet ppheta: ſciret
vtiqꝫ que et qualis ē mulier que tangit eū: quia
peccatrix eſt. Et reſpondēs iheſus dixit ad illū.
Simon: habeo tibi aliquid dicere. At ille ait.
Magiſter dic. Duo debitores erāt cuidā fene-
ratori: vnus debebat denarios quingentos: et ali-
us quinquaginta. Nō habētibꝫ illis vnde redde-
rent: donauit vtriſqꝫ. Quis ergo eū plus dili-
git? Reſpōdens ſimon dixit. Eſtimo: quia is
cui plus donauit. At ille dixit ei. Recte iu-
dicaſti. Et cōuerſus ad mulierē. dixit ſimoni.
Vides hāc mulierē? Intraui ī domū tuā: aquā
pedibꝫ meis nō dediſti: hec aūt lacrimis rigauit
pedes meos. et capillis ſuis terſit. Oſculū michi
nō dediſti: hec aūt ex quo intraui nō ceſſauit oſ-
culari pedes meos. Oleo caput meū nō vnxiſti:
hec autem vngēto vnxit pedes meos. Propter
quod dico tibi. Remittuntᷣ ei peccata multa:
qm̄ dilexit multū. Cui autē minus dimittitur
minus diligit. Dixit aūt ad illā. Remittuntᷣ
tibi peccata. Et ceperūt qui ſimul accumbebant
dicere intra ſe. Quis ē hic qui etiā peccata di-
mittit? Dixit autem ad mulierem. Fides tua
te ſaluā fecit. Vade in pace. ·VIII·

Et factū ē deinceps. et ipſe iter faciebat per
ciuitates et caſtella pdicās et euāgelizās
regnū dei: et duodecim cū illo. et mulieres aliq̄-
que erāt curate a ſpiritibꝫ malignis et infirmi-
tatibꝫ: maria que vocatᷣ magdalene. de qua ſep-
tem demonia exierāt. et iohāna vxor chuze pcu-
ratoris herodis. et ſuſanna et alie multe que mi-
niſtrabant ei de facultatibꝫ ſuis. Cū autē turba
plurima cōueniret et de ciuitatibꝫ properarēt ad
eū: dixit p ſimilitudinē. Exijt qui ſeminat ſe-
minare ſemē ſuū. Et dū ſeminat aliud cecidit
ſecus viā. et cōculcatū eſt: et volucres celi come-
derūt illud. Et aliud cecidit ſup petrā. et natū
aruit: quia nō habebat humorē. Et aliud ceci-
dit inter ſpinas: et ſimul exorte ſpine ſuffocaue-
rūt illud. Et aliud cecidit in terrā bonā: et ortū
fecit fructū cētuplū. Hec dicēs clamabat. Qui
habet aures audiēdi audiat. Interrogabāt aūt
eū diſcipli eius: que eſſet hec parabola. Quibꝫ
ipſe dixit. Vobis datū eſt noſſe miſteriū regni
dei: ceteris aūt ī parabolis: ut vidētes nō videāt.
et audiētes nō intelligāt. Eſt aūt hec parabola.
Semē eſt verbū dei. Qui aūt ſecus viā. hij ſūt
qui audiūt: deinde venit dyabolus et tollit vbū
de corde eorū. ne credētes ſalui fiāt. Nā qui ſup
petrā: qui cū audierit cū gaudio ſuſcipiūt ver-
bū. Et hij radices nō habēt: quia ad tēpus cre-
dunt. & in tempore temptationis recedunt.

Quod autem in spinas cecidit: hij sunt qui au
dierunt et a sollicitudinib3 et diuitijs et volupta:
tib3 vite euntes suffocant̄: et nō refferūt fructū.
Quod aūt ī bonā terrā: hij sūt qui ī corde bono
et optimo audiētes verbū retinēt: et fructū affe:
rūt in patiētia. Nemo autē lucernā accendens
operit eā vase· aut subtus lectū ponit: sed supra
cādelabrū ponit: ut intrātes videāt lumē. Nō
est enī occultū quod nō manifestet̄: nec abscon:
ditū quod nō cognoscat̄· et in palā veniat. Vi:
dete ergo quo audiatis. Qui enī habet dabit̄
illi: et quicūq3 nō habet: etiā quod putat se ha:
bere auferet̄ ab illo. Venerūt aūt ad illū mater
et frēs eius· et nō poterāt adire ad eū pre turba.
Et nunciatū est illi. Mater tua & fratres tui
stāt foris: volētes te videre. Qui respōdens dixit
ad eos. Mater mea & fratres mei hij sūt: qui
verbū dei audiūt et faciūt. Factū est aūt ī vna
dieꝝ: et ip̄e ascēdit ī nauiculā· et discipuli eius:
et ait ad illos. Trāsfretemus trās stagnū. Et
ascenderūt. Et nauigantib3 illis obdormiuit: et
descēdit ꝓcella venti in stagnū: et compellebant̄
et periclitabant̄. Accedētes aūt suscitauerūt eū
dicētes. Preceptor perimus. At ille surgēs in:
crepauit vētum et tempestatē aque et cessauit: et
facta est trāquillitas. Dixit autē illis. Vbi est
fides vestra? Qui timētes mirati sūt ad inuicē
dicētes. Quis putas hic est? Quia et ventis et
mari imperat· et obediūt ei. Et nauigauerunt
ad regionē gerasenoꝝ· que ē cōtra galileā. Et cū
de naui egressus esset ad terram occurrit illi vir
quidā qui habebat demoniū iam tēporib3 mul̄tis:
et vestimentū nō induebat̄: neq3 ī domo mane:
bat sed ī monumētis. Is ut vidit ihesū ꝓcidit
āte illū: et exclamās voce magna dixit. Quid
michi et tibi est ihesu fili dei altissimi? Obsecro
te: ne me torqueas. Precipiebat enim spiritui
inmūdo: ut exiret ab hoīe. Multis enī tēporib3
arripiebat illū: et vinciebat̄ cathenis et cōpedib3
custoditus: et ruptis vinculis agebat̄ a demonio
in desertū. Interrogauit autē illū ihesus dicēs.
Quod tibi nomen est? At ille dixit. Legio.
Quia intrauerāt demonia mul̄ta ī eū. Et ro:
gauerūt illū: ne imparet illis ut ī abissū irēt.
Erat autē ibi grex porcoꝝ multoꝝ pascentium in
mōte: et rogabāt eū ut ꝑmitteret eis ī illos in:
gredi. Et ꝑmisit illis. Exierūt ergo demonia
ab hoīe: et intrauerūt ī porcos: et impetu abijt
grex per preceps in stagnum: et suffocatus est.
Quod ut viderūt factū qui pascebāt fugerūt:
et nūciauerūt ī ciuitatē et ī villas. Exierūt autē
videre quod factū est: et venerūt ad ihesū· et in:
uenerūt hoīem sedentē a quo demonia exierant
vestitū· ac sana mēte ad pedes eius: et timuerūt.
Nūciauerūt autē illis et qui viderāt: quomō
sanus factus esset a legione. Et rogauerūt illū
oēs multitudo gerasenoꝝ· ut discederet ab ip̄is:
quia magno timore tenebant̄. Ip̄e autē ascen:
dēs nauim reuersus ē. Et rogabat illū vir· a quo
demonia exierāt ut cū eo esset. Dimisit autē eū
ihesus dicēs. Redi ī domū tuā: et narra quāta
tibi fecit deus. Et abijt ꝑ vniuersā ciuitatē pre:
dicās: quāta illi fecisset ihesus. Factū est autē
cū redisset ihesus: excepit illū turba. Erāt autē
oēs expectātes eū. Et ecce venit vir cui nomē
iairus et ipse princeps synagoge erat: et cecidit
ad pedes ihesu· rogans eū ut intraret ī domum
eius: quia vnica filia erat ei fere annoꝝ duode:
cim· et hec moriebat̄. Et cōtigit dū iret: a turbis
comprimebat̄. Et mulier quedā erat ī fluxu sāg:
uinis ab annis duodecim: que ī medicos eroga:
uerat omnē substātiam suā· nec ab vllo potuit
curari. Accessit retro et tetigit fimbriā vestimēti
eius: et cōfestim stetit fluxus sāguinis eius. Et
ait ihesus. Quis ē qui me tetigit? Negātibus
aūt oīb3: dixit petrus et qui cū illo erāt. Pre:
ceptor· turbe te cōprimūt et affligūt: et dicis quis
me tetigit? Et dixit ihs. Tetigit me aliquis.
Nam et ego noui virtutē de me exisse. Vidēs
aūt mulier quia nō latuit· tremēs venit et ꝓcidit
ante pedes eius: et ob quā causā tetigerit eū in:
dicauit corā oīi ꝑplo: et quēadmodū confestim
sanata sit. At ip̄e dixit ei. Filia· fides tua te
saluā fecit. Vade ī pace. Adhuc illo loquēte·
venit quidā ad principē synagoge dicēs ei quia
mortua ē filia tua: noli vexari illū. Ihesus aūt
audito hoc verbo: respōdit patri puelle. Noli
timere. Crede tantū: et salua erit. Et cū venis:
set domū· nō permisit intrare secū quenq3 nisi
petrū et iacobū et iohannē: et patrē et matrem
puelle. Flebāt autē oēs: et plangebāt illā.
At ille dixit. Nolite flere. Non est mortua
puella sed dormit. Et deridebāt eū: sciētes quia
mortua esset. Ip̄e aūt tenēs manū eius clama:
uit dicens. Puella surge. Et reuersus est spiri
tus eius: et surrexit continuo. Et iussit illi dare
māducare. Et stupuerūt parētes eius: quibus
ꝑcepit ne alicui dicerēt quod factū erat. IX Ca

Conuocatis autē iheſus duodecim apoſto:
lis·dedit illis virtutē et poteſtatē ſup oīa
demonia: et ut lāguores curarēt. Et miſit illos
predicare regnū dei: et ſanare infirmos. Et ait
ad illos. Nichil tuleritis ī via neqꝫ virgā neqꝫ
perā·neqꝫ panē neqꝫ pecuniā: neqꝫ duas tuni:
cas habeatis. Et ī quācūqꝫ domū intraueritis
ibi manete: et inde ne exeatis. Et quicūqꝫ nō re:
ceperint vos: exeūtes de ciuitate illa etiā puluerē
pedū veſtroꝝ excutite ī teſtimoniū ſupra illos.
Egreſſi autē circuibāt ꝑ caſtella: euāgelizātes et
curantes vbiqꝫ. Audiuit aūt herodes tetrarcha
oīa que fiebāt ab eo·et heſitabat eo ꝙ diceret a
quibuſdam quia iohānes ſurrexit a mortuis: a
quibuſdam vero quia helyas apparuit: ab alijs
autē quia ꝓpheta vnus de antiquis ſurrexit. Et
ait herodes. Iohannē ego decollaui. Quis eſt
aūt iſte de quo ego talia audio? Et querebat vi:
dere eū. Et reuerſi apoſtoli narrauerūt illi que:
cūqꝫ fecerūt: et aſſūptis illis ſeceſſit ſeorſū ī locū
deſertū·qui eſt bethſaide. Quod cū cognouiſſēt
turbe ſecuti ſūt illū: et excepit illos & loquebat̄
illis de regno dei: et eos qui cura indigebāt ſana
bat. Dies autē ceperat declinare. Et accedentes
duodecim dixerūt illi. Dimitte turbas: ut eūtes
in caſtella villaſqꝫ que circa ſūt diuertāt et inue:
niāt eſcas: quia hic in loco deſerto ſumus. Ait
aūt ad illos. Vos date illis mālucare. At illi
dixerūt. Non ſūt nobis plus ꝗ̄ quīqꝫ panes et
duo piſces: niſi forte nos eamus·et emamus in
omnē hāc turbā eſcas. Erāt autē fere viri quīqꝫ
milia. Ait aūt ad diſcipulos ſuos. Facite il:
los diſcumbere per cōuiuia quīquagenos: et ita
fecerūt. Et diſcubuerunt oīes. Acceptis autē
quīqꝫ panibꝫ et duobꝫ piſcibꝫ et reſpexit ī celū et
benedixit illis: et fregit & diſtribuit diſcipulis
ſuis: ut ponerēt ante turbas. Et māducauerūt
oīes: et ſaturati ſūt. Et ſublatū eſt quod ſup:
fuit illis fragmētoꝝ cophini duodecim. Et factū
eſt cū ſolus eſſet orās·erāt cū illo et diſcipuli: et
interrogauit illos dicēs. Quem me dicūt eſſe
turbe? At illi reſponderūt et dixerūt iohānem
baptiſtā: alij autē helyā: alij vero quia vnus ꝓ:
pheta de prioribꝫ ſurrexit. Dixit aūt illis. Vos
aūt quē me eſſe dicitis? Reſpōdens ſimō petrus
dixit. Criſtū dei. At ille increpās illos precepit
ne cui dicerēt hoc: dicens· quia oportet filiū hoīs
multa pati & reprobari a ſenioribꝫ et principibꝫ
ſacerdotū·et ſcribis et occidi·et tercia die reſurgere.

Dicebat autem ad oīes. Si quis vult poſt me
venire·abneget ſemetipm: et tollat crucē ſuam
quotidie: et ſequat̄ me. Qui enī voluerit aīaꝫ
ſuā ſaluā facere perdet illā. Nā qui perdiderit
animā ſuam ꝓpter me: ſaluā faciet illā. Quid
enī ꝓficit homo ſi lucret̄ vniuerſū mūdū: ſe aūt
ipm perdat et detrimētum ſui faciat? Nā qui
me erubuerit et meos ſermones: hūc filius hoīs
erubeſcet cū venerit in maieſtate ſua et patris et
ſctoꝝ angeloꝝ. Dico aūt vobis: vere ſūt aliqui
hic ſtātes·qui nō guſtabūt mortē donec videāt
regnū dei. Factū ē aūt poſt hec verba fere dies
octo: et aſſūpſit petrū et iacobū et iohannē: &
aſcēdit ī montē ut oraret. Et factū ē dū oraret:
ſpecies vultus eius altera·et veſtitus eius albus
& fulgens. Et ecce duo viri loquebant̄ cū illo.
Erāt autē moyſes et helyas viſi in maieſtate: et
dicebāt exceſſū eius·quē completurus erat ī ihe:
ruſalē. Petrus vero et qui cū illo grauati erāt
ſomno. Et euigilātes viderūt maieſtatē eius: et
duos viros qui ſtabāt cū illo. Et factū eſt cū diſ
cederent ab illo: ait petrus ad iheſū. Preceptor
bonū eſt nos hic eſſe: et faciamus tria taberna:
cla: vnū tibi·et vnū moyſi·et vnū helye. Neſ:
ciens quid diceret. Hec autē illo loquēte·facta ē
nubes et obumbrauit eos: et timuerūt intrāti:
bus illis in nubē. Et vox facta ē de nube dicēs.
Hic ē filius meus dilectus: ipm audite. Et dū
fieret vox inuētus eſt iheſus ſolus·et ipſi tacue:
rūt: et nemini dixerūt ī illis diebꝫ quicꝙ̄ ex hijs
que viderāt. Factū eſt autē in ſequēti die deſcē:
dentibꝫ illis de mōte: occurrit illis turba multa.
Et ecce vir de turba exclamauit dicēs. Magiſter
obſecro te: reſpice in filiū meū quia vnicus eſt
michi. Et ecce ſpiritus apprehendit eū·et ſubito
clamat: et elidit et diſſipat eū cū ſpuma: et vix
diſcedit dilanians eū. Et rogaui diſcipulos tuos
ut eicerēt illū: et nō potuerūt. Reſpōdens autē
iheſus dixit. O generatio infidelis et peruerſa:
uſqꝫquo ero apud vos et patiar vos? Adduc huc
filiū tuū. Et cū accederet: eliſit illū demoniū et
diſſipauit. Et increpauit iheſus ſpiritū inmū:
dū et ſanauit puerū: et reddidit illū patri eius.
Stupebāt autē oīes in magnitudine dei: oīni:
buſqꝫ mirātibꝫ ī oībꝫ que faciebat: dixit ad diſ:
cipulos ſuos. Ponite vos ī cordibꝫ veſtris ſer:
mones iſtos. Filius enī hoīs futurū eſt ut tra:
dat̄ in manus hoīm. At illi ignorabāt verbū
iſtud: et erat velatum ante eos ut non ſentirent

illud: et timebāt eum interrogare de hoc verbo.
Intrauit autē cogitatio in eos: quis eoꝝ maioꝛ
eſſet. At iheſus videns cogitacōnes cordis illoꝝ
apprehendit puerū: et ſtatuit illū ſecus ſe: et ait
illis. Quicūqȝ ſuſceperit pueꝝ iſtū in noīe meo:
me recipit. Et quicūqȝ me receperit: recipit eū
qui me miſit. Nam qui minoꝛ eſt inter oīes
vos: hic maioꝛ ē. Reſpōdēs aūt iohānes dixit.
Preceptoꝛ vidimus quēdam ī noīe tuo eicien-
tē demonia: et ꝓhibuimus eū: quia nō ſequit̄
nobiſcū. Et ait ad illos iheſus. Nolite ꝓhibe-
re. Qui enī nō eſt aduerſū vos: pro vobis eſt.
Factū eſt autē dū complerent̄ dies aſſūptionis
eius: et ipſe faciē ſuā firmauit ut iret iheruſalē.
Et miſit nūcios ante cōſpectū ſuū: et euntes in-
trauerūt ī ciuitatē ſamaritanoꝝ ut pararēt illi.
Et nō receperūt eū: quia facies eius erat euntis
ihrl'm. Cū vidiſſēt autē diſcipuli eius iacobꝰ et
iohānes dixerūt. Dn̄e vis dicimus ut ignis de-
ſcēdat de celo: et cōſumat illos? Et cōuerſus in-
crepauit illos dicēs. Neſcitis cuius ſpiritus eſ-
tis. Filius hoīs nō venit animas ꝑdere ſed ſal-
uare. Et abierūt ī aliud caſtellū. Factū eſt aūt
ambulātibꝰ illis ī via: dixit quidā ad illū. Se-
quar te quocūqȝ ieris. Dixit illi iheſus. Vul-
pes foueas habent: et volucres celi nidos: filius
autē hoīs nō habet ubi caput ſuū reclinet. Ait
autē ad alterum. Sequere me. Ille autē dixit.
Dn̄e: ꝑmitte michi primū ire et ſepelire patrē
meū. Dixitqȝ ei iheſus. Sine ut mortui ſepeliāt
mortuos ſuos: tu autē vade et annuncia regnū
dei. Et ait alter. Sequar te dn̄e: ſȝ ꝑmitte michi
primū renūciare hijs qui domi ſūt. Ait ad il-
lū iheſus. Nemo mittēs manū ſuā ad aratrū
et aſpiciens retro aptus eſt regno dei. X. C

Poſt hec aūt deſignauit dn̄s et alios ſeptu-
aginta duos: et miſit illos binos ante
faciē ſuā ī omnē ciuitatē et locū quo erat ipſe vē-
turus. Et dicebat illis. Meſſis quidē multa: ope-
rarij autē pauci. Rogate ergo dn̄m meſſis:
ut mittat operarios ī meſſē. Ite: ecce ego mit-
to vos ſicut agnos inter lupos. Nolite portare
ſacculū neqȝ perā neqȝ calciamēta: et neminē ꝑ
viā ſalutaueritis. In quamcūqȝ domū intraue-
ritis primū dicite pax huic domui: et ſi ibi fu-
erit filius pacis requieſcet ſuꝑ illū pax veſtra:
ſin autē ad vos reuertet̄. In eadē aūt domo ma-
nete: edētes et bibētes que apud illos ſūt. Dig-
nus eſt enim operarius mercede ſua. Nolite
tranſire de domo in domum. Et in quamcumqȝ
ciuitatē intraueritis et ſuſceperīt vos mānducate
que apponunt̄ vobis: et curate infirmos qui in
illa ſūt: et dicite illis appropinquabit ī vos reg-
nū dei. In quācūqȝ autē ciuitatē intraueritis et
et nō ſuſceperint vos: exeūtes ī plateas eius dici-
te. Etiam puluerē qui adheſit nobis de ciuitate
veſtra extergimus ī vos. Tamē hoc ſcitote quia
appropinquabit regnū dei. Dico vobis: quia
ſodomis in die illa remiſſius erit qȝ illi ciuitati.
Ve tibi corozaym ve tibi bethſayda: quia ſi in
tyro et ſydone facte fuiſſēt virtutes que facte ſūt
in vobis olim ī cilicio et cinere ſedētes peniterēt.
Verūtamen tyro et ſydoni remiſſius erit ī iu-
dicio qȝ vobis. Et tu capharnaū uſqȝ ad celū ex-
altata: uſqȝ ad infernū demergeris. Qui vos
audit me audit: et qui vos ſpernit me ſpernit.
Qui aūt me ſpernit: ſpernit eū qui me miſit.
Reuerſi ſunt autē ſeptuaginta duo cū gaudio
dicētes. Dn̄e: etiā demonia ſubiciunt̄ nobis in
noīe tuo. Et ait illis. Videbam ſathanan ſicut
fulgur de celo cadentē. Ecce dedi vobis poteſtatē
calcādi ſupra ſerpētes et ſcorpiones et ſuꝑ omnē
virtutē inimici: et nichil vobis nocebit. Verū-
tamē in hoc nolite gaudere: quia ſpiritus vobis
ſubiciunt̄. Gaudete autē: ꝙ noīa veſtra ſcripta
ſūt ī celis. In ipſa hora exultauit ī ſpiritu ſācto
et dixit. Confiteor tibi dn̄e pater celi et terre: ꝙ
abſcōdiſti hec a ſapiētibꝰ et prudētibꝰ: et reuelaſ-
ti ea paruulis. Etiā pater: qm̄ ſic placuit ante
te. Oīa michi tradita ſūt a patre meo. Et ne-
mo ſcit quis ſit filius niſi pater: et quis ſit pater
niſi filius: et cui voluerit filius reuelare. Et cō-
uerſus ad diſcipl'os ſuos dixit. Beati oculi qui
vidēt que vos videtis. Dico enī vobis: ꝙ multi
ꝓphete et reges voluerūt videre que vos videtis
et nō viderūt: et audire que auditis et nō audie-
rūt. Et ecce quidā legiſperitus ſurrexit temptās
illū et dicēs. Magiſter: qd̄ faciendo vitā eternā
poſſidebo? At ille dixit ad eum. In lege quid
ſcriptū ē? Quomō legis? Ille reſpōdens dixit.
Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo et ex tota
aīa tua et ex oībꝰ viribꝰ tuis et ex omī mente
tua: et proximū tuū ſicut teipſum. Dixitqȝ illi.
Recte reſpondiſti. Hoc fac et viues. Ille autē
volēs iuſtificare ſeipſm dixit ad iheſū. Et quis ē
meus ꝓximus? Suſcipiēs aūt iheſus dixit. Ho-
mo quidā deſcēdebat ab ihrl'm ī iericho et inci-
dit in latrones: qui etiam deſpoliauerūt eum:

et plagis impoſitis abierunt ſemivivo relicto.
Accidit ut ſacerdos quidã deſcẽderet eadẽ via:
et viſo illo pterivit. Similiter et levita: cũ eſſet
ſecus locũ et videret eũ ptranſijt. Samaritanus
autẽ quidã iter faciẽs venit ſecus eũ: et vidẽs eũ
miſericordia motus eſt. Et appropiãs alligavit
vulnera eius· infũdens oleũ et vinũ: et imponẽs
illũ ĩ iumentũ ſuũ duxit ĩ ſtabulũ: et curã eius
egit. Et altera die ptulit duos denarios: et de-
dit ſtabulario et ait. Curã illius habe: et quod-
cũqȝ ſupererogaveris: ego cũ rediero reddã tibi.
Quis horũ triũ videt̃ tibi pximus fuiſſe illi· qui
incidit ĩ latrones? At ille dixit. Qui fecit mi-
ſericordiã in illũ. Et ait illi ihesus. Vade. et tu
fac ſimiliter. Factũ eſt autẽ dũ irẽt. et ipſe in-
travit ĩ quoddã caſtellũ: et mulier quedã mar-
tha noĩe excepit illũ in domũ ſuã: et huic erat
ſoror noĩe maria. Que etiã ſedens ſecus pedes
dñi audiebat verbũ illius: martha autẽ ſatage-
bat circa frequẽs miniſteriũ. Que ſtetit et ait.
Dñe. non eſt tibi cure qȝ ſoror mea reliquit me
ſolã miniſtrare? Dic ergo illi: ut me adiuvet.
Et reſpondens dixit illi dñs. Martha martha
ſollicita es: et turbaris erga plurima. Porro
unũ eſt neceſſariũ. Maria optimam partẽ ele-
git: que non auferetur ab ea. XI Ca

Et factũ eſt cũ eſſet in quodã loco orãs: ut
ceſſavit dixit unus ex diſcipulis eius ad
eũ. Dñe doce nos orare: ſicut docuit iohannes
diſcipulos ſuos. Et ait illis. Cũ oratis dicite.
Pater ſanctificet̃ nomẽ tuũ: adveniat regnũ
tuũ/ panẽ noſtrũ quotidianũ da nobis hodie:
et dimitte nobis peccata noſtra ſiquidẽ et nos
dimittimus debitoribȝ nr̃is/ et ne nos inducas
in tẽptationẽ. Et ait ad illos. Quis veſtrũ ha-
bebit amicũ et ibit ad illũ media nocte et dicet
illi amice cõmoda michi tres panes: quõ amicus
meus venit de via ad me· et nõ habeo quod po-
nã ante illũ: et ille deintus reſpõdens dicit· noli
michi moleſtus eſſe· iã oſtiũ clauſũ eſt· et pueri
mei mecũ ſũt in cubili· nõ poſſũ ſurgere et dare
tibi? Et ille ſi pſeveraverit pulſãs: dico vobis·
et ſi nõ dabit illi ſurgens· eo qȝ amicus eius ſit:
pter improbitatẽ tamẽ eius ſurget· et dabit illi
quotquot habet neceſſarios. Et dico ego vobis.
Petite et dabitur vobis: querite et invenietis:
pulſate et aperiet̃ vobis. Omnis enĩ qui petit ac-
cipit: et qui querit invenit: et pulſanti aperiet̃.
Quis autem ex vobis patrem petit panem:
numquid lapidẽ dabit illi? Aut piſcẽ: nũquid
p piſce ſerpentẽ dabit illi? Aut ſi petierit ovũ:
nũquid porriget illi ſcorpionẽ? Si ergo vos cũ
ſitis mali noſtis bona data dare filijs vr̃is: quã-
to magis pater veſter celeſtis de celo dabit bonũ
ſpiritũ petẽtibȝ ſe. Et erat eiciens demoniũ et il-
lud erat mutũ: et cũ eieciſſet demoniũ locutus ẽ
mutus: et ammirate ſũt turbe. Quidã autẽ ex
eis dixerũt. In beelzebub pricipe demoniorũ eicit
demonia. Et alij temptãtes: ſignũ querebãt ab
eo. Ipſe autẽ ut vidit cogitacões eorũ dixit eis.
Omne regnũ ĩ ſeipm diviſũ deſolabit̃: et domus
ſupra domũ cadet. Si autẽ et ſathanas ĩ ſeipm
diviſus ẽ· quomõ ſtabit regnũ eius: quia dicitis
in beelzebub eicere me demonia? Si autẽ ego in
beelzebub eicio demonia: filij veſtri ĩ quo eiciũt?
Ideo ipſi iudices vr̃i erũt. Porro ſi ĩ digito dei
eicio demonia: pfecto pvenit ĩ vos regnũ dei.
Cũ fortis armatus cuſtodit atriũ ſuũ: ĩ pace ſũt
ea que poſſidet. Si autẽ fortior eo ſupveniẽs vi-
cerit eũ: univerſa arma eius auferet ĩ quibȝ cõfi-
debat: et ſpolia eius diſtribuet. Qui nõ ẽ mecũ
cõtra me ẽ: et qui nõ colligit mecũ diſpgit. Cũ
immũdus ſpiritus exierit de hoĩe pambulat per
loca inaquoſa· querẽs requiẽ: et nõ inveniẽs di-
cit. Revertar in domũ meã unde exivi. Et cũ
venerit invenit eã ſcopis mũdatã. Tũc vadit
et aſſumit ſeptẽ alios ſpiritus ſecũ nequiores ſe:
et ingreſſi habitãt ibi. Et fiunt noviſſima hoĩs
illius peiora prioribȝ. Factũ eſt autẽ cũ hec di-
ceret: extollens vocẽ quedã mulier de turba dixit
illi. Beatus venter qui te portavit: et ubera q̃
ſuxiſti. At ille dixit. Quinymmo beati qui
audiunt verbũ dei: et cuſtodiũt illud. Turbis
cõcurrẽtibȝ cepit dicere. Generatio hec generatio
neqȝ ẽ: ſignũ querit et ſignũ nõ dabit̃ ei niſi ſig-
nũ ione. Nã ſicut fuit ionas ſignũ ninivitis:
ita erit filius hoĩs generacõi iſti. Regina auſ-
tri ſurget ĩ iudicio· cũ viris generacõis huius et
cõdemnabit illos: quia venit a finibȝ terre audi-
re ſapiẽtiã ſalomonis. Et ecce plus qȝ ſalomon
hic. Viri ninivite ſurgẽt ĩ iudicio cũ generacõe
hac et cõdemnabũt illã: quia penitentiã egerũt
in predicacõne ione. Et ecce plus qȝ iona hic.
Nemo lucernã accẽdit et ĩ abſcõdito ponit ne-
qȝ ſub modio ſed ſupra cãdelabrũ: ut qui ingre-
diunt̃ lumẽ videãt. Lucerna corporis tui ẽ ocu-
lus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex· totum
corpus tuum lucidum erit: ſi autẽ neqȝ fuerit.

etiam corpus tuũ tenebroſum erit. Vide ergo
ne lumẽ quod ĩ te ẽ tenebre ſint. Si ergo corpus
tuũ totũ lucidũ fuerit· nõ habens aliquã partẽ
tenebrarũ: erit lucidũ totũ. Et ſicut lucerna ful=
goris illuminabit te. Et cum loqueretur: rogauit
illũ quidã phariſeus ut prãderet apud ſe. Ihe=
ſus autẽ ingreſſus recubuit. Phariſeus autẽ
cepit intra ſe reputãs dicere: quare nõ baptiza=
tus eſſet ante prãdiũ. Et ait dñs ad illũ. Nũc
vos phariſei quod de foris eſt calicis· et catini
mũdatis: quod aũt intus ẽ veſtrũ· plenũ eſt ra=
pina et iniquitate. Stulti: nõne qui fecit quod
de foris ẽ· etiã id quod de intus ẽ fecit? Verũta=
mẽ quod ſupeſt date elimoſinã: et ecce oĩa mũ=
da ſũt vobis. Sed ve vobis phariſeis qui deci=
matis mẽtam et rutã et omne olus: et preteritis
iudiciũ et caritatẽ dei. Hec autẽ oportuit facere:
et illa non omittere. Ve vobis phariſeis: quia
diligitis primas cathedras ĩ ſynagogis· et ſalu=
tacões ĩ foro. Ve vobis quia eſtis ut monu=
mẽta que nõ apparẽt: et hoĩes ambulãtes ſupra·
neſciũt. Reſpondens autẽ quidã ex legiſperitis
ait illi. Magiſter: hec dicẽs etiã cõtumeliã no=
bis facis. At ille ait. Et vobis legiſperitis ve:
quia oneratis hoĩes oneribꝫ que portare nõ poſ=
ſũt. et ipĩ vno digito veſtro nõ tãgitis ſarcinas.
bens vidit lintheamina ſola poſita: et abijt ſecū
mirās qđ factū fuerat. Et ecce duo ex illis ibant
ipa die ī caſtellū quod erat ī ſpacio ſtadioꝝ ſexa:
ginta ab ihrl'm noīe emmaus: et ipi loquebant̄
ad inuicē de hijs om̄ibꝫ que acciderāt. Et factū ē
dum fabularent̄ et ſecū q̄rerēt: et ipe iheſus ap:
propinquās ibat cū illis. Oculi autē illoꝝ tene:
bant̄: ne eū agnoſcerent. Et ait ad illos. Qui
ſūt hij ſermones quos cōfertis ad inuicem am:
bulantes: et eſtis triſtes? Et reſpondens vnus

cui nomē cleo··

cui nomen cleophas: dixit ei. Tu ſolus pere-
grinus es ĩ iheruſalē. et nõ cognouiſti que facta
ſũt in illa hijs diebꝰ: Quibꝰ ille dixit. Que?
Et dixerũt. De iheſu nazareno qui fuit vir ꝓ-
pheta: potēs ĩ opere et ſermone: corã deo et omĩ
ꝑplo. Et quomõ eũ tradiderũt ſũmi ſacerdotes et
pricipes nr̃i ĩ dampnacõez mortis: et crucifixerũt
eũ. Nos aũt ſperabamus: quia ipe eſſet redemp
turus iſrl̃. Et nũc ſup hec oĩa tercia dies ē̃ hodie:
ꝙ hec facta ſũt. Sed et mulieres quedã ex nr̃is ter-
ruerũt nos: q̃ ante lucē fuerũt ad monumẽtũ:
et nõ inuẽto corpore eius: venerũt dicẽtes ſe etiã
viſionē angeloꝝ vidiſſe: qui dicũt eũ viuere. Et
abierũt quidã ex nr̃is ad monumẽtũ: et ita in-
uenerũt ſicut mulieres dixerũt: ipm vero nõ in-
uenerunt. Et ipe dixit ad eos. O ſtulti et tardi
corde ad credẽdũ ĩ oĩbꝰ q̃ locuti ſũt ꝓphete. Nõ-
ne hec oportuit pati criſtũ: et ita intrare ĩ gloriã
ſuã: Et incipiēs a moyſe et oĩbꝰ ꝓphetis: interp̃-
tabat̃ illis ĩ omĩbꝰ ſcripturis q̃ de ipo erãt. Et ap-
propinquauerũt caſtello quo ibãt: et ipe ſe finxit
lõgius ire. Et coegerũt illũ dicẽtes. Mane no-
biſcũ quõ aduesperaſcit: et inclinata eſt iã dies.
Et intrauit cũ illis. Et factũ ē dũ recũberet cũ
eis accepit panē: et benedixit ac fregit: et porrige
bat illis. Et apti ſũt ocl̃i eoꝝ: et cognouerũt eũ:
et ipe euanuit ex ocl̃is eoꝝ. Et dixerũt ad inui-
cē. Nõne cor nr̃m ardēs erat ĩ nobis dũ loque-
ret̃ ĩ via: et aperiret nobis ſcripturas: Et ſurgē-
tes eadē hora regreſſi ſũt in ihrl̃m: et inuenerũt
cõgregatos vndecĩ: et eos qui cũ illis erãt dicẽtes
ꝙ ſurrexit dñs vere. et apparuit ſimoni. Et ipſi
narrabãt q̃ geſta erãt ĩ via: et quomõ cognoue-
rũt eũ ĩ fraccõe panis. Dũ autē hec locũt̃: ſtetit
iheſus in medio eoꝝ et dixit. Pax vobis. Ego
ſũ: nolite timere. Cõturbati vero et cõterriti: ex-
iſtimabãt ſe ſpiritũ videre. Et dixit eis. Quid
turbati eſtis: et cogitacões aſcẽdũt ĩ corda veſtra:
Videte manus meas et pedes: quia ego ipe ſũ.
Palpate et videte: quia ſpiritus carnē et oſſa
nõ habet: ſicut me videtis habere. Et cũ hoc dix-
iſſet: oſtẽdit eis manus et pedes. Adhuc aũt il-
lis nõ credẽtibꝰ et mirãtibꝰ p̃ gaudio: dixit. Ha-
betis hic aliq̃d quod mãducet̃: At illi obtulerũt
ei partē piſcis aſſi: et fauũ mellis. Et cũ mãdu-
caſſet corã eis: ſumēs reliquias dedit eis. Et dix-
it ad eos. Hec ſũt verba que locutus ſũ ad vos cũ
adhuc eſſē vobiſcũ: quõ neceſſe ē impleri omĩa q̃
ſcripta ſunt in lege moyſi et ꝓphetis et pſalmis
de me. Tunc aperuit illis ſenſũ: ut intelligerẽt
ſcripturas/ et dixit eis. Quoniã ſic ſcriptũ eſt:
et ſic oportebat criſtũ pati et reſurgere a mortuis
tercia die: et p̃dicare ĩ noĩe eius penitentiã et re-
miſſionē peccatoꝝ in omĩes gẽtes: incipiẽtibꝰ ab
iheroſolima. Vos autē teſtes eſtis hoꝝ. Et ego
mittã ꝓmiſſũ patris mei ĩ vos: vos autē ſedete
ĩ ciuitate: quoadusq̃ induamini v̓tute ex alto.
Eduxit aũt eos foras ĩ bethaniã: et eleuatis ma-
nibus ſuis benedixit eis. Et factũ eſt dũ benedi-
ceret illis receſſit ab eis: et ferebat̃ ĩ celũ. Et ipſi
adorãtes regreſſi ſũt in ihrl̃m cũ gaudio mag-
no: et erãt ſemp ĩ templo laudãtes et benedicẽtes
deũ amen.

Incipit prologus in evangeliũ bti Johĩs apli.

Hic eſt iohannes euangeliſta vnus
ex diſcipulis dñi: qui virgo a deo
electus eſt: quē de nuptijs volentē
nubere vocauit deus. Cui virgini-
tatis ĩ hoc duplex teſtimoniũ dat̃ in euãgelio: ꝙ
et p̃ ceteris dilectus a deo dicit̃: et huic matrē ſuã
de cruce cõmẽdauit dñs: ut virginē virgo ſerua-
ret. Deniq̃ manifeſtãs ĩ euãgelio ꝙ erat ipe in-
corruptibilis verbi opus inchoans: ſolus verbũ
carnē factũ eſſe: nec lumē a tenebris cõprehenſũ
fuiſſe teſtat̃: primũ ſignũ ponēs qd̃ ĩ nuptijs fe-
cit dñs oſtẽdēs ꝙ ipe erat: ut legẽtibꝰ demõſtraret
ꝙ vbi dñs inuitatus ſit deficere nuptiarũ vinũ
debeat: et veteribꝰ immutatis: noua omĩa que
a criſto inſtituunt̃ appareãt. Hoc autē euãgeliũ
ſcripſit ĩ aſia: poſtea q̃ȝ in pathmos inſula apo-
calipſim ſcripſerat: ut cui in principio canonis
incorruptibile principiũ p̃notat̃ ĩ geneſi: ei etiã
incorruptibilis finis p̃ virginē ĩ apocalipſi redde-
ret̃ dicẽte criſto ego ſũ alpha et o. Et hic ē iohã-
nes: qui ſciens ſupueniſſe diē receſſus ſui: Cõuo-
catis diſcipulis ſuis ĩ epheſo: per multa ſignoꝝ ex-
perimẽta ꝓmens criſtũ deſcendēs ĩ defoſſũ ſepul-
ture ſue locũ facta oracõne: poſitus eſt ad patres
ſuos: tam extraneus a dolore mortis q̃ȝ a corrup-
cõne carnis inuenit̃ alienus. Tamē poſt omĩes
euãgeliũ ſcripſit: et hoc virgini debebat̃. Quoꝝ
tamē uel ſcriptoꝝ temporis diſpoſitio: uel libroꝝ
ordinatio ideo a nobis per ſingula nõ exponit̃:
ut ſciendi deſiderio collato et querentibꝰ fructus
laboris: et deo magiſterij doctrina ſeruetur.

Incipit evangelium ſcdm Johannem.

In principio erat verbū: et verbum erat apud
deū: et deus erat verbū. Hoc erat ī principio apud
deū. Omnia per ipm̄ facta ſūt: et ſine ipſo factū
eſt nichil. Quod factum eſt ī ipſo vita erat: et
vita erat lux hoīm: et lux ī tenebris lucet. et te-
nebre eā nō cōprehenderūt. Fuit homo miſſus
a deo: cui nomē erat iohānes. Hic venit ī teſti-
moniū ut teſtimoniū perhiberet de lumine: ut
oēs crederēt p illū. Nō erat ille lux: ſed ut teſ
timoniū phiberet de lumine. Erat lux vera: que
illuminat omnē hoīem venientē in hūc mūdū.
In mūdo erat: et mūdus per ipm̄ factus eſt: et
mūdus eū nō cognovit. In ppria venit: et ſui
eū nō receperūt. Quotquot aūt receperūt eū. dedit
eis poteſtatē filios dei fieri: hijs qui credūt ī noīe
eius. Qui nō ex ſāguinibꝫ neqꝫ ex volūtate car-
nis. neqꝫ ex volūtate viri: ſed ex deo nati ſūt. Et
verbū caro factū eſt: et habitavit in nobis. Et
vidimus gloriā eius. gloriā q̄ſi unigeniti a prē:
plenū gratie et veritatis. Iohannes teſtimoniū
phibet de ipo: et clamat dicēs. Hic erat quē dixi:
qui poſt me venturus eſt. ante me factus ē: quia
prior me erat. Et de plenitudine eius nos oēs
accepimus et gratiā p gratia: quia lex per moy-
ſen data ē: gracia et veritas per iheſū criſtū facta
eſt. Deū nemo vidit unq̄. Unigenitus filius
qui ē in ſinu patris: ipe enarravit. Et hoc ē teſti
moniū iohānis: quādo miſerūt iudei ab ihero-
ſolimis ſacerdotes et levitas ad eū ut interroga-
rēt eū. Tu q̄s es? Et cōfeſſus ē: et nō negavit.
Et cōfeſſus ē: quia nō ſū ego criſtus. Et inter-
rogaverūt eum. Quid ergo? Helias es tu? Et
dixit. Nō ſū. Propheta es tu? Et reſpōdit.
Non. Dixerūt ergo ei. Quis es ut reſponſū
demus hijs qui miſerūt nos? Quid dicis de te-
ipo? Ait. Ego vox clamātis in deſerto dirigite
viā dnī: ſicut dixit yſaias pphēta. Et qui miſſi
fuerāt erāt ex phariſeis. Et interrogaverūt eū:
et dixerūt ei. Quid ergo baptizas: ſi tu non es
criſtus: neqꝫ helias neqꝫ ppheta? Reſpondit eis
iohānes dicēs. Ego baptizo ī aqua: medius aūt
veſtrū ſtetit quē vos neſcitis. Ipe ē qui poſt me
venturus ē qui ante me factus ē: cuius ego nō ſū
dignus ut ſolvā eius corrigiā calciamēti. Hec ī
bethania facta ſūt trās iordanen: ubi erat iohā-
nes baptizās. Altera die vidit iohānes iheſum
venientē ad ſe: et ait. Ecce agnus dei: ecce qui
tollit peccata mūdi. Hic eſt de quo dixi. Poſt
me venit vir qui ante me factus eſt quia prior
me erat: et ego neſciebam eum. Sed ut mani-
feſtet ī iſrl': ppterea veni ego ī aqua baptizans.
Et teſtimoniū phibuit iohannes dicēs. Quia
vidi ſpiritū deſcēdentem q̄ſi columbā de celo: et
mānſit ſup eū. Et ego neſciebā eū: ſed qui miſit
me baptizare ī aqua: ille michi dixit. Sup quē
videris ſpiritū deſcēdentē. et manentē ſup eū: hic
eſt qui baptizat ī ſpiritu ſācto. Et ego vidi et teſ
timoniū phibui: quia hic ē filius dei. Altera
die iterū ſtabat iohānes: et ex diſcipulis eius duo.
Et reſpiciēs iheſū ābulantē dixit. Ecce agnus
dei. Et audierūt eū duo diſcipuli loquētem: et
ſecuti ſūt iheſū. Cōverſus autē iheſus. et vidēs
eos ſequētes ſe: dicit eis. Quid queritis? Qui
dixerūt ei. Rabbi quod dicit interpretatū ma-
giſter: ubi habitas? Dicit eis. Venite et vide-
te. Venerūt et viderunt ubi maneret: et apud
eū mānſerūt die illo. Hora autē erat q̄ſi decima.
Erat aūt andreas frater ſimonis petri. unus ex
duobꝫ qui audierat a iohanne: et ſecuti fuerāt
eū. Invenit hic primū fratrē ſuū ſimonē: et di-
cit ei. Invenimus meſſiā: quod ē interpretatū
criſtus. Et adduxit eū ad iheſū. Intuitus aūt
eū iheſus dixit. Tu es ſimon filius iohanna:
tu vocaberis cephas. quod interptatur petrus. In
craſtinū voluit exire ī galileā: et invenit philip-
pum. Et dicit ei iheſus. Sequere me. Erat aūt
philippus a bethſaida civitate andree et petri.
Invenit philippus nathanahel: et dicit ei.
Quē ſcripſit moyſes in lege et pphete: inveni-
mus iheſum filiū ioſeph a nazareth. Et dixit ei
nathanahel. A nazareth poteſt aliqd boni eſſe.
Dicit ei philippus. Veni et vide. Vidit iheſus
nathanahel venientem ad ſe: et dicit de eo. Ecce
vere iſrahelita: ī quo dolus nō eſt. Dicit ei na-
thanahel. Unde me noſti? Reſpōdit iheſus et
dixit ei. Priuſq̄ te philippus vocaret cū eſſes
ſub ficu vidi te. Reſpōdit ei nathanahel et ait.
Rabbi. tu es filius dei: tu es rex iſrahel. Re-
ſpōdit iheſus: et dixit ei. Quia dixi tibi vidi te
ſub ficu credis: maius hijs videbis. Et dicit ei.
Amē amē dico vobis: videbitis celū apertū: et
angelos dei aſcendentes et deſcēdentes ſupra filiū
hoīs.

II. Cap.

Et die tercia nuptie facte
ſūt in chana galilee: et erat mater iheſu
ibi. Vocatus ē aūt et iheſus et diſcipuli eius ad
nuptias. Et deficiēte vino: dicit mater iheſu ad
eū. Vinū nō habēt. Et dicit ei iheſus. Quid
michi et tibi eſt mulier? Nondum venit hora

mea. Dicit mater eius miniſtris. Quodcūq
dixerit vobis facite. Erāt autē ibi lapidee ydrie
ſex poſite ſcḋm purificationē iudeoꝝ: capientes
ſingle metretas binas uel ternas. Dicit eis ihe-
ſus. Implete ydrias aqua. Et impleuerūt eas
uſq ad ſummum. Et dicit eis iheſus. Haurite
nūc: et ferte architriclino. Et tulerūt. Vt autē
guſtauit architriclinus aquā vinū factā et non
ſciebat vnde eſſet: miniſtri autē ſciebāt qui hau-
rierāt aquā: vocāt ſponſū architriclinus et dicit
ei. Omnis homo primū bonū vinū ponit: et cū
inebriati fuerint tūc id quod deterius ē: tu autē
ſeruaſti bonū vinū uſq adhuc. Hoc fecit iniciū
ſignoꝝ iheſus in chana galilee: et manifeſtauit
gloriam ſuā: et crediderūt in eū diſcipuli eius.
Poſt hoc deſcēdit capharnaū ipſe et mater eius.
et fratres eius. et diſcipuli eius. et ibi manſerūt
nō multis diebꝫ. Et ꝓpe erat paſcha iudeoꝝ: et aſ-
cēdit iheſus iheroſolimā: et inuenit in tēplo vē-
dētes boues et oues et colūbas. et nūmularios ſe-
dētes. Et cū feciſſet q̄ſi flagellū de funiclis oēs
eiecit de tēplo: oues q̄ꝫ et boues. et nūmulariorū
effudit es: et mēſas ſubuertit. Et hijs q̄ colūbas
vēdebāt dixit. Auferte iſta hinc: et nolite face-
re domū pr̄is mei domū negotiacōis. Recor-
dati ſūt vero diſcipuli eius. quia ſcriptū eſt: zelus
domus tue comedit me. Reſpōderūt ergo iudei
et dixerūt ei. Quod ſignū oſtēdis nobis q̄a hec
facis? Reſpōdit iheſus: et dixit eis. Soluite tē-
plū hoc: et ī tribꝫ diebꝫ excitabo illud. Dixerūt
ergo iudei. Quadraginta et ſex annis edificatū
eſt tēplū hoc. et tu in tribꝫ diebꝫ excitabis illud?
Ille autē dicebat de tēplo corporis ſui. Cū ergo
reſurrexiſſet a mortuis. recordati ſunt diſcipuli
eius quia hoc dicebat: et crediderūt ſcripture: et
ſermoni quē dixit iheſus. Cū autē eſſet iheroſo-
limis ī paſcha ī die feſto: multi crediderūt ī noīe
eius videntes ſigna eius que faciebat. Ipſe autē
iheſus nō credebat ſemetipm eis. eo q ipſe noſſet
oēs: et q̄a opus ei nō erat. ut quis teſtimoniū
perhiberet de hoīe. Ipſe enī ſciebat q̄d eſſet ī hoīe.

Erat aūt homo ex phariſeis. III. Cap.
nychodemus noīe: princeps iudeoꝝ. Hic
venit ad iheſum nocte: et dixit ei. Rabbi: ſci-
mus quia a deo veniſti magiſter. Nemo enim
poteſt hec ſigna facere q̄ tu facis: niſi fuerit deus
cū eo. Reſpōdit iheſus: et dixit ei. Amē amē
dico tibi: niſi quis renatus fuerit denuo: nō po-
teſt videre regnū dei. Dicit ad eū nycodemus.
Quomodo poteſt homo naſci cum ſit ſenex?
Nūquid poteſt ī ventrē matris ſue iterato in-
troire et renaſci? Reſpōdit iheſus. Amē amē
dico tibi: niſi quis renatus fuerit ex aqua et ſpi-
ritu ſācto: nō poteſt introire ī regnū dei. Quod
natū eſt ex carne caro ē: et q̄d natū eſt ex ſpiritu
ſpiritus ē. Non mireris quia dixi tibi: oportet
vos naſci denuo. Spiritus vbi vult ſpirat: et
vocē eius audis: ſed neſcis vnde veniat aut quo
vadat. Sic ē oīs qui natus ē ex ſpiritu. Re-
ſpōdit nycodemus: et dixit ei. Quomō poſſūt
hec fieri? Reſpondit iheſus: et dixit ei. Tu es
magiſter ī iſrl' et hec ignoras? Amen amē dico
tibi: quia quod ſcimus loquimur. et q̄d vidimus
teſtamur: et teſtimoniū noſtrū nō accipitis. Si
terrena dixi vobis et nō creditis: quomō ſi dix-
ero vobis celeſtia credetis? Et nemo aſcēdit ī celū
niſi qui deſcēdit de celo: filius hoīs qui ē in celo.
Et ſicut moyſes exaltauit ſerpentē ī deſerto. ita
exaltari oportet filiū hoīs: ut oīs qui credit in
ipo nō pereat: ſꝫ habeat vitā eternā. Sic enī deus
dilexit mundū ut filiū ſuū vnigenitū daret: ut
oīs qui credit in eū nō pereat: ſed habeat vitā
eternā. Nō enī miſit deus filiū ſuū in mundū
ut iudicet mūdū: ſed ut ſaluet̄ mūdus ꝑ ipm.
Qui credit ī eū nō iudicat̄. Qui autē nō cre-
dit iā iudicatus ē: quia nō credit ī noīe vnige-
niti filij dei. Hoc ē autē iudiciū: quia lux venit
in mundū: et dilexerūt hoīes magis tenebras q̄
lucē. Erāt enī eoꝝ mala opa. Oīs enī q̄ male
agit odit lucē: et nō venit ad lucē: ut nō argu-
ant̄ opa eius. Qui autē facit veritatē venit ad
lucē ut manifeſtent̄ opa eius: q̄a a deo ſūt facta.
Poſt hec venit iheſus et diſcipuli eius in iudeā
terrā: et illic morabat̄ cū eis et baptizabat. Erat
autē et iohānes baptizās ī enon iuxta ſalim: q̄a
aque multe erāt illic. et veniebāt et baptizabant̄.
Nondū enī miſſus fuerat iohānes in carcerē.
Facta eſt autē queſtio ex diſcipulis iohānis cū
iudeis de purificacōe. Et venerūt ad iohannē:
et dixerūt ei. Rabbi: q̄ erat tecū trās iordanen.
cui tu teſtimoniū ꝑhibuiſti: ecce hic baptizat: et
oēs veniūt ad eū. Reſpōdit iohānes et dixit.
Non poteſt homo accipere quicq̄: niſi fuerit ei
datū de celo. Ipſi vos michi teſtimoniū ꝑhibetis
q̄ dixerim. nō ſū ego criſtus: ſed quia miſſus ſū
ante illū. Qui habet ſponſā ſpōſus eſt: amicus
autē ſponſi qui ſtat et audit eū. gaudio gaudet
propter vocē ſponſi. Hoc ergo gaudium meum

impletum eſt. Illum oportet creſcere: me autē
minui. Qui deſurſū venit ſup oīes ē. Qui
eſt de terra de terra ē et de terra loquit̄: qui de celo
venit ſup oīes ē. Et quod vidit et audiuit hoc
teſtatur: & teſtimonium eius nemo accipit.
Qui autē acceperit eius teſtimoniū ſignauit:
quia deus verax ē. Quē enī miſit deus · verba
dei loquit̄. Nō enī ad mēſurā dat deus ſpiritū.
Pater diligit filiū: et oīa dedit in manu eius.
Qui credit in filiū habet vitā eternā: qui autē
incredulus ē filio · nō videbit vitā: ſʒ ira dei ma:
Ut ergo cognouit ·IIII·ca· net ſup eū.
ihesus quia audierūt phariſei q̄ ihesus
plures diſcipulos facit et baptizat q̄ʒ iohannes:
quāq̄ʒ ihesus nō baptizaret ſed diſcipuli eius: re:
liquit iudeā et abijt iteꝝ in galileā. Oportebat
aūt eū trāſire p ſamariā. Venit ergo ī ciuitatē
ſamarie que dicit̄ ſychar: iuxta p̄diū quod dedit
iacob ioſeph filio ſuo. Erat aūt ibi fons iacob.
Ihesus autē fatigatus ex itinere · ſedebat ſic ſup̄
fontē. Hora aūt erat q̄ſi ſexta. Venit mulier de
ſamaria haurire aquam. Dicit ei ihesus. Da
michi bibere. Diſcipuli enī eius abierāt ī ciui:
tatē ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa
ſamaritana. Quomōtu iudeus cū ſis bibere a
me poſcis: q̄ ſū mulier ſamaritana? Nō enī co
utuntur iudei ſamaritanis. Reſpōdit ihesus: et
dixit ei. Si ſcires donū dei · et quis eſt q̄ dicit tibi
da michi bibere: tu forſitan petiſſes ab eo: et de:
diſſet tibi aquā viuā. Dicit ei mulier. Dn̄e:
neq̄ʒ in quo haurias habes: et puteus altus eſt.
Unde ergo habes aquā viuam? Nūquid tu
maior es p̄re nr̄o iacob qui dedit nobis puteū:
et ipſe ex eo bibit · & filij eius · & pecora eius?
Reſpōdit ihesus: et dixit ei. Oīs qui bibit ex
aqua hac ſitiet iteꝝ. Qui autē biberit ex aqua
quā ego dabo ei · nō ſitiet ī eternū: ſed aqua quā
ego dabo ei · fiet ī eo fons aque ſalientis ī vitā eter
nam. Dicit ad eū mulier. Dn̄e da michi hanc
aquā: ut nō ſitiā neq̄ʒ veniā huc haurire. Di:
cit ei ihesus. Vade voca virū tuū: et veni huc.
Reſpōdit mulier et dixit. Nō habeo virum.
Dicit ei ihesus. Bene dixiſti: q̄a nō habeo viꝝ.
Quinq̄ʒ enī viros habuiſti: et nūc quē habes nō
eſt tuus vir. Hoc vere dixiſti. Dicit ei mulier.
Dn̄e: video quia ꝑpheta es tu. Patres nr̄i in
mōte hoc adorauerūt: et vos dicitis quia iheroſo:
limis eſt locus vbi adorare oportet. Dicit ei ihe:
ſus. Mulier crede michi: q̄a veniet hora quando
neq̄ʒ in monte hoc · neq̄ʒ in iheroſolimis adora:
rabitis patrē. Vos adoratis quod neſcitis: nos
adoramus quod ſcimus: quia ſalus ex iudeis ē.
Sed venit hora et nūc eſt: quādo veri adoratores
adorabūt patrē in ſpiritu et veritate. Nam et
pater tales querit: q̄ adorēt eū. Spiritus ē deus:
et eos qui adorāt eū in ſpiritu et veritate oportet
adorare. Dicit ei mulier. Scio q̄a meſſias venit:
qui dicit̄ criſtus cū ergo venerit: ille nobis an:
nūciabit oīa. Dicit ei ihesus. Ego ſū: q̄ loquor
tecū. Et cōtinuo venerūt diſcipuli eius: et mira
bant̄ quia cū muliere loquebat̄. Nemo tamen
dixit: quid queris aut q̄d loqueris cū ea. Reli:
quit ergo ydriā ſuā mulier: et abijt ī ciuitatē: et
dicit illis hoīb;. Venite et videte hoīeʒ qui dixit
michi oīa quecūq̄ʒ feci. Nūquid ipſe ē criſtus?
Exierūt de ciuitate: et veniebāt ad eū. Interea
rogabāt eū diſcipli dicētes. Rabbi māduca.
Ille autē dixit eis. Ego cibū habeo māducare
quē vos neſcitis. Dicebāt ergo diſcipuli ad in:
uicē. Nūquid aliq̄s attulit ei māducare? Di:
cit ei ihesus. Meus cib; eſt · ut faciā voluntatē
eius qui miſit me: ut ꝑficiā opus eius. Nōne
vos dicitis q̄ adhuc quatuor mēſes ſūt et meſſis
venit? Ecce dico vobis: leuate oculos veſtros et
videte regiones: quia albe ſūt iam ad meſſē. Et
q̄ metit mercedē accipit et cōgregat fructū ī vitā
eternā: ut et qui ſeminat ſimul gaudeat et qui
metit. In hoc enī ē verbū veꝝ: quia alius ē qui
ſeminat: & alius eſt qui metit. Ego miſi vos
metere: q̄d vos nō laboraſtis. Alij laborauerūt:
et vos ī labores eoꝝ introiſtis. Ex ciuitate autē
illa mlti crediderūt ī eū ſamaritanoꝝ ꝑpter ver:
bū mulieris teſtimoniū ꝑhibētis: q̄a dixit michi
oīa quecūq̄ʒ feci. Cū veniſſēt ergo ad illū ſa:
maritani · rogauerūt eū ut ibi maneret. Et
māſit ibi duos dies. Et mlto plures crediderūt
ꝑpter ſermonē eius. Et mulieri dicebant: quia
nō ꝑpter tuā loquelā credimus. Ipi enī audiui
mus et ſcimus: quia hic ē vere ſaluator mūdi.
Poſt duos autē dies exijt inde: et abijt ī gali:
leā. Ipe enī ihesus teſtimoniū perhibuit: quia
ꝑpheta in ſua patria honorē nō habet. Cū ergo
veniſſet in galileā exceperūt eū galilei: cū oīa
vidiſſēt que fecerat iheroſolimis in die feſto. Et
ipi enī venerāt ad diē feſtū. Venit ergo iteꝝ in
chana galilee: vbi fecit aquā vinū. Et erat qui:
dā regulus cuius filius infirmabat̄ capharna:
um. Hic cum audiſſet quia ihesus adueniret a

iudea in galileam abijt ad eum: et rogabat eũ.
ut deſcẽderet et ſanaret filiũ eius. Incipiebat eni
mori. Dixit ergo ihesus ad eũ. Niſi ſigna et
ꝓdigia videritis nõ creditis. Dicit ad eũ regu-
lus. Dñe: deſcẽde priuſq̃ moriat̃ filius meus.
Dicit ei ihesus. Vade: filius tuus viuit. Credi
dit homo ſermoni quẽ dixit ei ihesus: & ibat.
Iã autẽ eo deſcẽdente ſerui occurrerũt ei: et nũ-
ciauerũt dicẽtes: quia filius eius viueret. Inter
rogabat ergo horã ab eis ĩ qua melius habuerit.
Et dixerũt ei: quia heri hora ſeptima reliquit eũ
febris. Cognouit ergo pater quia illa hora erat
ĩ qua dixit ei ihesus filius tuus viuit: et credidit
ipſe: et domus eius tota. Hoc iteꝝ ſcḋm ſignũ fe-
cit ihesus: cũ veniſſet a iudea ĩ galileã. V.

Poſt hec erat dies feſtus iudeoꝝ: et aſcẽdit
ihesus iheroſolimã. Eſt autẽ iheroſoli-
mis ꝓbatica piſcina que cognoĩat̃ hebraice
bethſaida: quinq̃ porticus habẽs. In hijs iacebat
multitudo magna lãguẽtiũ cecoꝝ et claudoꝝ ari-
doꝝ: expectãtiũ aque motũ. Angelus autẽ dñi
deſcẽdebat ſecundũ tẽpus ĩ piſcinã: et mouebat̃
aqua. Et qui primus deſcẽdiſſet in piſcinã poſt
motionẽ aque: ſanus fiebat a quacũq̃ detinebat̃
infirmitate. Erat aũt quidã homo ibi triginta
et octo annos habẽs ĩ infirmitate ſua. Hũc cũ vi
diſſet ihesus iacentẽ: et cognouiſſet q̈a iã multũ
tẽpus haberet dicit ei. Vis ſanus fieri? Reſpõ-
dit ei lãguidus. Dñe: hoĩem nõ habeo ut cũ tur
bata fuerit aqua mittat me in piſcinã. Dũ ve-
nio enim ego: alius ante me deſcẽdit. Dicit ei
ihesus. Surge: tolle grabatũ tuũ & ambula.
Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille: et ſuſtulit
grabatũ ſuũ et ambulabat. Erat autẽ ſabbatũ
ĩ die illo dicebãt ergo iudei illi q̇ ſanatus fuerat.
Sabbatũ eſt: non licet tibi tollere grabatũ tuũ.
Reſpondit eis. Qui me ſanũ fecit ille michi
dixit: tolle grabatũ tuũ et ambula. Interroga
uerũt ergo eũ. Quis ẽ ille homo: qui dixit tibi
tolle grabatũ tuũ et ambula? Is aũt qui ſanus
fuerat effectus neſciebat quis eſſet. Ihesus enĩ
declinauit a turba cõſtituta ĩ loco. Poſtea in-
uenit eũ ihesus in tẽplo: et dixit ille. Ecce ſanus
factus es: iã noli peccare · ne deterius tibi aliq̇d
cõtingat. Abijt ille homo: et nunciauit iudeis
quia ihesus eſſet: qui fecit eũ ſanũ. Propterea
pſequebant̃ iudei ihesũ: quia hec faciebat ĩ ſab-
bato. Ihesus autẽ reſpondit eis. Pater meus
uſq̃ modo operatur: et ego operor. Propterea
ergo magis querebãt eũ iudei interficere: quia
nõ ſolũ ſoluebat ſabbatũ: ſ; et patrẽ ſuũ dicebat
deũ equalẽ ſe faciẽs deo. Reſpõdit itaq̃ ihesus:
et dixit eis. Amẽ amẽ dico vobis: nõ poteſt fi-
lius a ſe facere quicq̃: niſi quod viderit patrẽ fa-
ciẽtẽ. Quecũq̃ enĩ ille fecerit: hec et filius ſimi-
liter facit. Pater enĩ diligit filiũ · et omnia de-
mõſtrat ei · q̃ ipſe facit: et maiora hijs demõſtra-
bit ei opera · ut vos miremini. Sicut enĩ pater
ſuſcitat mortuos et viuificat: ſic & filius quos
vult viuificat. Neq̃ enĩ pater iudicat quenq̃:
ſed oĩne iudiciũ dedit filio: ut oẽs honorificẽt
filiũ · ſicut honorificãt patrẽ. Qui nõ honorifi-
cat filiũ: nõ honorificat patrem qui miſit illũ.
Amen amẽ dico vobis: q̈a qui verbũ meũ au
dit et credit ei qui miſit me: habet vitã eternã.
Et ĩ iudiciũ nõ venit: ſed trãſiet a morte ĩ vitã.
Amen amẽ dico vobis: quia venit hora et nũc
eſt quãdo mortui audiẽt vocẽ filij dei: et qui au-
dierint viuẽt. Sicut enĩ pater habet vitam in ſe
metipſo: ſic dedit et filio habere vitã in ſemetipſo.
Et poteſtatẽ dedit ei & iudiciũ facere: q̈a filius
hoĩs ẽ. Nolite mirari hoc: quia venit hora ĩ qua
oẽs qui ĩ monumẽtis ſũt audiẽt vocẽ filij dei:
et ꝓcedẽt qui bona fecerũt in reſurrectionẽ vite:
qui vero mala egerũt in reſurrectionẽ iudicij.
Nõ poſſum ego a meipſo facere quicq̃. Sicut
audio iudico: et iudiciũ meũ iuſtũ eſt: quia nõ
quero volũtatẽ meã · ſed volũtatẽ eius qui miſit
me. Si ego teſtimoniũ perhibeo de me teſtimo-
niũ meũ nõ ẽ veꝝ. Alius ẽ qui teſtimoniũ per-
hibet de me: et ſcio quia veꝝ eſt teſtimoniũ eius
quod ꝑhibet de me. Vos miſiſtis ad iohannẽ:
et teſtimoniũ ꝑhibuit veritati. Ego autẽ nõ ab
hoĩe teſtimoniũ accipio: ſed hec dico: ut vos ſal-
ui ſitis. Ille erat lucerna ardens et lucẽs. Vos
autẽ voluiſtis ad horã exultare ĩ luce eius. Ego
autẽ habeo teſtimoniũ maius iohanne. Opera
enĩ que dedit michi pater ut ꝑficiã ea: ipſa opa
que ego facio teſtimoniũ ꝑhibẽt de me: q̈a pater
miſit me. Et q̇ miſit me pater ipſe teſtimoniũ
ꝑhibuit de me. Neq̃ vocẽ eius unq̃ audiſtis:
neq̃ ſpeciẽ eius vidiſtis. Et verbũ eius nõ habe-
tis ĩ vobis manẽs: quia quẽ miſit ille huic vos
non creditis. Scrutamini ſcripturas: quia vos
putatis ĩ ipſis vitã eternã habere. Et ille ſũt qui
teſtimoniũ ꝑhibẽt de me: et nõ vultis venire ad
me ut vitã habeatis. Claritatẽ ab hoĩb; nõ acci-
pio: ſed cognoui vos: quia dilectionem dei non

habetis in vobis. Ego veni in noīe patris mei:
et nō accepiſtis me. Si alius venerit ī noīe ſuo:
illū accipietis. Quomō vos poteſtis credere qui
gloriā ab inuicē accipitis: et gloriā que a ſolo deo
eſt nō queritis? Nolite putare quia ego accu-
ſaturus ſim vos apud patrem. Eſt qui accuſat
vos: moyſes ī quo vos ſperatis. Si enī crederetis
moyſi: crederetis forſitan et michi. De me enī
ille ſcripſit. Si autē illius litteris non creditis:
quomodo meis verbis creditis? VI CAP

Poſt hec abijt iheſus trans mare galilee:
quod ē tyberiadis. Et ſequebat̄ eū multi-
tudo magna: q̄a videbāt ſigna que faciebat ſup
hijs q̄ infirmabāt. Subijt ergo ī mōtem iheſus:
et ibi ſedebat cū diſcipl'is ſuis. Erat aūt pximū
paſcha: dies feſtus iudeoꝝ. Cū ſubleuaſſet ergo
oc'los iheſus. et vidiſſet quia m'titudo maxima
venit ad eū: dicit ad philippū. Vnde ememus
panes ut māducēt hij? Hoc autē dicebat tēptās
eū. Ipſe enī ſciebat qḋ eſſet facturus. Reſpōdit
ei philippus. Ducētoꝝ denarioꝝ panes nō ſuffi-
ciunt eis: ut vnuſquiſq; modicū quid accipiat.
Dicit ei vnus ex diſcipulis eius andreas frater
ſimonis petri. Eſt puer vnus hic: q̄ habet quinq;
panes ordeaceos et duos piſces. Sed hec quid ſūt
inter tantos? Dicit ergo iheſus. Facite hoīes
diſcūbere. Erat autē fenū multū ī loco. Diſcu-
buerūt ergo viri. numero q̄ſi quinq; milia. Ac-
cepit ergo iheſus panes: et cū gratias egiſſet diſ-
tribuit diſcūbētib;. Similiter et ex piſcib; quātū
volebant. Vt autē impleti ſūt: dixit diſcipulis
ſuis. Colligite q̄ ſupauerāt fragmēta ne pereāt.
Collegerunt ergo: et impleuerūt duodecim co-
phinos fragmentoꝝ ex quinq; panib; ordeaceis et
duob; piſcib;: q̄ ſupfuerūt hijs q̄ māducauerāt.
Illi ergo hoīes cū vidiſſent quod fecerat ſignū di-
cebāt. Quia hic ē vere pphēta: qui venturus ē in
mūdū. Iheſus ergo cū cognouiſſet quia venturi
eſſent ut raperēt eū et facerēt eū regē: fugit iteꝝ in
montē ipſe ſolus. Vt aūt ſero factū ē: deſcēderūt
diſcipuli eius ad mare. Et cū aſcēdiſſēt nauim:
venerūt trans mare ī caphanaū. Et tenebre iā
facte erant: et nō venerat ad eos iheſus. Mare
aūt vēto magno flāte exurgebat. Cū remigaſ-
ſēt ergo q̄ſi ſtadia viginti quinq; aut triginta: vi-
dēt iheſū ambulantē ſup mare. et pximū naui
fieri: et timuerunt. Ille aūt dicit eis. Ego ſū:
nolite timere. Voluerūt ergo accipere eū ī na-
uim: et ſtatim nauis fuit ad terrā quā ibant.

Altera die turba que ſtabat trans mare. vidit
quia nauicula alia nō erat ibi niſi vna: et quia
nō introiſſet cū diſcipulis ſuis iheſus ī nauim:
ſed ſoli diſcipuli eius abiſſēt. Alie vero ſupue-
nerūt naues a tyberiade iuxta locū vbi mādu-
cauerāt panē: gratias agētes deo. Cū ergo vidiſ-
ſet turba quia iheſus nō eſſet ibi neq; diſcipuli
eius aſcēderūt ī nauiclas: et venerūt capharnaū
querētes iheſū. Et cū inueniſſēt eū trans mare:
dixerūt ei. Rabbi. quādo huc veniſti? Reſpō-
dit eis iheſus: et dixit. Amen amē dico vobis:
queritis me nō quia vidiſtis ſigna. ſed q̄a man-
ducaſtis ex panib; et ſaturati eſtis. Operamini
nō cibū qui perit: ſ; qui pmanet ī vitā eternā:
quē filius hoīs dabit vobis. Hūc enī pater ſigna
uit deus. Dixerunt ergo ad eum. Quid facie-
mus: ut operemur opa dei? Reſpōdit iheſus: et
dixit eis. Hoc eſt opus dei: ut credatis in eū quē
miſit ille. Dixerūt ergo ei. Quod ergo tu fa-
cis ſignū: ut videamus et credamus tibi? Quid
operaris? Patres noſtri māducauerūt māna
in deſerto: ſicut ſcriptū ē. Panē de celo dedit eis
māducare. Dixit ergo eis iheſus. Amē amen
dico vobis: nō moyſes dedit vobis panē de celo:
ſ; pater meus dat vobis panē de celo veꝝ. Pa-
nis enī dei ē q̄ de celo deſcēdit: et dat vitā mūdo.
Dixerūt ergo ad eū. Dn̄e ſemp da nobis panē
hūc. Dixit autē eis iheſus. Ego ſū panis vite.
Qui venit ad me nō eſuriet: et qui credidit in
me nō ſitiet vnq̄. Sed dixi vobis: q̄a et vidiſtis
me: et nō crediſtis. Omne qḋ dat michi pater
ad me veniet: et eū qui venit ad me nō eiciā fo-
ras: q̄a deſcēdi de celo nō ut faciā volūtatē meā
ſed volūtatē eius qui miſit me. Hec ē enī volūtas
eius qui miſit me patris: ut omē qḋ dedit michi
nō perdā ex eo: ſ; reſuſcitē illud ī nouiſſimo die.
Hec ē enī volūtas pr̄is mei qui miſit me: ut oīs
qui videt filiū et credit ī eū habeat vitā eternā: et
ego reſuſcitabo eū ī nouiſſimo die. Murmura-
bāt ergo iudei de illo. quia dixiſſet ego ſū panis
viuus: q̄ de celo deſcēdi. Et dicebāt. Nōne hic ē
filius ioſeph cuius nos nouimus patrē et ma-
trē? Quomō ergo dicit hic. q̄a de celo deſcēdi?
Reſpondit ergo iheſus: et dixit eis. Nolite
murmurare in inuicē. Nemo poteſt venire ad
me: niſi pater qui miſit me traxerit eū: et ego
reſuſcitabo eum ī nouiſſimo die. Eſt ſcriptum
in pphetis. Erūt omēs docibiles dei. Omīs qui
audiuit a patre et didicit venit ad me. Nō q̄a

patrē vidit quiſꝗ̃: niſi is qui eſt a deo: hic vidit
patrē. Amē amē dico vobis: qui credit ī me ha
bet vitā eternā. Ego ſū panis vite. Patres vr̄i
māducauerūt māna ī deſerto: et mortui ſunt.
Hic eſt panis de celo deſcendēs: ut ſi quis ex ipſo
māducauerit nō moriat̄. Ego ſū panis viuus:
qui de celo deſcēdi. Si quis māducauerit ex hoc
pane viuet ī eternū. Et panis quē ego dabo caro
mea eſt: ꝓ mūdi vita. Litigabāt ergo iudei ad
inuicē dicētes. Quomō poteſt hic nobis carnē
ſuā dare ad māducādū? Dixit ergo eis ihēſus.
Amē amē dico vobis: niſi māducaueritis car-
nē filij hoīs et biberitis eius ſāguinē: nō habebi-
tis vitā in vobis. Qui māducat meā carnē et
bibit meū ſāguinē: habet vitā eternā: et ego re-
ſuſcitabo eū ī nouiſſimo die. Caro enī mea vere
eſt cibꝰ: et ſāguis meus vere ē potus. Qui mā-
ducat meā carnē et bibit meū ſāguinē: in me
manet: et ego ī illo. Sicut miſit me viuēs pa-
ter et ego viuo ꝓpter patrē: et qui māducat me:
et ipſe viuet ꝓpter me. Hic ē panis qui de celo de-
ſcendit. Non ſicut māducauerūt patres veſtri
māna: et mortui ſūt. Qui māducat hūc pa-
nē: viuet ī eternū. Hec dixit ī ſynagoga docēs
ī capharnaū. Multi ergo audiētes ex diſcipulis
eius. Dixerūt durus ē hic ſermo. Et qs poteſt
eū audire? Sciēs autē ihēſus apud ſemetipm̄ qa
murmurarēt de hoc diſcipuli eius: dixit eis. Hoc
vos ſcādalizat? Si ergo videritis filiū hoīs aſcen-
dentē vbi erat prius? Spiritus ē qui viuificat:
caro nō ꝓdeſt quicꝗ̃. Verba que ego locutus ſū
vobis: ſpiritus et vita ſūt. Sed ſūt quidā ex vo-
bis qui non credūt. Sciebat enī ab initio ihēſus
qui eſſēt nō credētes: et quis traditurus eſſet eū.
Et dicebat. Propterea dixi vobis: quia nemo
poteſt venire ad me: niſi fuerit ei datū a patre
meo. Ex hoc multi diſcipl'oꝝ eius abierūt retro:
et iā nō cū illo ambulabāt. Dixit ergo ihēſus
ad duodecim. Nunquid et vos vultis abire?
Reſpōdit ergo ei ſymon petrus. Dn̄e: ad quē
ibimus? Verba vite eterne habes. Et nos credi-
dimus et cognouimus: quia tu es criſtus filius
dei. Reſpōdit eis ihēſus. Nōne ego vos duo-
decim elegi: et ex vobis vnus dyabolus ē? Dice-
bat aūt de iuda ſymonis ſcariothis. Hic enī erat
traditurus eū cū eſſet vnus ex duodeci. VII

Poſt hec aūt ambulabat ihēſus ī galileā.
Nō enī volebat ī iudeā ambulare: qa
querebant eum iudei interficere. Erat autem in
ꝓximo dies feſtus iudeoꝝ ſcenophegia. Dixerūt
aūt ad eū fr̄es eius. Trāſi hinc et vade ī iudeā:
ut et diſcipli tui videāt opa tua q̄ facis. Nemo
quippe ī occulto qd facit: et querit ipſe ī palā eſſe.
Si hec facit: manifeſta te ipm̄ mūdo. Neque
enī fratres eius credebāt in eum. Dicit ergo eis
ihēſus. Tempus meū nondū aduenit: tēpus
aūt veſtrū ſemp eſt paratū. Nō poteſt mūdus
odiſſe vos. Me autē odit: quia ego teſtimoniū
ꝑhibeo de illo: qa opa eius mala ſūt. Vos aſcē-
dite ad diē feſtū hūc. Ego nō aſcēdā ad diē feſtū
iſtū: quia meū tēpus nondū impletū eſt. Hec
cū dixiſſet: ipſe māſit ī galilea. Vt aūt aſcēderūt
fratres eius: tūc et ipſe aſcēdit ad diē feſtū nō ma
nifeſte: ſed q̄ſi ī occulto. Iudei ergo querebāt eū
in die feſto: et dicebāt. Vbi ē ille? Et murmur
multus de eo erat ī turba. Quidā enī dicebāt qa
bonus eſt: alij dicebant nō: ſed ſeducit turbas.
Nemo tamē palā loquebat̄ de illo: ꝓpter metū
iudeoꝝ. Iā aūt die feſto mediāte: aſcēdit ihēſus
ī templū et docebat. Et mirabant̄ iudei dicētes.
Quomō hic litteras ſcit cū nō didicerit? Re-
ſpōdit eis ihēſus: et dixit. Mea doctrina nō eſt
mea: ſ; eius qui miſit me. Si quis voluerit vo-
lūtatē eius facere: cognoſcet de doctrina: vtrū ex
deo ſit: an ego a me ipſo loquar. Qui a ſemet-
ipſo loquit̄ gloriā ꝓpriā querit. Qui aūt querit
gloriā eius q̄ miſit eū: hic verax ē: et iniuſticia
in illo nō eſt. Nōne moyſes dedit vobis legē?
Et nemo ex vobis facit legē. Quid me queri-
tis interficere? Reſpōdit turba et dixit. Demo
niū habes. Quis te querit interficere? Reſpō-
dit ihēſus: et dixit eis. Vnū opus feci: et oēs
miramini. Propterea moyſes dedit vobis cir-
cūciſionē: nō quia ex moyſe ē: ſed ex patribꝰ. Et
in ſabbato circūciditis hoīem. Si circūciſionem
accipit homo ī ſabbato ut nō ſoluat̄ lex moyſi:
michi indignamini quia totū hoīem ſanū feci
in ſabbato. Nolite iudicare ſcd̄m faciē: ſ; iuſtū
iudiciū iudicate. Dicebāt ergo quidā ex iheroſo
limis. Nōne hic ē quē querūt interficere? Ecce
palam loquit̄: et nichil ei dicūt. Nūquid vere
cognouerūt pricipes quia hic ē criſtus? Sed hūc
ſcimus vnde ſit: criſtus aūt cū venerit: nemo ſcit
vnde ſit. Clamabat ergo ihēſus in tēplo docēs et
dicēs. Et me ſcitis: et vnde ſim ſcitis: et a meipſo
nō veni: ſed ē verus q̄ miſit me quē vos neſcitis.
Ego ſcio eū: et ſi dixero qa neſcio eū: ero ſimilis
vobis mēdax. Sed ſcio eum: quia ab ipſo ſum:

et ipſe me miſit. Querebāt ergo eū apprehēdere:
et nemo miſit ī illū manus: quia nondū vene:
rat hora eius. De turba autē multi crediderūt in
eū. Et dicebāt. Criſtus cū venerit: nūquid plura
ſigna faciet ꝗ̄ que hic facit? Audierūt phariſei
turbā murmurantē de illo hec: et miſerūt prin:
cipes et phariſei miniſtros ut apprehēderēt ihesū.
Dixit ergo eis ihesus. Adhuc modicū tempus
vobiſcū ſū: et vado ad eū qui me miſit. Que:
retis me et nō invenietis: et vbi ſū ego vos non
poteſtis venire. Dixerūt ergo iudei ad ſemetip:
ſos. Quo hic iturus eſt· quia nō inveniemus
eū? Nūquid ī diſpſionē gentiū iturus ē· et doc
turus gētes? Quis ē hic ſermo quē dixit· quere
tis me et nō invenietis: et vbi ſū ego vos nō po:
teſtis venire? In noviſſimo autem die magno
feſtivitatis ſtabat ihesus: et clamabat dicēs. Si
quis ſitit: veniat ad me et bibat. Qui credit ī
me ſicut dicit ſcriptura: flumina de ventre eius
fluēt aque vive. Hoc autē dixit de ſpiritu: quē
accepturi erāt credētes ī eū. Nondū enī erat ſpi
ritus datus: quia ihesus nondū erat glīficatus.
Ex illa ergo turba cū audiſſēt hos ſermones eius
dicebāt. Hic ē vere pphēta. Alij dicebāt. Hic eſt
criſtus. Quidā autē dicebāt. Nūquid a galilea
venit criſtus? Nōne ſcriptura dicit: quia ex ſe:
mine david· et de bethleē caſtello vbi erat david
venit criſtus? Diſſenſio itaqꝫ facta eſt in turba
ppter eū. Quidā autē ex ipſis volebāt apprehē:
dere eū: ſꝫ nemo miſit ſup eū manus. Venerūt
ergo miniſtri ad pontifices et phariſeos: et dixe:
rūt eis illi. Quare nō adduxiſtis eū? Reſpō:
derūt miniſtri. Nūquā ſic locutus eſt homo:
ſicut hic homo. Reſpōderūt ergo eis phariſei.
Nunquid et vos seducti eſtis? Nūquid ex prin:
cipibꝰ aliquis credit ī eū: aut ex phariſeis? Sed
turba hec q̄ nō novit legē: maledicti ſūt. Dixit
nycodemus ad eos: ille qui venit ad eū nocte: q̄
vnus erat ex ipſis. Nūquid lex noſtra iudicat
hoīem: niſi prius audierit ab ipſo et cognoverit
quid faciat? Reſpōderūt: et dixerūt ei. Nūquid
et tu galileus es? Scrutare ſcripturas et vide: quia
a galilea propheta non ſurgit. Et reverſi ſunt
vnuſquiſqꝫ in domum ſuam. VIII C[illegible]
Ihesus aūt perrexit ī montē oliveti: et diluculo iterū
venit in tēplū et oīs pplus venit ad eū: et ſedēs
docebat eos. Adducūt aūt ſcribe et phariſei mu
lierē dephenſā in adulterio: et ſtatuerūt eā ī me:
dio: et dixerūt ei. Magiſter: hec mulier modo
dephenſa eſt ī adulterio. In lege autē moyſes
mādavit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo
quid dicis? Hoc aūt dicebāt temptātes eū: ut poſſēt
accuſare eū. Ihesus autē inclinās ſe deorſū: di:
gito ſcribebat ī terra. Cū ergo pſeverarēt inter:
rogātes: erexit ſe et dixit eis. Qui ſine peccato
eſt veſtrū primus ī illā lapidē mittat. Et iterū ſe
inclinans ſcribebat in terrā. Audiētes autē hec
vnus poſt vnū exibāt incipientes a ſenioribꝰ: et
remāſit ſolus ihesus: et mulier in medio ſtans.
Erigēs autē ſe ihesus: dixit ei. Mulier: vbi ſūt
qui te accuſabāt? Nemo te cōdemnavit? Que
dixit. Nemo dn̄e. Dixit aūt ihesus. Nec ego
te cōdemnabo. Vade: et iā āplius noli peccare
Iterū ergo locutus ē eis ihesus dicēs. Ego ſū lux
mūdi. Qui ſequit̄ me nō ambulat ī tenebris:
ſꝫ habebit lumē vite. Dixerūt ergo ei phariſei.
Tu de teipſo teſtimoniū phibes: teſtimoniū tuū
nō eſt verū. Reſpōdit ihesus: et dixit eis. Et ſi
ego teſtimoniū phibeo de meipſo· verū ē teſtimo:
niū meū: quia ſcio vnde veni et quo vado. Vos
aūt neſcitis vnde venio: aut quo vado. Vos aūt
ſcdm carnē iudicatis: ego nō iudico quēq̄ꝫ. Et
ſi iudico ego· iudiciū meū verū ē: quia ſolus nō
ſū: ſꝫ et ego et qui miſit me pater. Et ī lege vr̄a
ſcriptū eſt: quia duorū hoīm teſtimoniū verū eſt.
Ego ſū qui teſtimoniū phibeo de meipſo: et teſ:
timoniū phibet de me qui miſit me pater. Di
cebāt ergo ei. Vbi ē pater tuus? Reſpōdit ihe:
ſus. Neqꝫ me ſcitis: neqꝫ patrem meū. Si me
ſciretis: forſitan et patrē meū ſciretis. Hec verba
locutus ē ihesus ī gazophilacio: docēs ī templo.
Et nemo apprehēdit eū: quia necdū venerat hora
eius. Dixit ergo iterū eis ihesus. Ego vado: et
queretis me: et ī peccato vr̄o moriemini. Quo
ego vado· vos nō poteſtis venire. Dicebāt ergo
iudei. Nūquid interficiet ſemetipſum: quia dicit
quo ego vado vos nō poteſtis venire? Et dicebat
eis. Vos de deorſū eſtis ego de ſupnis ſū. Vos de
mūdo hoc eſtis· ego nō ſū de hoc mūdo. Dixi er:
go vobis: quia moriemini in peccatis vr̄is. Si enī
nō credideritis quia ego ſū: moriemini ī peccato
veſtro. Dicebāt ergo ei. Tu quis es? Dicit eis
ihesus. Principiū: qui et loquor vobis. Mul:
ta habeo de vobis loqui et iudicare: ſed qui me
miſit verax ē: et ego que audivi ab eo hec loquor
in mūdo. Et nō cognoverūt: quia patrē eius dice
bat deū. Dixit ergo eis ihesus. Cū exaltaveritis
filium hominis tūc cognoſcetis quia ego ſum:

& a meipſo facio nichil: ſed ſic docuit me pater
hec loquor. Et qui me miſit mecū eſt: et nō re-
liquit me ſolū: quia ego que placita ſūt ei facio
ſemp. Hec illo loquēte: multi crediderūt in eū.
Dicebat ergo iheſus ad eos qui crediderūt ei iu-
deos. Si vos māſeritis ī ſermone meo vere diſ-
cipuli mei eritis: et cognoſcetis veritatē: et veri-
tas liberabit vos. Reſpōderūt ei. Semē abrahe
ſumus: et nemini ſeruiuimus vnq̄. Quomō
tu dicis liberi eritis? Reſpōdit eis iheſus. Amē
amē dico vobis: q̄a omīs qui facit pcīm ſeruus
ē peccati. Seruus autē nō manet ī domo ī eter-
nū: filius manet ī eternū. Si ergo vos filius li-
berauerit: vere liberi eritis. Scio q̄a filij abrahe
eſtis: ſed queritis me interficere: q̄a ſermo meus
nō capit ī vobis. Ego quod vidi apud patrē lo-
quor: et vos q̄ vidiſtis apud patrē veſtrū facitis.
Reſpōderūt et dixerūt ei. Pater noſter abra-
hā ē. Dicit eis iheſus. Si filij abrahe eſtis: opa
abrahe facite. Nūc aūt queritis me interficere:
hoīez qui veritatē vobis locutus ſū: quā audiui
a deo. Hoc abraham nō fecit. Vos facitis opera
patris veſtri. Dixerūt itaqz ei. Nos ex forni-
catione non ſumus nati. Vnū patrē habemus
deū. Dixit ergo eis iheſus. Si deus pater veſter
eſſet. Diligeretis vtiqz me. Ego enī ex deo pceſ-
ſi et veni. Neqz enī a meipſo veni: ſed ille me
miſit. Quare loquelā meam nō cognoſcitis?
Quia nō poteſtis audire ſermonē meū. Vos
ex patre dyabolo eſtis: & deſideria patris veſtri
vultis facere. Ille homicida erat ab inicio: et in
veritate non ſtetit: quia non eſt veritas in eo.
Cū loquit̄ mēdaciū ex ppriis loquit̄: q̄a mēdax
eſt et pater eius. Ego aūt quia veritatē dico: nō
creditis michi. Quis ex vobis arguet me de
peccato? Si veritatē dico: quare vos nō creditis
michi? Qui ē ex deo: verba dei audit. Prop-
terea vos nō auditis: quia ex deo nō eſtis. Re-
ſponderūt ergo iudei: et dixerūt ei. Nōne bene
dicimus nos q̄a ſamaritanus es tu et demoniū
habes? Reſpōdit iheſus. Ego demoniū nō ha-
beo: ſed honorifico patrē meū: et vos inhonoraſ-
tis me. Ego autē nō quero gloriā meā. Eſt qui
querat et iudicet. Amen amē dico vobis: ſi q̄s
ſermonē meū ſeruauerit mortē nō videbit ī eter
nū. Dixerūt ergo iudei. Nūc cognouimus:
quia demoniū habes. Abrahā mortuus ē et p-
phete: et tu dicis ſi quis ſermonē meū ſeruauerit
nō guſtabit mortē ī eternū? Nūquid tu maior
es patre noſtro abraham qui mortuus eſt? Et
pphete mortui ſūt. Quē teipm facis? Reſpō-
dit iheſus. Si ego glorifico meipm: gloria mea
nichil ē. Eſt pater meus qui glorificat me: quē
vos dicitis quia deus noſter ē et nō cognouiſtis
eū. Ego autē noui eū. Et ſi dixero quia nō ſcio
eū: ero ſimilis vobis mēdax. Sed ſcio eū: et ſer-
monē eius ſeruo. Abrahā pater veſter exulta-
uit ut videret diē meū: et vidit: et gauiſus eſt.
Dixerūt ergo iudei ad eū. Quīquaginta an-
nos nōdum habes: et abrahā vidiſti? Dixit eis
iheſus. Amē amē dico vobis: anteq̄ abraham
fieret ego ſū. Tulerūt ergo lapides ut iacerent
ī eū. Iheſus autē abſcōdit ſe: et exiuit de tēplo.

IX

Et pteriens iheſus vidit
hoīem cecū a natiuitate: et interrogaue-
runt eū diſcipuli eius. Rabbi quis peccauit.
hic aut parētes eius: ut cecus naſceret̄? Reſpō-
dit iheſus. Neqz hic peccauit neqz parētes eius:
ſed ut manifeſtent̄ opera dei ī illo. Me oportet
operari opera eius qui miſit me donec dies eſt.
Venit nox: quādo nemo poteſt opari. Quā-
diu ſū ī mūdo lux ſū mūdi. Hoc cū dixiſſet ex-
ſpuit ī terrā et fecit lutū ex ſputo: et liniuit lu-
tū ſup oculos eius: et dixit ei. Vade laua ī na-
tatoria ſyloe: quod interptat̄ miſſus. Abijt er-
go et lauit: et venit vidēs. Itaqz vicini et qui vi-
derāt eū prius q̄a mēdicus erat dicebāt. Nōne
hic ē qui ſedebat et mēdicabat? Alij dicebāt q̄a
hic ē: alij autē nequaq̄: ſed ſimilis ē eius. Ille
vero dicebat: q̄a ego ſū. Dicebāt ergo ei. Quo-
mō aperti ſūt tibi oculi? Reſpōdit. Ille homo
qui dicit̄ iheſus lutū fecit: et vnxit oclos meos:
et dixit michi. Vade ad natatoriā ſyloe: et la-
ua. Et abij: & laui et video. Et dixerunt ei.
Vbi ē ille? Ait. Neſcio. Adducūt eum ad
phariſeos qui cecus fuerat. Erat autē ſabbatū
quando lutū fecit iheſus: et aperuit oculos eius.
Iterū ergo interrogabāt eū phariſei quomō vi-
diſſet. Ille autē dixit eis. Lutum michi poſuit
ſup oclos: et laui et video. Dicebāt ergo ex pha-
riſeis quidā. Nō eſt hic homo a deo: q̄ ſabbatū
nō cuſtodit. Alij aūt dicebāt. Quomō poteſt
homo peccator hec ſigna facere? Et ſciſma erat ī-
ter eos. Dicūt ergo ceco iterū. Tu quid dicis de
eo qui aperuit oclos tuos? Ille autē dixit: quia
pphetā ē. Nō crediderūt ergo iudei de illo quia
cecus fuiſſet et vidiſſet: donec vocauerūt parētes
eius qui viderat: et interrogauerūt eos dicētes.

Hic eſt filius veſter: quē vos dicitis quia cecus
natus ē? Quomō ergo nūc videt? Reſpōde-
rūt eis parētes eius: et dixerūt. Scimus quia hic
eſt filius noſter: et qȝ cecus natus ē. Quomō
aūt nūc videat neſcimus: aut quis eius aperuit
oculos nos neſcimus. Ipſum interrogate. Etatē
habet: ipſe de ſe loquat̄. Hec dixerūt parētes eius:
q̄ timebāt iudeos. Iam enī cōſpirauerāt iudei:
ut ſi quis eū cōfiteret̄ eſſe criſtū extra ſynagogā
fieret. Propterea parentes eius dixerūt: quia
etatē habet: ipſum interrogate. Vocauerūt ergo
rurſū hoīem qui fuerat cecus: et dixerūt ei. Da
gloriā deo. Nos ſcimus quia hic homo peccator
eſt. Dixit ergo eis ille. Si peccator ē neſcio: vnū
ſcio: quia cecus cū eſſem: modo video. Dixerūt
ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit
tibi oculos? Reſpōdit eis. Dixi vobis iam: et
audiſtis. Quid iteꝝ vultis audire? Nūquid
et vos vultis diſcipuli eius fieri? Maledixerūt
ergo ei: et dixerūt. Tu diſcipulus illius ſis: nos
autē moyſi diſcipuli ſumus. Nos ſcimus quia
moyſi locutus eſt deus: hūc autē neſcimus vnde
ſit. Reſpondit ille homo: et dixit eis. In hoc
enī mirabile ē qȝ vos neſcitis vnde ſit: et aperuit
meos oclos. Scimus autē quia peccatores deus
nō audit: ſed ſi quis dei cultor ē et volūtatē eius
facit: hūc exaudit. A ſeculo nō ē auditū: quia
quis apuit oclos ceci nati. Niſi eſſet hic a deo:
nō poterat facere quicq̄. Reſpōderūt: et dixe-
runt ei. In peccatis natus es totus: et tu doces
nos? Et eiecerunt eū foras. Audiuit iheſus qȝ
eiecerūt eum foras: et cū inueniſſet eū dixit ei.
Tu credis in filiū dei? Reſpōdit ille et dixit.
Quis ē dn̄e ut credā in eū? Et dixit ei iheſus.
Et vidiſti eū: et q̄ loquit̄ tecū ipſe ē. At ille ait.
Credo dn̄e. Et ꝓcidens adorauit eū. Et dixit ei
iheſus. In iudiciū ego ī hūc mūdū veni: ut q̄
nō vidēt videāt: et qui vidēt ceci fiant. Et audi-
erūt quidā ex phariſeis q̄ cū ipſo erāt: et dixerūt
ei. Nūqd et nos ceci ſumus? Dixit eis iheſus.
Si ceci eſſetis nō haberetis peccatū. Nūc vero
dicitis qȝ videmus: pcm̄ vrm̄ manet. X

Amen amē dico vobis: qui nō intrat per
hoſtiū ī ouile ſȝ aſcēdit aliūde: ille fur ē et
latro. Qui aūt intrat p hoſtiū: paſtor ē ouiū.
Huic hoſtiarius apit: et oues vocē eius audiūt.
Et ꝓprias oues vocat noīatim: et educit eas.
Et cum ꝓprias oues emiſerit ante eas vadit: et
oues illū ſequūtur: qȝ ſciūt vocē eius. Alienū
autē nō ſequunt̄: ſed fugiūt ab eo: quia nō no-
uerūt vocem alienorum. Hoc prouerbium dix-
it eis iheſus. Illi autem nō cognouerunt quid
loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum iheſus.
Amē amē dico vobis: quia ego ſum hoſtium
ouiū. Omnes quotq̄t venerūt fures ſūt et latro-
nes: ſed nō audierūt eos oues. Ego ſū hoſtiū.
Per me ſi q̄s introierit ſaluabit̄: et ingrediet̄
et egrediet̄: et paſcua inueniet. Fur nō venit:
niſi ut furet̄ et mactet et ꝑdat. Ego veni ut vi-
tā habeāt: et abūdantius habeāt. Ego ſū paſtor
bonus. Bonus paſtor animā ſuā dat ꝓ ouib;
ſuis. Mercenarius autē et q̄ nō eſt paſtor cuius
nō ſūt oues ꝓprie: videt lupū venientē et dimit-
tit oues et fugit: et lupus rapit: et diſpgit oues.
Mercenarius aūt fugit quia mercenarius eſt:
et nō pertinet ad eū de ouib;. Ego ſū paſtor bo-
nus: et cognoſco meas: et cognoſcunt me mee.
Sicut nouit me pater: et ego agnoſco patrē: et
animā meā pono ꝓ ouib; meis. Et alias oues
habeo que nō ſūt ex hoc ouili: et illas oportet me
adducere et vocē meā audiēt: et fiet vnū ouile et
vnus paſtor. Propterea me pater diligit: quia
ego pono aīam meā: ut iteꝝ ſumā eā. Nemo
tollit eā a me: ſed ego pono eā a meipſo. Poteſ-
tatē habeo ponēdi eā: et poteſtatē habeo iteꝝ ſu-
mēdi eā. Hoc mādatū accepi a patre meo. Diſ-
ſenſio iteꝝ facta eſt inter iudeos: ꝓpter ſermones
hos. Dicebāt autē multi ex ipſis. Demoniū ha-
bet et inſanit. Quid eū auditis? Alij dicebāt.
Hec verba nō ſūt demoniū habētis. Nūquid de-
moniū poteſt cecoꝝ oclos apire? Facta ſūt aūt
encenia in iheroſolimis: et hyems erat. Et am-
bulabat iheſus ī templo in porticu ſalomonis.
Circūdederunt ergo eum iudei: et dicebāt ei.
Quouſq; aīam noſtrā tollis? Si tu es criſtus:
dic nobis palā. Reſpondit eis iheſus. Loquor
vobis: et nō creditis. Opera que ego facio ī noīe
pr̄is mei: hec teſtimoniū ꝑhibēt de me. Sed vos
nō creditis: quia nō eſtis ex ouib; meis. Oues
mee vocem meā audiūt: et ego cognoſco eas: et
ſequunt̄ me. Et ego vitā eternā do eis: et nō pe-
ribūt ī eternū: et nō rapiet eas quiſq; de manu
mea. Pater meus qđ dedit michi maius oīb;
eſt: et nemo poteſt rapere de manu patris mei.
Ego et pater vnū ſumus. Suſtulerunt lapides
iudei: ut lapidarēt eum. Reſpōdit eis iheſus.
Multa bona opera oſtendi vobis ex patre meo.
Propt̄ qđ eoꝝ opus me lapidatis? Rn̄derūt

ei iudei. De bono opere non lapidamus te·ſed
de blaſphemia: & quia tu homo cum ſis: facis
teipſum deum. Reſpōdit eis ihesus. Nonne
ſcriptū eſt ī lege veſtra quia ego dixi dij eſtis? Si
illos dixit deos ad quos ſermo dei factus ē·et nō
poteſt ſolui ſcriptura: quē pater ſanctificauit et
miſit ī mūdū vos dicitis quia blaſphemas quia
dixi filius dei ſū? Si nō facio opera patris mei:
nolite credere michi. Si autē facio: et ſi michi
nō vultis credere opibꝫ credite: ut cognoſcatis et
credatis·quia ī me ē pater·et ego ī patre. Que-
rebāt ergo eū apprehēdere: et exiuit de manibus
eoꝝ. Et abijt iteꝝ trās iordanem ī eum locū vbi
erat iohānes baptizās primū: et māſit illic. Et
multi venerūt ad eū et dicebāt: qa iohānes quidē
signum fecit nullū. Omnia autē quecūqꝫ dixit
iohānes de hoc vera erāt: et multi crediderūt ī eū.

Erat autē quidā languēs **XI** C[apitulum]
lazarus a bethania: de caſtello marie &
marthe ſoroꝝ eius. Maria autē erat que vnxit
dūm vnguēto·et extſit pedes eius capillis ſuis:
cuius frater lazarus infirmabat̄. Miſerūt ergo
ſorores eius ad eū dicētes. Dn̄e: ecce quē amas
infirmat̄. Audiēs autē ihesus: dixit eis. In-
firmitas hec nō eſt ad mortē·ſed pro gl'a dei: ut
glorificet̄ filius dei per eā. Diligebat aūt ihesus
martham: et ſororē eius mariā et lazaꝝ. Vt er-
go audiuit quia infirmabat̄: tūc quidē māſit ī
eodē loco duobꝫ diebꝫ. Deinde poſt hec dicit diſ-
cipulis ſuis. Eamus ī iudeā iteꝝ. Dicūt ei diſ-
cipuli. Rabbi nūc querebāt te iudei lapidare:
et iteꝝ vadis illuc? Reſpōdit ihesus. Nonne
duodecim ſūt hore diei? Si quis ambulauerit in
die nō offēdit: quia lucē huius mūdi videt. Si
autē ambulauerit in nocte offēdit: quia lux nō
eſt in eo. Hec ait: & poſt hec dicit eis. Lazarus
amicus noſter dormit: ſed vado ut a ſomno ex-
ſuſcitē eū. Dixerūt ergo diſcipuli eius. Dn̄e: ſi
dormit ſaluus erit. Dixerat aūt ihesus de morte
eius: illi aūt putauerūt qa de dormicōne ſomni
diceret. Tunc ergo ihesus dixit eis manifeſte.
Lazarus mortuus ē: et gaudeo ꝓpter vos ut cre-
datis: quī non erā ibi. Sed eamus ad eū. Dixit
ergo thomas qui dicit̄ didimus ad cōdiſcipulos.
Eamus et nos: et moriamur cū eo. Venit itaqꝫ
ihesus: et inuenit eū quatuor dies iā in monu-
mēto habentē. Erat autē bethania iuxta ihero-
ſolimā quaſi ſtadijs quindecim. Multi autē ex
iudeis venerāt ad marthā et mariā: ut cōſolarēt̄
eas de fratre ſuo. Martha ergo ut audiuit quia
ihesus venit occurrit illi: maria autē domi ſede-
bat. Dixit ergo martha ad ihesū. Dn̄e: ſi fuiſ-
ſes hic frater meus non fuiſſet mortuus. Sed et
nunc ſcio: qa quecūqꝫ popoſceris a deo dabit tibi
deus. Dicit illi ihesus. Reſurget frater tuus.
Dicit ei martha. Scio qa reſurget·ī reſurreccōe
ī nouiſſimo die. Dicit ei ihesus. Ego ſū reſur-
rectio et vita. Qui credit ī me etiā ſi mortuus
fuerit viuet: et oīs qui viuit et credit ī me: nō
morietur ī eternū. Credis hoc? Ait illi. Vtiqꝫ
dn̄e. Ego credidi quia tu es criſtus filius dei: q
in hūc mūdū veniſti. Et cū hec dixiſſet: abijt et
vocauit mariā ſororē ſuā ſilētio dicēs. Magiſter
adeſt: et vocat te. Illa ut audiuit ſurgit cito: et
venit ad eū. Nondū enī venerat ihesus ī caſtel-
lū: ſed erat adhuc ī illo loco vbi occurrerat ei mar-
tha. Iudei ergo qui erāt cū ea in domo et cōſo-
labant̄ eā cū vidiſſēt mariā quia cito ſurrexit et
exijt: ſecuti ſūt eā dicētes. Quia vadit ad mo-
numētū ut ploret ibi. Maria ergo cū veniſſet
vbi erat ihesus: videns eū cecidit ad pedes eius et
dixit ei. Dn̄e·ſi fuiſſes hic nō eſſet mortuus fra-
ter meus. Ihesus ergo ut vidit eam plorantē et
iudeos qui venerāt cū ea plorātes infremuit ſpi-
ritu: et turbauit ſeipſum et dixit. Vbi poſuiſtis
eū? Dicūt ei. Dn̄e: veni et vide. Et lacrima-
tus ē ihesus. Dixerūt ergo iudei. Ecce quomō
amabat eū. Quidā autē ex ipſis dixerūt. Nō
poterat hic q aperuit oculos ceci nati facere: ut hic
nō moreret̄? Ihesus ergo rurſū fremēs ī ſemet-
ipſo venit ad monumentū. Erat autē ſpelūca·
et lapis ſuppoſitus erat ei. Ait ihesus. Tollite
lapidē. Dicit ei martha ſoror eius·qui mortuus
fuerat dn̄e iā fetet: quadriduanus enī ē. Dicit
ei ihesus. Nōne dixi tibi: quī ſi credideris vide-
bis glaꝫ dei? Tulerūt ergo lapidē. Ihesus aūt
eleuatis ſurſū oculis dixit. Pater gratias ago
tibi quī audiſti me. Ego autē ſciebā quia ſemp
me audis: ſed ꝓpter ꝑplm qui circūſtat dixi: ut
credāt quia tu me miſiſti. Hec cū dixiſſet: voce
magna clamauit. Lazare veni foras. Et ſtatim
ꝓdijt q fuerat mortuus ligatus manus et pedes
inſtitis: et facies illius ſudario erat ligata. Dix-
eis ihesus. Soluite eū: et ſinite abire. Multi er-
go ex iudeis qui venerāt ad mariā et martham
et viderāt q fecit ihesus: crediderūt ī eū. Quidā
autē ex ipſis abierūt ad phariſeos: et dixerūt eis
que fecit ihesus. Collegerunt ergo pontifices et

phariſei cōcilium et dicebant. Quid facimus:
q̄a hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus
eū ſic: oīēs credēt in eū. Et veniēt romani: et
tollent locū noſtrū et gentē. Unus autē ex ipis
cayphas noīe: cū eſſet pontifex anni illius dixit
eis. Vos neſcitis quicq̄ nec cogitatis: q̄a expedit
vobis ut vnus moriat̄ homo p̄ p̄plo: et nō tota
gens pereat. Hoc autē a ſemetipo nō dixit: ſed cū
eſſet pontifex anni illius p̄phetauit: quia iheſus
moriturus erat p̄ gēte. Et nō tantū p̄ gēte: ſed
ut filios dei qui erāt diſpſi cōgregaret i vnum.
Ab illo ergo die cogitauerūt ut interficerēt eū.
Iheſus ergo iam nō in palā ambulabat apud
iudeos: ſed abijt i regionē iuxta deſertū in ciui-
tatē que dicit̄ effrem: et ibi morabat̄ cū diſcip̄lis
ſuis. Proximū autē erat paſcha iudeoꝝ. et aſcē-
derūt multi ieroſolimā de regione ante paſcha:
ut ſāctificarēt ſeipos. Querebāt ergo iheſū: et
colloquebant̄ ad inuicē in tēplo ſtantes. Quid
putatis quia nō venit ad diē feſtū iſtū? Dederāt
autē pōtifices et phariſei mādatū: ut ſi quis cog-
nouerit vbi ſit indicet: ut apprehendant eum.

Iheſus ergo ante ſex dies paſche XII
venit bethaniā vbi lazarus fuerat mortuus: quē
ſuſcitauit iheſus. Fecerūt autē ei cenam ibi et
martha miniſtrabat: lazarus vero vnus erat ex
diſcūbentib9 cū eo. Maria ergo accepit libram
vnguēti nardi piſtici p̄cioſi et vnxit pedes iheſu:
et exterſit pedes eius capillis ſuis: et domus im-
pleta eſt ex odore vnguēti. Dixit ergo vnus ex
diſcipulis eius iudas ſcariothis qui erat eū tradi-
turus. Quare hoc vnguentū nō venijt trecētis
denarijs: et datū ē egenis? Dixit aūt hoc nō q̄a
de egenis ptinebat ad eū ꝫ q̄a fur erat: et loculos
habēs ea q̄ mittebant̄ portabat. Dixit ergo ihe-
ſus. Sine illā: ut in diē ſepulture mee ſeruet il-
lud. Pauperes enī ſemper habetis vobiſcū: me
autē nō ſemp habetis. Cognouit ergo turba mul-
ta ex iudeis quia illic ē: et venerūt nō p̄pter iheſū
tantū: ꝫ ut lazarū viderēt quē ſuſcitauit a mor-
tuis. Cogitauerunt autē principes ſacerdotū ut
et lazarꝝ interficerēt: quia multi p̄pter illū abibāt
ex iudeis: et credebāt in iheſū. In craſtinū autē
turba multa q̄ venerat ad diē feſtū cū audiſſēt q̄a
venit iheſus ieroſolimā acceperūt ramos pal-
marꝝ: et p̄ceſſerūt obuiā ei et clamabāt: oſāna.
benedictus qui venit i noīe dn̄i rex iſrl'. Et in-
uenit iheſus aſellū: et ſedit ſuper eū ſicut ſcriptū
eſt. Noli timere filia ſyon: ecce rex tuus venit
ſedens ſup pullum aſine. Hec non cognouerūt
diſcipuli eius primū: ſed quādo glorificatus eſt
iheſus tūc recordati ſūt q̄a hec erāt ſcripta de eo:
et hec fecerūt ei. Teſtimoniū ergo p̄hibebat tur-
ba que erat cū eo quādo lazarꝝ vocauit de monu-
mēto: et ſuſcitauit eū a mortuis. Propterea et
obuiā venit ei turba: q̄a audierūt eū feciſſe hoc
ſignum. Phariſei ergo dixerūt ad ſemetipos.
videtis q̄a nichil p̄ficimus? Ecce mūdus totus
poſt eū abijt. Erāt aūt quidā gētiles ex hijs qui
aſcēderāt ut adorarēt i die feſto. Hij ergo acceſſe-
rūt ad philippū qui erat a bethſayda galilee: et
rogabāt eū dicētes. Dn̄e: volumus iheſū vide-
re. Venit philippus: et dicit andree. Andreas
rurſū et philippus dixerunt iheſu. Iheſus autē
reſpōdit eis dicēs. Venit hora ut clarificet̄ filius
hoīs. Amē amē dico vobis: niſi granū frumēti
cadēs in terrā mortuū fuerit: ipm ſolū manet.
Si autē mortuū fuerit: multū fructum affert.
Qui amat aīaꝫ ſuā: pdet eā. Et q̄ odit aīaꝫ ſuā
in hoc mūdo: i vitā eternā cuſtodit eā. Si quis
michi miniſtrat: me ſequat̄. Et vbi ſū ego: il-
lic et miniſter meus erit. Si quis michi miniſ-
trauerit: honorificabit eū pater meus. Nunc
aīa mea turbata ē. Et q̄d dicā? Pater ſaluifi-
ca me ex hac hora. Sed p̄pterea veni i horā hāc.
Pater clarifica nomē tuū. Venit ergo vox de
celo dicēs. Clarificaui: et iterꝝ clarificabo. Tur-
ba ergo q̄ ſtabat et audierat dicebat tonitruū eſſe
factū. Alij autē dicebāt. Angelus ei locutus
ē. Reſpōdit iheſus: et dixit. Nō p̄pter me hec
vox venit: ſed p̄pter vos. Nūc iudiciū ē mūdi.
Nūc princeps huius mūdi eiciet̄ foras. Et ego
ſi exaltatus fuero a t̄ra: oīa trahā ad meipm hoc
autē dicebat: ſignificās qua morte eſſet moritu-
rus. Reſpōdit ei turba. Nos audiuimus ex
lege. quia criſtus manet ī eternū. Et quomō tu
dicis oportet exaltari filiū hoīs? Et quis ē iſte fi-
lius hoīs? Dixit ergo eis iheſus. Adhuc modi-
cū lumē ī vobis ē. Ambulate dū lucē habetis:
ut nō tenebre vos cōprehēdāt. Et qui ambulat
ī tenebris: neſcit quo vadit. Dum lucē habetis
credite in lucē: ut filij lucis ſitis. Hec locutus eſt
iheſus: et abijt et abſcōdit ſe ab eis. Cū autē tāta
ſigna feciſſet corā eis nō credebāt ī eū: ut ſermo
yſaie impleret̄ quē dixit. Dn̄e quis credidit au-
ditui nr̄o: et brachiū dn̄i cui reuelatū ē? Prop-
terea nō poterāt credere: quia iterꝝ dixit yſaias.
Excecauit oculos eoꝝ et indurauit corꝫ eorum:

ut non videant oculis et intelligant corde et con
uertātur et ſanē eos. Hec dixit yſaias quādo vidit
gloriā eius: et locutus ē de eo. Verūtamen et ex
principibꝰ multi crediderūt in eū: ſed ꝓpter phari
ſeos nō cōfitebantur: ut de ſynagoga nō eicerentur.
Dilexerūt enī gloriā hoīm magis q̄ gloriā dei.
Iheſus autē clamauit et dixit. Qui credit in
me: nō credit ī me. ſed ī eū qui miſit me. Et q̄
videt me: videt eū q̄ miſit me. Ego lux ī mūdū
veni: ut oīs qui credit ī me ī tenebris nō ma
neat. Et ſi quis audierit verba mea et nō cuſ-
todierit: ego nō iudico eū. Nō enī veni ut iu-
dicē mūdū: ſed ut ſaluificē mūdū. Qui ſpnit
me et nō accipit verba mea: habet q̄ iudicet eū.
Sermo quē locutus ſū: ille iudicabit eū in no-
uiſſimo die. Quia ego ex meipſo nō ſum locu-
tus: ſed qui miſit me pater ipſe michi mādatū
dedit: quid dicā et quid loquar. Et ſcio: q̄a mā-
datū eius vita eterna ē. Que ergo ego loquor:
ſicut dixit michi pater ſic loquor. XIII.

Ante diē feſtū paſche: ſciēs iheſus q̄a venit
hora eius ut trāſeat ex hoc mūdo ad pa-
trē: cū dilexiſſet ſuos qui erāt ī mūdo: in finē di
lexit eos. Et cena facta cū dyabolus iā miſiſſet
in cor ut traderet eū iudas ſimonis ſcariothis: ſci
ens quia oīa dedit ei pater ī manus et quia a
deo exiuit et ad deū vadit: ſurgit a cena et ponit
veſtimēta ſua: et cū accepiſſet lintheū p̄cinxit ſe.
Deinde miſit aquā in peluim: et cepit lauare
pedes diſcipulorum: et extergere lintheo quo erat p̄-
cinctus. Venit ergo ad ſimonē petrū. Et dicit
ei petrus. Dn̄e tu michi lauas pedes? Reſpō-
dit iheſus: et dixit ei. Quod ego facio tu neſcis
modo: ſcies autē poſtea. Dicit ei petrus. Non
lauabis michi pedes ī eternū. Reſpōdit ei ihe-
ſus. Si nō lauero te: non habebis partē mecū.
Dicit ei ſimon petrus. Dn̄e: non tantū pedes
meos: ſed et manus et caput. Dicit ei iheſus.
Qui lotus ē nō indiget niſi ut pedes lauet: ſed
ē mūdus totus. Et vos mūdi eſtis: ſ; nō oēs.
Sciebat enī quiſnā eſſet qui traderet eū. Prop
terea dixit: nō eſtis mūdi oēs. Poſtq̄ ergo
lauit pedes eorum accepit veſtimēta ſua: et cū recu
buiſſet iterum dixit eis. Scitis quid fecerim vobis?
Vos vocatis me mgr̄ et dn̄e: et bene dicitis. Sū
etenī. Si ergo ego laui pedes veſtros dn̄s et ma-
giſter: et vos debetis alter alterius lauare pedes.
Exemplum enī dedi vobis: ut quēadmodū ego
feci vobis ita et vos faciatis. Amen amen dico
vobis: non eſt ſeruus maior dn̄o ſuo: neq; apoſ-
tolus maior ē eo q̄ miſit illū. Si hec ſcitis: beati
eritis ſi feceritis ea. Nō de oībꝰ vobis dico. Ego
ſcio quos elegerim. Sed ut adimpleatur ſcriptu-
ra: qui mādu cat mecū panē leuabit cōtra me
calcaneū ſuū. Amodo dico vobis priuſq̄ fiat:
ut cū factū fuerit credatis q̄a ego ſū. Amē amē
dico vobis: q̄ accipit ſi quē miſero me accipit.
Qui autē me accipit: accipit eū qui me miſit.
Cū hec dixiſſet iheſus turbatus ē ſpiritu: et ꝓteſ
tatus ē et dixit. Amē amē dico vobis: q̄a vnus
ex vobis tradet me. Aſpiciebāt ergo ad inuicē
diſcipuli: heſitātes de quo diceret. Erat ergo re-
cūbens vnus ex diſcipulis ī ſinu iheſu: quē dili-
gebat iheſus. Innuit ergo huic ſimon petrus:
et dixit ei. Quis ē de quo dicit? Itaq; cū recu-
buiſſet ille ſupra pectus iheſu: dicit ei. Dn̄e q̄s
eſt? Reſpōdit iheſus. Ille ē: cui ego intinctū
panē porrexero. Et cū intinxiſſet panem: dedit
iude ſimonis ſcariothis. Et poſt bucellā introi-
uit ī eū ſathanas. Et dicit ei iheſus. Quod fa-
cis fac citius. Hoc aūt nemo ſciuit diſcūbentiū:
ad qd̄ dixerit ei. Quidā enī putabāt q̄a loculos
habebat iudas q; dixiſſet ei iheſus. eme ea q̄ opus
ſūt nobis ad diē feſtū: aut egenis ut aliquid da-
ret. Cū ergo accepiſſet ille bucellā: exiuit cōti-
nuo. Erat autē nox. Cū ergo exiſſet dixit ihe-
ſus. Nūc clarificatus ē filius hoīs: et deus cla-
rificatus eſt ī eo. Si deus clarificatus ē in eo: et
deus clarificabit eū ī ſemetipſo: et cōtinuo clarifi
cabit eū. Filioli: adhuc modicū vobiſcū ſū.
Queretis me: et ſicut dixi iudeis quo ego vado
vos non poteſtis venire. Et vobis dico modo.
Mandatū nouū do vobis: ut diligatis inuicē
ſicut dilexi vos: ut et vos diligatis inuicē. In
hoc cognoſcēt oēs q̄a diſcipuli eſtis mei: ſi dilec
tionem habueritis ad inuicē. Dicit ei ſimō petrus.
Dn̄e quo vadis? Reſpōdit iheſus. Quo ego
vado nō potes me modo ſequi: ſequeris aūt poſ-
tea. Dicit ei petrus. Quare nō poſſū te ſequi
modo? Animā meā ꝓ te ponā. Reſpōdit ei
iheſus. Aīam tuā ꝓ me pones? Amē amē dico
tibi: non cantabit gallus donec ter me neges.

Et ait diſcipulis ſuis. XIIII.
Nō turbetur cor vrm̄. Creditis ī deū: et ī
me credite. In domo pr̄is mei māſiones multe
ſūt. Si quo minus: dixiſſē vobis quia vado pa-
rare vobis locū. Et ſi abiero et p̄parauero vobis
locum: iterum venio et accipiam vos ad meipſum:

ut vbi ſū ego et vos ſitis. Et quo ego vado ſcitis:
et viā ſcitis. Dicit ei thomas. Dn̄e: neſcimus
quo vadis. Et quomō poſſumus viā ſcire? Di
cit ei ihesus. Ego ſum via. et veritas. & vita.
Nemo venit ad patrē niſi ꝑ me. Si cognouiſ-
ſetis me: & patrē meū utiq̄ cognouiſſetis. Et
amodo cognoſcetis eū: et vidiſtis eū. Dicit ei phi
lippus. Dn̄e: oſtende nobis patrē et ſufficit no-
bis. Dicit ei ihesus. Tanto tpe vobiſcū ſū et nō
cognouiſtis me? Philippe: q̄ videt me videt et
patrē. Quomodo tu dicis oſtēde nobis patrē?
Nō credis quia ego ī patre: et pater ī me eſt?
Verba q̄ ego loquor vobis. a meipō nō loquor.
Pater autē ī me manēs: ipē facit opera. Nō
creditis quia ego ī patre: et pater ī me ē? Alio-
quin ꝓpter opa ipā credite. Amē amē dico vo-
bis: q̄ credit ī me opa que ego facio et ipē faciet:
et maiora hoꝝ faciet. Quia ego ad patrē vado:
et qđcūq̄ petieritis patrē in noīe meo hec faciā:
ut glorificet̄ pater ī filio. Si quid petieritis me ī
noīe meo hec faciā. Si diligitis me: mandata
mea ſeruate. Et ego rogabo patrē et aliū para-
clitū dabit vobis ut maneat vobiſcū in eternū. ſpi
ritū veritatis: quē mūdus nō poteſt accipere: q̄a
nō videt eū nec ſcit eū. Vos aūt cognoſcitis eū:
quia apud vos manebit: et ī vobis erit. Non
relinquā vos orphanos: veniā ad vos. Adhuc
modicū: & mūdus me iā nō videt. Vos autē
videbitis me: quia ego viuo et vos viuetis. In
illo die vos cognoſcetis q̄a ego ſū in patre meo:
et vos ī me: et ego ī vobis. Qui habet mādata
mea et ſeruat ea: ille ē qui diligit me. Qui aūt
diligit me: diliget̄ a patre meo. Et ego diligam
eū: & manifeſtabo ei meipm̄. Dicit ei iudas:
nō ille ſcariothis. Dn̄e quid factū eſt quia ma-
nifeſtaturus es nobis teipm̄: et nō mūdo? Re-
ſpōdit ihesus: et dixit ei. Si quis diligit me ſer-
monē meū ſeruabit: et pater meus diliget eū.
et ad eū veniemus: et manſionē apud eū facie-
mus. Qui nō diligit me: ſermones meos nō
ſeruat. Et ſermonē quē audiſtis nō eſt meus:
ſꝫ eius q̄ miſit me patris. Hec locutus ſū vobis:
apud vos manēs. Paraclitus autē ſpiritus ſāc
tus quē mittet pater ī noīe meo ille vos docebit
oīa: et ſuggeret vobis oīa quecūq̄ dixero vobis.
Pacē relinquo vobis: pacē meā do vobis. Nō
quomō mūdus dat: ego do vobis. Nō turbet̄
cor veſtrū: neq̄ formidet. Audiſtis q̄a ego dixi
vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me.
gauderetis vtiq̄ quia vado ad patrē: quia pater
maior me ē. Et nūc dixi vobis priuſq̄ fiat: ut
cū factū fuerit credatis. Jam nō multa loquar
vobiſcū. Venit enī princeps mūdi huius: et in
me nō habet quicq̄. Sed ut cognoſcat mūdus
q̄a diligo patrē: et ſicut mādatū dedit michi pa
ter ſic facio. Surgite eamus hinc. XV. C
Ego ſū vitis vera: et pater meus agricola
ē. Omnē palmitē ī me nō ferentē fruc-
tū tollet eū: et omnē q̄ fert fructū purgabit eū:
ut fructū plus afferat. Jam vos mundi eſtis:
ꝓpter ſermonē quē locutus ſū vobis. Manete ī
me: et ego ī vobis. Sicut palmes nō poteſt ferre
fructū a ſemetipō niſi māſerit ī vite: ſic nec vos
niſi in me māſeritis. Ego ſū vitis: vos palmi-
tes. Qui manet ī me et ego ī eo hic fert fructū
multū: quia ſine me nichil poteſtis facere. Si
quis ī me nō māſerit mittet̄ foras ſicut palmes
et areſcet: et colligēt eū et ī ignē mittēt et ardet.
Si māſeritis ī me et verba mea in vobis māſe-
rint: quodcūq̄ volueritis petetis: et fiet vobis.
In hoc clarificatus ē pater meus. ut fructum
plurimū afferatis: et efficiamini mei diſcipli.
Sicut dilexit me pater: et ego dilexi vos. Ma-
nete ī dilectōe mea. Si ꝑcepta mea ſeruaueritis
manebitis in dilectōne mea: ſicut et ego patris
mei ꝑcepta ſeruaui: et maneo ī eius dilectōne.
Hec locutus ſū vobis ut gaudiū meū ſit ī vobis:
et gaudiū veſtrū impleat̄. Hoc ē preceptū meū:
ut diligatis inuicē ſicut dilexi vos. Maiorē hac
dilectionē nemo habet: q̄ꝫ ut aīam ſuā ponat q̄s
ꝓ amicis ſuis. Vos amici mei eſtis: ſi feceritis
que ego ꝑcipio vobis. Jam nō dicā vos ſeruos:
quia ſeruus neſcit q̄d faciat dn̄s eius. Vos autē
dixi amicos: q̄a oīa quecūq̄ audiui a patre meo
nota feci vobis. Nō vos me elegiſtis ſed ego ele
gi vos: et poſui vos ut eatis et fructū afferatis:
et fructus veſter maneat: ut qđcumq̄ petieritis
patrē in noīe meo det vobis. Hec mādo vobis:
ut diligatis inuicē. Si mūdus vos odit: ſcitote
quia me priorē vobis odio habuit. Si de mūdo
fuiſſetis: mundus qđ ſuū erat diligeret. Quia
vero de mūdo nō eſtis. ſꝫ ego elegi vos de mūdo:
ꝓpterea odit vos mūdus. Mementote ſermonis
mei: quē ego dixi vobis. Nō eſt ſeruus maior
dn̄o ſuo. Si me ꝑſecuti ſūt et vos ꝑſequent̄. Si
ſermonē meū ſeruauerūt: & veſtrū ſeruabūt.
Sed hec oīa facient vobis ꝓpter nomē meū: q̄a
neſciunt eum qui miſit me. Si non veniſſem

et locutus fuiſſem eis: peccatum non haberent.
Nūc aūt excuſationē nō habēt de peccato ſuo.
Qui me odit: et patrē meū odit. Si opera nō
feciſſē in eis que nemo alius fecit: peccatū nō ha
berent. Nūc autē et viderūt et oderūt: et me et
patrē meū. Sed ut adimpleatˀ ſermo qui ī lege
eoꝝ ſcriptus ē: quia odio habuerūt me gratis. Cū
autē venerit paraclitus quē ego mittā vobis a
patre ſpiritū veritatis qui a patre procedit: ille
teſtimoniū ꝑhibebit de me. Et vos teſtimoniū
ꝑhibebitis: qͣ ab inicio mecū eſtis. XVI C°

Hec locutus ſū vobis: ut nō ſcandalizemi
ni. Abſq3 ſynagogis faciēt vos. Sed ve
nit hora: ut omīs qui interficit vos arbitretˀ ob
ſequiū ſe preſtare deo. Et hec faciēt vobis: quia
nō noverunt patrē neq3 me. Sed hec locutus ſū
vobis: ut cū venerit hora eoꝝ · reminiſcamini:
quia ego dixi vobis. Hec autem vobis ab inicio
nō dixi: quia vobiſcū erā. Et nūc vado ad eū q̄
miſit me: et nemo ex vobis interrogat me quo
vadis. Sed quia hec locutus ſum vobis: triſticia
implebit cor vrm̄. Sed ego veritatē dico vobis:
expedit vobis ut et ego vadā. Si enī nō abiero:
paraclitus nō veniet ad vos. Si aūt abiero: mit
tā eū ad vos. Et cū venerit: ille arguet mundū
de peccato et de iuſticia et de iudicio. De peccato
quidē: qͣ nō crediderūt ī me. De iuſticia vero:
quia ad patrē vado: et iā nō videbitis me. De
iudicio autē: quia princeps mūdi huius iā iu
dicatus ē. Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed
non poteſtis portare modo. Cū autē venerit ille
ſpiritus veritatis: docebit vos omnē veritatem.
Nō enī loquetˀ a ſemetipo: ſed quecūq3 audiet
loquetˀ: et q̄ ventura ſūt annūciabit vobis. Ille
me clarificabit: quia de meo accipiet: et annū
ciabit vobis. Omnia quecūq3 habet pater mea
ſūt. Propterea dixi qͣ de meo accipiet: et an
nunciabit vobis. Modicū et iam nō videbitis
me· et iteꝝ modicū et videbitis me: quia vado
ad patrē. Dixerūt ergo ex diſcipulis eius ad in
vicē. Quid ē hoc quod dicit nobis modicū et nō
videbitis me· ⁊ iteꝝ modicū et videbitis me et
quia vado ad patrē? Dicebāt ergo. Quid ē hoc
quod dicit modicum? Neſcimus quid loquitˀ.
Cognovit autē ihesus quia volebāt eū interro
gare: et dixit eis. De hoc queritis inter vos quia
dixi modicū et nō videbitis me: et iteꝝ modicū
et videbitis me. Amē amē dico vobis: qͣ plo
rabitis et flebitis vos: mundus autē gaudebit.
Vos autem contriſtabimini: ſed triſticia veſtra
vertetˀ in gaudiū. Mulier cū parit triſticiā ha
bet: qͣ venit hora eius. Cū autē pepererit pueꝝ
iā nō meminit preſſure ꝓpter gaudiū: qͣ natus
ē homo ī mūdū. Et vos igitˀ nūc quidē triſticiā
habetis. Iteꝝ aūt videbo vos et gaudebit cor veſ
trū: et gaudiū vrm̄ nemo tollet a vobis. Et in
illo die me nō interrogabitis quicq̄3. Amē amē
dico vobis: ſi quid petieritis patrē in noīe meo
dabit vobis. Uſq3 modo non petiſtis quicq̄3 in
noīe meo. Petite et accipietis: ut gaudiū vrm̄
ſit plenū. Hec ī ꝓverbijs locutus ſū vobis. Ve
nit hora: cū iā nō in ꝓverbijs loquar vobis: ſ3
palam de patre annūciabo vobis. In illo die in
noīe meo petetis. Et non dico vobis: quia ego
rogabo patrē de vobis. Ipſe enī pater amat vos
quia vos me amaſtis: et credidiſtis qͣ ego a deo
exivi. Exivi a p̄re et veni ī mūdū: iteꝝ relinquo
mundū: et vado ad patrem. Dicūt ei diſcipuli
eius. Ecce nūc palā loqueris: et ꝓverbiū nullū
dicis. Nūc ſcimus qͣ ſcis oīa: et nō opus ē tibi
ut quis te interroget. In hoc credimus: quia a
deo exiſti. Reſpōdit eis ihesus. Modo creditis?
Ecce venit hora: et iā venit ut diſpergamini vnuſ
quiſq3 ī ꝓpria: et me ſolū relinquatis. Et nō ſū
ſolus: qͣ pater mecū eſt. Hec locutus ſū vobis:
ut ī me pacē habeatis. In mūdo ꝑſſurā habebi
tis: ſed cōfidite: ego vici mūdū. XVII C°

Hec locutus ē ihesus: et ſublevatis oclis in
celū dixit. Pater venit hora: clarifica
filiū tuū· ut filius tuus clarificet te. Sicut dediſ
ti ei poteſtatē oīs carnis: ut oē quod dediſti
ei det eis vitā eternā. Hec ē autē vita eterna: ut
cognoſcāt te ſolū deū veꝝ: et quē miſiſti ihesum
criſtū. Ego te clarificavi ſuꝑ terrā: opus conſū
mavi: qd̄ dediſti michi ut faciā. Et nūc clarifi
ca me tu pater apud temetipm̄: claritate quam
habui prius q3 mūdus fieret apud te. Manifeſ
tavi nomē tuū hoīb3: quos dediſti michi de mū
do. Tui erant: et michi eos dediſti: et ſermonē
meū ſervaverūt. Nūc cognoverūt: qͣ oīa q̄
dediſti michi abs te ſūt. Quia verba q̄ dediſti
michi dedi eis: et ipſi acceperunt et cognoverūt
vere quia a te exivi: et crediderūt qͣ tu me mi
ſiſti. Ego ꝓ eis rogo. Nō ꝓ mūdo rogo: ſed ꝓ
hijs quos dediſti michi: qͣ tui ſūt. Et mea oīa
tua ſūt: et tua mea ſūt: et clarificatus ſū ī eis.
Etiā nō ſū in mūdo: et hij ī mūdo ſūt: et ego ad
te venio. Pater ſancte: ſerva eos in noīe tuo

quos dediſti michi: ut ſint vnum ſicut et nos.
Cū eſſem cū eis: ego ſeruabam eos ī noīe tuo.
Quos dediſti michi ego cuſtodiui: et nemo ex
eis periit niſi filius pdicōis: ut ſcriptura imple-
at. Nūc aūt ad te venio: et hec loquor ī mūdo:
ut habeāt gaudiū meū impletū in ſemetipis.
Ego dedi eis ſermonē tuū: et mundus eos odio
habuit: qa nō ſūt de mūdo ſicut et ego nō ſū de
mūdo. Nō rogo ut tollas eos de mūdo: ſed ut
ſerues eos a malo. De mūdo nō ſūt: ſicut et ego
nō ſū de mūdo. Sanctifica eos ī veritate. Sermo
tuus veritas ē. Sicut tu me miſiſti ī mūdū: ita
et ego miſi eos ī mundū. Et p eis ego ſanctifico
meipm: ut ſint et ipi ſāctificati ī veritate. Nō
p eis autē rogo tantū: ſed et p eis q credituri ſūt
per verbū eoꝝ in me: ut oēs vnū ſint ſicut tu
pater ī me et ego ī te. ut et ipi ī nobis vnū ſint:
ut credat mūdus qa tu me miſiſti. Et ego clari
tatē quā tu dediſti michi dedi eis: ut ſint vnum
ſicut et nos vnū ſumus. Ego ī eis et tu in me:
ut ſint conſūmati in vnū: et cognoſcat mūdus
quia tu me miſiſti: et dilexiſti eos ſicut et me
dilexiſti. Pater: qs dediſti michi volo ut vbi
ſū ego et illi ſint mecū: ut videāt claritatē meā
quā dediſti michi: qa dilexiſti me ante cōſtitu-
tionē mūdi. Pater iuſte: mūdus te nō cogno-
uit. Ego autē te cognoui: et hij cognouerūt qa
tu me miſiſti. Et notū feci eis nomē tuū et no-
tum faciam: ut dilectio qua dilexiſti me ī ipis
ſit: et ego in ipſis. XVIII.

Hec cū dixiſſet ihs: egreſſus ē cū diſcipulis
ſuis trās torrentē cedron vbi erat ortus:
ī quē introiuit ipe et diſcipuli eius. Sciebat aūt
et iudas qui tradebat eū locū: qa frequēter ihesus
conuenerat illuc cū diſcipulis ſuis. Iudas ergo
cū accepiſſet cohortē et a pontificibꝫ et phariſeis
miniſtros: venit illuc cū laternis et facibꝫ et ar-
mis. Ihesus itaqꝫ ſciēs oīa que ventura erāt ſup
eū: pceſſit et dixit eis. Quē queritis? Reſpō-
derūt ei. Ihesum nazarenū? Dicit eis ihesus.
Ego ſū. Stabat aūt et iudas qui tradebat eū cū
ipis. Vt ergo dixit eis ego ſū: abierūt retrorſū.
et ceciderūt ī terrā. Iteꝝ ergo interrogauit eos.
Quē queritis? Illi autē dixerūt. Ihesū naza-
renū. Reſpōdit ihesus. Dixi vobis: quia ego
ſum. Si ergo me queritis: ſinite hos abire: Vt
impleret̄ ſermo quē dixit: qa quos dediſti michi
nō pdidi ex eis quenqꝫ. Simon ergo petrus ha-
bēs gladium eduxit eum: et percuſſit pontificis
ſeruum: et abſcidit eius auriculam dexteram.
Erat autem nomē ſeruo malchus. Dicit ergo
ihesus petro. Mitte gladiū tuū in vaginā. Ca-
licē quē dedit michi pater: nō bibā illū? Cohors
aūt et tribunus et miniſtri iudeoꝝ cōprehēderūt
ihesū: et ligauerūt eū et adduxerūt eū ad annā
primū. Erat enī ſocer caiphe: qui erat pontifex
anni illius. Erat autē caiphas q cōſiliū dederat
iudeis: quia expedit vnū hoīem mori pro pplo.
Sequebat̄ autē ihesū ſimon petrus: et alius diſ-
cipulus. Diſcipulus autē ille erat notus pōtifi-
ci: et introiuit cū ihesu ī atriū pōtificis. Petrus
aūt ſtabat ad oſtiū foris. Exiuit ergo diſcipulus
alius qui erat notus pōtifici: et dixit oſtiarie: et
introduxit petrū. Dicit ergo petro ancilla oſti-
aria. Nūquid et tu ex diſcipulis es hoīs iſtius?
Dicit ille. Nō ſū. Stabāt aūt ſerui et miniſtri
ad prunas quia frigus erat: et calefaciebant ſe.
Erat autē cū eis et petrus: ſtans et calefaciēs ſe.
Pontifex ergo interrogauit ihesū de diſcipulis
ſuis: et de doctrina eius. Reſpondit ei ihesus.
Ego palā locutus ſū mūdo. Ego ſemp docui in
ſynagoga et in tēplo quo oēs iudei cōueniūt:
et ī occulto locutus ſū nichil. Quid me interro
gas? Interroga eos qui audierūt: quid locutus
ſū ipis. Ecce hij ſciūt: que dixerim ego. Hec aūt
cū dixiſſet: vnus aſſiſtēs miniſtroꝝ dedit alapā
ihesu dicēs. Sic reſpōdes pōtifici? Reſpōdit ei
ihesus. Si male locutus ſū: teſtimoniū phibe
de malo. Si aūt bene: quid me cedis? Et miſit
eū annas ligatū ad caypham pōtificē. Erat autē
ſimō petrus ſtās: et calefaciēs ſe. Dixerūt ergo
ei. Nūquid et tu ex diſcipulis eius es? Negu-
uit ille et dixit. Nō ſū. Dixit vnus ex ſeruis
pontificis: cognatus eius cuius abſcidit petrus
auriculā. Nōne ego te vidi ī orto cū illo. Iteꝝ
ergo negauit petrus: et ſtatim gallus cātauit.
Adducūt ergo ihesum ad caypham ī pretoriū.
Erat autē mane. Et ipi nō introierūt in ptoriū
ut nō cōtaminarent̄: ſed ut māducarēt paſcha.
Exiuit ergo pilatus ad eos foras et dixit. Quā
accuſationē affertis aduerſus hoīem hūc? Re-
ſpōderūt: et dixerūt ei. Si nō eſſet hic malefac-
tor: nō tibi tradidiſſemus eū. Dicit ergo eis pi-
latus. Accipite eū vos: et ſcdm legē veſtrā iudi
cate eū. Dixerūt ergo ei iudei. Nobis nō licet
interficere quenqꝫ. Vt ſermo ihesu impleret̄ quē
dixit: ſignificans qua morte eſſet moriturus.
Introiuit ergo iterum in pretorium pilatus:

et vocauit iheſū: et dixit ei. Tu es rex iudeoꝝ?
Reſpōdit iheſus. A temetipo hoc dicis: an alij
dixerūt tibi de me? Reſpōdit pilatus. Nūquid
ego iudeus ſū? Gens tua et pōtifices tradiderūt
te michi. Quid feciſti? Reſpondit iheſus.
Regnum meū nō eſt de hoc mūdo. Si ex hoc
mūdo eſſet regnū meū: miniſtri mei utiqȝ de-
certarēt ut nō traderer iudeis. Nūc aūt regnū
meū nō eſt hinc. Dixit itaqȝ ei pilatus. Ergo
rex es tu? Reſpōdit iheſus. Tu dicis: qꝛ rex ſū
ego. Ego ī hoc natus ſū. et ad hoc veni ī mūdū:
ut teſtimoniū ꝑhibeā veritati. Omnis qui eſt ex
veritate audit vocem meam. Dicit ei pilatus.
Quid ē veritas? Et cū hoc dixiſſet: iterū exiuit
ad iudeos: et dicit eis. Ego nullā inuenio in eo
cauſā. Eſt autē cōſuetudo vobis: ut vnū dimit-
tā vobis in paſcha. Vultis ergo dimittā vobis
regē iudeoꝝ? Clamauerūt ergo rurſū omnes di-
cētes. Nō hūc: ſȝ barraban. Erat aūt barrabas
latro.

XIX

Tunc ergo apprehē-dit pilatus iheſū: et flagellauit. Et mi-
lites plectētes coronā de ſpinis impoſuerūt capiti
eius: et veſte purpurea circūdederūt eū. Et ve-
niebāt ad eū: et dicebant. Aue rex iudeoꝝ. Et
dabāt ei alapas. Exiuit iterū pilatus foras: et di-
cit eis. Ecce adduco vobis eū foras: ut cognoſca-
tis quia nullā inuenio ī eo cauſā. Exiuit ergo
iheſus portās ſpineā coronā: et purpureū veſti-
mētū. Et dicit eis. Ecce homo. Cū ergo vidiſ-
ſēt eū pontifices & miniſtri: clamabāt dicētes.
Crucifige: crucifige eū. Dicit eis pilatus. Ac-
cipite eū vos: et crucifigite. Ego enī nō inuenio
in eo cauſā. Reſponderūt ei iudei. Nos legē
habemus: et ſcd̄m legē debet mori: quia filiū dei
ſe fecit. Cū ergo audiſſet pilatus hūc ſermonē:
magis timuit. Et ingreſſus ē in ꝑtoriū iterū: et
dicit ad iheſū. Vnde es tu? Iheſus aūt reſpon-
ſū nō dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. Michi nō
loqueris? Neſcis qꝛ poteſtatē habeo crucifigere
te. et poteſtatem habeo dimittere te? Reſpōdit
iheſus nō haberes poteſtatē aduerſū me vllam:
niſi tibi datū eſſet deſuper. Propterea qui me
tradidit tibi maius peccatū habet. Et exinde q̄re-
bat pilatus dimittere eū. Iudei autē clamabāt
dicētes. Si hūc dimittis: nō es amicus ceſaris.
Omnis enī q̄ ſe regē facit cōtradicit ceſari. Pi-
latus aūt cū audiſſet hos ſermones adduxit fo-
ras iheſū: et ſedit ꝓ tribunali ī loco qui dicitr̄ ly-
thoſtratos. hebraice autē gabatha. Erat autem
paraſceue paſche: hora q̄ſi ſexta: et dicit iudeis.
Ecce rex veſter. Illi autē clamabāt. Tolle tol-
le: crucifige eū. Dicit eis pilatus. Regē vr̄m
crucifigā? Reſpōderūt pontifices. Nō habe-
mus regē: niſi ceſarem. Tūc ergo tradidit eis
illū: ut crucifigeretr̄. Suſceperunt autē iheſū: et
eduxerūt. Et baiulās ſibi crucē exiuit in eū qui
dicitr̄ caluarie locū: hebraice golgotha. Vbi cru-
cifixerūt eū: et cū eo alios duos hinc et hīc: me-
diū autē iheſū. Scripſit autē et titulū pilatus:
et poſuit ſup crucē. Erat aūt ſcriptū: iheſus na-
zarenus rex iudeoꝝ. Hūc ergo titulū multi iudeoꝝ
legerūt: qꝛ ꝓpe ciuitatē erat locus vbi crucifixus
ē iheſus. Et erat ſcriptū hebraice grece et latine.
Dicebant ergo pilato pontifices iudeoꝝ. Noli
ſcribere rex iudeoꝝ: ſȝ qꝛ ipſe dixit: rex ſū iudeoꝝ.
Reſpōdit pilatus. Quod ſcripſi ſcripſi. Mi-
lites ergo cū crucifixiſſēt eū acceperūt veſtimēta
eius: et fecerūt quattuor partes: vnicuiqȝ militi
partē. et tunicā. Erat autē tunica incōſutilis:
deſup cōtexta per totū. Dixerūt ergo ad inuicē.
Nō ſcindamus eā: ſed ſortiamr̄ de illa cuius ſit.
Vt ſcriptura impleretr̄ dicēs. Partiti ſūt veſti-
mēta mea ſibi: et ī veſtē meā miſerūt ſortē. Et
milites quidē hec fecerūt. Stabāt aūt iuxta crucē
iheſu mater eius: et ſoror mr̄is eius maria cleo-
phe et maria magdalene. Cū vidiſſet ergo ihe-
ſus matrē et diſcipulū ſtantē quē diligebat: dicit
mr̄i ſue. Mulier: ecce filius tuus. Deinde dicit
diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora acce-
pit eā diſcipl's ī ſua. Poſtea ſciēs iheſus qꝛ oīa
cōſūmata ſūt: ut cōſūmaretr̄ ſcriptura dicit.
Sitio. Vas ergo erat poſitū aceto plenū. Illi
autē plenā aceto ſpongiā yſopo circūponentes:
obtulerūt ori eius. Cum ergo accepiſſet iheſus
acetū dixit. Cōſummatū ē. Et inclinato capi-
te tradidit ſpiritum. Iudei ergo qm̄ paraſceue
erat ut nō remanerēt in cruce corpora ſabbato:
erat enī magnus dies ille ſabbati: rogauerūt pi-
latū ut frāgerentr̄ eoꝝ crura et tollerentr̄. Vene-
rūt ergo milites: et primi quidē fregerūt crura:
et alterius qui crucifixus ē cū eo. Ad iheſū aūt
cū veniſſēt. ut viderūt eū iā mortuū nō fregerūt
eius crura: ſed vnus militū lācea latus eius ape-
ruit: et cōtinuo exiuit ſāguis et aqua Et q̄ vidit
teſtimoniū ꝑhibuit: et verū ē teſtimoniū eius.
Et ille ſcit quia vera dicit: ut & vos credatis.
Facta ſunt enī hec: ut ſcriptura impleretr̄. Os
non cōminuetis ex eo. Et iterum alia ſcriptura

dicit. Videbunt in quem transfixerũt. Post
hec autẽ rogauit pilatũ ioseph ab arimathia eo
ꝙ eſſet diſcipl'us iheſu: occultus autẽ ꝓpter metũ
iudeoꝝ: ut tolleret corpus iheſu. Et pmiſit pi-
latus. Venit ergo: et tulit corpus iheſu. Venit
autẽ et nycodemus ꝗ venerat ad iheſũ nocte pri-
mũ: ferẽs mixturã mirre et aloes ꝗſi libras cen-
tũ. Acceperũt ergo corpus iheſu: et ligauerũt
eũ lintheis cũ aromatibꝫ ſicut mos ẽ iudeis ſepe
lire. Erat autẽ ĩ loco vbi crucifixus ẽ ortus: et in
orto monumentũ nouũ in quo nõdũ quiſꝗ̃ po-
ſitus erat. Ibi ergo ꝓpter paraſceuen iudeoꝝ: ꝗa
iuxta erat monumẽtũ poſuerũt ihm.

XX

Una aũt ſabbati maria magdalene venit
mane cũ adhuc tenebre eſſẽt ad monu-
mentũ: et vidit lapidẽ ſublatũ a monumento.
Cucurrit ergo et venit ad ſimonẽ petrũ: et ad
aliũ diſcipulũ quẽ amabat iheſus: et dicit illis.
Tulerũt dñm de monumento: et neſcimus vbi
poſuerũt eũ. Exijt ergo petrus et ille alius diſci
pulus: et venerũt ad monumentũ. Currebant
autẽ duo ſimul: et ille alius diſcipulus ꝑcucur-
rit citius petro: et venit ꝑmus ad monumẽtũ.
Et cũ ſe inclinaſſet vidit poſita lintheamina:
nõ tamen introiuit. Venit ergo ſimon petrus
ſequẽs eũ: et introiuit ĩ monumentũ. Et vidit
lintheamina poſita: et ſudariũ quod fuerat ſup
caput eius nõ cũ lintheaminibꝫ poſitũ: ſed ſepa-
ratũ inuolutũ in vnũ locũ. Tũc ergo introi-
uit et ille diſcipl'us ꝗ venerat primus ad monu-
mentũ: et vidit et credidit. Nondũ enĩ ſciebãt
ſcripturã: ꝗa oportuit eũ a mortuis reſurgere.
Abierũt ergo iteꝝ diſcipli ad ſemetipſos. Ma-
ria aũt ſtabat ad monumẽtũ foris plorãs. Dũ
ergo fleret: inclinauit ſe et ꝓſpexit ĩ monumẽ-
tũ. Et vidit duos angelos in albis ſedẽtes: vnũ
ad caput et vnũ ad pedes: vbi poſitũ erat corpus
iheſu. Dicunt ei illi. Mulier ꝗd ploras? Dicit
eis. Quia tulerũt dñm meũ: et neſcio vbi po-
ſuerũt eũ. Hec cũ dixiſſet cõuerſa ẽ retrorſũ: et
vidit iheſũ ſtantẽ: et nõ ſciebat ꝗa iheſus ẽ. Di-
cit ei iheſus. Mulier quid ploras? Quẽ queris?
Illa exiſtimans quia ortulanus eſſet: dicit ei.
Dñe: ſi tu ſuſtuliſti eũ dicito michi vbi poſuiſti
eũ: et ego eum tollã. Dicit ei iheſus. Maria.
Cõuerſa illa dicit ei. Rabboni: ꝙd dicit̃ ma-
giſter. Dicit ei iheſus. Noli me tãgere. Nõ-
dũ enĩ aſcẽdi ad patrẽ meũ. Vade autẽ ad fr̃es
meos: et dic eis. Aſcẽdo ad patrẽ meũ et patrẽ
veſtrum: deum meum et deum veſtrum. Venit
maria magdalene annũciãs diſcipulis ꝗa vidi
dñm: et hec dixit michi. Cũ ergo ſero eſſet die
illo vna ſabbatoꝝ et fores eſſẽt clauſe vbi erãt diſ
cipli cõgregati ꝓpter metũ iudeoꝝ: venit iheſus
et ſtetit in medio: et dixit eis. Pax vobis. Et
cũ hec dixiſſet: oſtẽdit eis manus et latus. Ga-
uiſi ſũt ergo diſcipuli: viſo dño. Dixit ergo eis
iteꝝ. Pax vobis. Sicut miſit me pater: et ego
mitto vos. Hec cũ dixiſſet inſufflauit: et dicit
eis. Accipite ſpiritũ ſãctũ. Quoꝝ remiſeritis
peccata remittũt̃ eis: et quoꝝ retinueritis retẽta
ſũt. Thomas autẽ vnus ex duodecim qui dicit̃
didimus non erat cũ eis quando venit iheſus.
Dixerũt ergo ei alij diſcipli. Vidimus dñm.
Ille autẽ dixit eis. Niſi videro ĩ manibꝫ eius
fixurã clauoꝝ et mittã digitũ meũ ĩ locũ clauo
rũ: et mittã manũ meã ĩ latus eius: nõ credã.
Et poſt dies octo iteꝝ erãt diſcipuli eius intus:
et thomas cũ eis. Venit iheſus ianuis clauſis:
et ſtetit ĩ medio et dixit eis. Pax vobis. Dein-
de dicit thome. Infer digitum tuũ huc et vide
manus meas: et affer manũ tuã et mitte ĩ latus
meũ: et noli eſſe incredulus ſed fidelis. Reſpõ-
dit thomas et dixit. Dñs meus: et deus meus.
Dicit ei iheſus. Quia vidiſti me thoma credi-
diſti: beati qui nõ viderũt et crediderũt. Multa
quidẽ et alia ſigna fecit iheſus ĩ cõſpectu diſcipu
loꝝ ſuoꝝ: que nõ ſũt ſcripta ĩ libro hoc. Hec autẽ
ſcripta ſũt ut credatis ꝗa iheſus ẽ filius dei: et ut
credẽtes vitã habeatis ĩ noĩe eius.

XXI

Poſtea manifeſtauit ſe iteꝝ iheſus ad ma-
re tyberiadis. Manifeſtauit autẽ ſic.
Erãt ſimul ſimon petrus et thomas ꝗ dicit̃ didi
mus et nathanael ꝗ erat a chana galilee: et filij
zebedei: et alij ex diſcipulis eius duo. Dicit eis
ſimon petrus. Vado piſcari. Dicũt ei. Veni-
mus et nos tecũ. Et exierũt et aſcẽderũt in na-
uim: et illa nocte nichil prẽdiderũt. Mane aũt
iam facto ſtetit iheſus ĩ littore: nõ tamẽ cogno-
uerũt diſcipli ꝗa iheſus ẽ. Dicit ergo eis iheſus.
Pueri: nũquid pulmẽtariũ habetis? Reſpõ-
derũt ei. Non. Dicit eis. Mittite in dexteram
nauigij rete: et inuenietis. Miſerũt ergo: et iã
nõ valebãt illud trahere pre multitudine piſciũ.
Dicit ergo diſcipl'us ille quem diligebat iheſus
petro. Dñs ẽ. Simon petrus cũ audiſſet quia
dñs ẽ: tunicã ſuccinxit ſe: erat enĩ nudus: et mi-
ſit ſe ĩ mare. Alij aũt diſcipli nauigio venerũt.

Non enī longe erant a terra: sed quasi cubitis ducētis trahētes rete piscium. Vt ergo descēderūt in terrā viderūt prunas positas: et piscē superpositū et panē. Dicit eis ihesus. Afferte de piscibꝫ quos prēdidistis nūc. Ascēdit simō petrus et traxit rete ī terrā: plenū magnis piscibꝫ centūquinquaginta tribꝫ. Et cū tanti essēt: nō est scissū rete. Dicit ei ihesus. Venite prādete. Et nemo audebat discūbentiū interrogare eū tu ꝗs es: sciētes quia dñs ē. Et venit ihesus et accepit panē et dat eis: et piscē similiter. Hoc iam tercio manifestatus ē ihesus discip̄lis suis: cū resurrexisset a mortuis. Cū ergo prādidisset: dixit simoni petro ihesus. Simō iohānis diligis me plus hijs? Dicit ei. Etiam dñe tu scis: quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterū. Simon iohānis diligis me? Ait illi. Etiā dñe tu scis: quia amo te. Dicit ei iterū. Pasce agnos meos. Dicit ei tercio. Simō iohānis amas me? Cōtristatus ē petrus ꝗa dixit ei tercio amas me: et dicit ei. Dñe tu oīa nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oues meas. Amen amē dico tibi: cū esses iunior cingebas te: et ambulabas vbi volebas. Cū autē senueris extēdes manus tuas: et alius te cinget: et ducet quo tu nō vis. Hoc aūt dixit: significās qua morte clarificaturus esset deū. Et cū hoc dixisset: dicit ei. Seq̄re me. Cōuersus petrus vidit illū discip̄lm quē diligebat ihesus sequentē: q̄ et recubuit ī cena sup pectus eius et dixit: dñe ꝗs est q̄ tradet te. Hūc ergo cū vidisset petrus: dicit ihesu. Dñe: hic autē ꝗd? Dicit ei ihesus. Sic eū volo manere: donec veniā. Quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo iste inter fr̄es: ꝗa discip̄lus ille nō morit̄. Et nō dixit ei ihesus nō morit̄: sed sic eū volo manere donec veniā: ꝗd ad te. Hic ē discip̄lus ille q̄ testimoniū phibet de hijs: et scripsit hec. Et scimus ꝗa verū ē testimoniū eius. Sunt autē et alia multa q̄ fecit ihesus: q̄ si scribant̄ per singula nec ip̄m arbitror mūdū capere posse eos q̄ scribēdi sūt libros.

Primū querit̄: quare post euāgelia q̄ supplemētū legis sūt. et ī quibꝫ nob̄ exēpla et p̄cepta viuēdi plenissime digesta sūt: voluerit ap̄ls has ep̄las ad singulas ecclesias destinare. Hac autē causa factū videt̄: ut scilicet initia nascentis eccl'e nouis causis existētibꝫ p̄ueniret: et ut p̄sentia atq; orientia resecaret vicia: et post futuras excluderet questiones: exēplo ꝓphetaꝝ. qui post editā legē moysi ī qua oīa dei mādata legebant̄: nichilominus tamē doctrina sua rediuiua semp ꝑplī cōpressere peccata: et ꝓpter exemplū viuēdi libros ad nostrā etiam memoriā trāsmiserūt. Deinde querit̄: cur nō amplius q̄3 decē ep̄las ad ecclesias scripserit. Decē sūt enī cū ea q̄ dicit̄ ad hebreos: nā relique quatuor ad discipulos specialiter sūt porrecte. Vt ostēderet nouū nō discrepare a veteri testamēto. et se contra legē nō facere moysi: ad numeꝝ p̄moꝝ decalogi mādatoꝝ suas ep̄las destinauit: et q̄t ille p̄ceptis a pharaone instituit liberatos: totidē epistolis a dyaboli et ydolatrie seruitute edocet acquisitos. Nā et duas tabulas lapideas. duoꝝ testamētorū figurā habuisse. viri eruditissimi tradiderūt. Epistolā sane q̄ ad hebreos scribit̄ quidam pauli nō esse affirmāt. eo q̄ nō sit eius noīe titulata. et ꝓpter sermonis stiliq; distantiā: s; ut barnabe iuxta tertullianū aut luce iuxta quosdam: uel certe clemētis discipuli apostoloꝝ et episcopi romane ecclesie post ap̄los ordinati. Quibꝫ respōdendū ē: si ꝓpterea pauli nō erit ꝗa eius nō habet nomen: ergo nec alicuius erit: ꝗa nullius noīe titulat̄. Quod si inconueniēs absurdūq; ē: ip̄ius magis esse credēda ē que tāto doctrine sue fulgēt eloquio. Sed quī apud hebreoꝝ ecclesias q̄si destructor legis falsa suspicōe habebat̄: voluit tacito noīe de figuris legis. et veritate cristi reddere racōnē: ne odiū noīs. frōte p̄lati. vtilitatē excluderet leccōis. Nō est sane mirū si eloquētior videat̄ ī ꝓprio. id ē hebreo q̄3 ī peregrino id ē ī greco: quo cetere epistole sūt scripte sermone. Mouet etiā quosdā quare romanoꝝ epistola ī p̄mo sit posita: cū eā nō p̄mo scriptā ratio manifestet. Nam hāc se p̄ficiscentē ierosolimā scripsisse testat̄: cū corinthios et alios iā ante ut ministeriū quod secū portaturus erat colligerent litteris adhortatus sit. Sed inde intelligi quidam volūt ita oīs ep̄las ordinatas. ut p̄ma poneret̄ quāuis posterior fuerit destinata: ut p singulas epistolas gradibꝫ ad p̄fectiora veniret̄. Romanoꝝ nāq; plerīq; tam rudes erant. ut nō intelligerēt dei se gratia. et non suis meritis esse saluatos: et ob hoc duo inter se ꝑplī cōflictarēt. Idcirco illos indigere asserit corrigi: vicia gentilitatis priora commemorās. Corinthijs autē iam dicit sciētie gratiā esse cōcessam: et nō tam oēs increpat:

ꝙ͛ cur peccantes non increpauerunt reprehendit
ſicut ait. Auditur inter vos fornicacō. Et iterū.
Cōgregatis vobis cū meo ſpiritu: tradere huiuſ
modi ſathane. In ſcđa vero laudant̄: et ut ma
gis ac magis ꝓficiant cōmonerēt. Galathe vero
iam nullius criminis arguunt̄: niſi hoc tantū.
ꝙ callidiſſimis pſeudo apl'is crediderūt. Epheſij
ſane nulla reꝑhenſione ſed multa laude ſūt dig
ni: qꝛ fidē apoſtolicā ſeruauerūt. Philipenſes
etiā multomagis collaudant̄: ꝗ nec audire quidē
falſos apoſtolos voluerunt. Theſſalonicenſes
nichilominus ī duabꝫ epl'is oīni laude ꝓſequit̄:
eo ꝙ nō ſolū fidē inconcuſſā ſeruauerint veritatis:
ſed etiā in pſecutione ciuiū fuerint cōſtātes in
uenti. Coloſenſes autē tales erāt: ut cū ab apl'o
viſi corporaliter nō fuiſſēt: hac laude digni habe
rent̄. Et ſi corpore inquit abſens ſū: ſed ſpiritu
vobiſcū ſū gaudēs. et videns ordinē veſtrū. De
hebreis vero qđ dicendū eſt. quoꝝ theſſalonicēſes
qui plurimū laudati ſunt. imitatores facti eſſe
dicūtur: Sicut ipſe ait. Et vos frēs imitatores
facti eſtis eccleſiaꝝ dei. que ſūt ī iudea: eadē enī
paſſi eſtis et vos a contribulibꝫ veſtris: ꝗ et illi a
iudeis. Apud ipſos ꝙ͛ hebreos eadē cōmemorat
dicens. Nam et vinctis cōpaſſi eſtis: et rapinā
bonoꝝ vr̄oꝝ cū gaudio ſuſcepiſtis: cognoſcentes
vos habere meliorem et manentē ſubſtantiam.

Romani ſūt qui ex iudeis et gētibꝫ
crediderūt. Hij ſuperba cōtencōne
volebāt ſe alterutrū ſuperponere.
Nā iudei dicebāt. Nos ſumus
ppl'us dei. quos ab inicio dilexit et
fouit: nos circūciſi ex genere abrahā. ſancta de
ſcēdimus ex ſtirpe: et notus retro apud iudeā tā
tū deus. Nos de egipto ſignis dei et virtutibus
liberati mare ſicco ptrāſiuimus pede: cū inimi
cos nr̄os grauiſſimi fluctus inuoluerēt. No
bis pluit māna dn̄s ī deſerto: et ꝙ̄ſi filijs ſuis ce
leſte pabulū miniſtrauit. Nos die noctuqꝫ in
cālūna nubis ignuſqꝫ ꝑceſſit: ut nobis in inuio
iter oſtēderet. Atqꝫ ut cetera eius circa nos im
menſa beneficia taceamus: nos ſoli digni fui
mus dei legē accipere. et vocē dei loquētis audi
re: eiuſqꝫ cognoſcere volūtatē. In qua lege no
bis ꝓmiſſus ē criſtus: ad quos etiā ipſe ſe veniſſe
teſtatus ē dicēs. nō veni niſi ad oues ꝗ perierāt
domus iſrl': cū vos canes potius ꝙ͛ hoīes appel
lauerit. Equū ne ergo ē ut ydola hodie deſerētes.
quibꝫ ab initio deſeruiſtis. nobis cōparemini:
et nō potius in pſelitoꝝ locū ex legis auctoritate
et cōſuetudine deputemini? Et hoc ipſum nō me
rebamini: niſi quia larga ſemꝑ dei clemētia vo
luit vos ad noſtrā imitationē admittere. Gētes
etiā ecōtrario reſpōdebāt. Quantū enī maiora
erga vos dei beneficia narraueritis: tāto maio
ris vos criminis reos eſſe mōſtrabitis. Semper
enī hijs oīnibꝫ extitiſtis ingrati. Nam ipſis pe
dibꝫ quibꝫ aridū mare trāſiſtis. ludebatis ante
ydola que feciſtis: et ipſo ore quo paulo ante ob
necem aduerſarioꝝ dn̄o cātaueratis: ſimulacra
vobis fieri popoſciſtis: illis ocl'is quibꝫ venerādo
deū in nube vel igne conſpicere ſolebatis: ſimu
lacra intuebamini. Manna ꝙ͛ vobis faſtidio
fuit: et ſemꝑ ī deſerto cōtra dn̄m murmuraſtis:
ad egiptū vnde vos manu valida eiecerat redire
cupiētes. Quid plura? Ita pr̄es veſtri crebra
ꝓuocacōne dn̄m irritauerūt. ut oīnes ī heremo
morerent̄: nec plus ex ſenioribꝫ eoꝝ ꝙ͛ duo hoīes
terrā repromiſſionis intrarēt. Sed qđ antiqua
replicamus: cū etiā ſi illa minime feciſſetis. de
hoc ſolo. nemo vos dignos venia iudicaret. ꝙ
dn̄m criſtū ꝓphetaꝝ ſemꝑ vobis vocibꝫ repromiſ
ſū nō ſolū ſuſcipere noluiſtis ſed etiā morte peſ
ſima peremiſtis. Quem ut nos cognouimus
ſtatim credidimus: cū nobis de eo antea nō fu
erit predicatū. Vnde ꝓbat̄: ꝙ ydolis ſeruiui
mus. nō obſtinacōi mētis. ſed ignorācie deputā
dū. Qui enī cognitū ilico ſequimur: olim vtiqꝫ
ſequeremur ſi antea cognouiſſemus. Sic aūt vos
de generis nobilitate iactatis: ꝗſi nō moꝝ imi
tatio magis ꝙ͛ carnalis natiuitas filios vos fa
ciat eſſe ſāctoꝝ. Deniqꝫ eſau et yſmahel cū de ſtir
pe ſint abrahe: minime tamē ī filios reputant̄.
Hijs taliter altercātibꝫ. apoſtolus ſe mediū in
terponēs: ita partiū dirimit ꝗſtiones. ut neutrū
eoꝝ ſua iuſticia ſalutē meruiſſe confirmet: am
bos vero ppl'os et ſcienter et grauiter deliquiſſe:
iudeos ꝙ ꝑ ꝓuaricacōēꝫ legis deū inhonorauerit:
gentes vero ꝙ cū cognitū de creatura creatorē ut
deū debuerint venerari. glaꝫ eius ī manufacta
mutauerit ſimulacra: vtroſqꝫ etiā ſimilit̄ veniā
cōſecutos. equales eſſe veraciſſima racōne demō
ſtrat: ꝑſertim cū in eadē lege ꝓdictū et iudeos et
gētes ad criſti fidē vocādos eſſe oſtēdat. Quāob
rem viciſſim eos humiliās: ad pacē et concordiā
cohortatur. Incipit prologus in epiſtola
ad Romanos.

Romani sūt partis ytalie. Hij pre-
uenti sūt a falsis apostolis: et sub
nomine dñi nostri ihesu cristi in
legem et prophetas erāt inducti.
Hos reuocat apostolus ad veram
& euangelicam fidem scribens eis a corintho.
Incipit epl'a btī pauli apl'i ad Romanos
PAulus seruus ihesu cristi.
vocatus apl'us segregatus in
euāgeliū dei. quod ante pro-
miserat per pphetas suos in
scripturis sāctis de filio suo.
q factus ē ei ex semine dauid
scdm carnē: qui pdestinatus
est filius dei ī virtute scdm spiritū sāctificacōis
ex resurreccōne mortuoꝝ ihesu cristi dñi nr̄i: per
quē accepimus gratiā et apostolatū ad obedien-
dū fidei ī omib gētib ꝓ noīe eius: ī quib estis
et vos vocati ihesu cristi: omnib qui sūt rome.
dilectis dei vocatis sāctis. Gratia vobis et pax a
deo patre et dño nr̄o ihesu cristo. Primū quidē
gratias ago deo meo p ihesū cristū ꝓ omib vo-
bis: qa fides vestra annūciat in vniuerso mūdo.
Testis enī michi ē deus cui seruio ī spiritu meo
in euangelio filij eius: q sine intermissione me-
moriā vr̄i facio semp in oracōib meis: obsecrās
si quo modo tandē aliquādo psperū iter habeā in
volūtate dei veniēdi ad vos. Desidero enī videre
vos: ut aliqd impertiar vobis gratie spiritualis
ad cōfirmādos vos: id ē simul cōsolari in vobis
per eā que inuicē est fidē vestrā atq meā. Nolo
autē vos ignorare fratres: qa sepe pposui venire
ad vos et phibitus sū usq adhuc: ut aliquē fruc
tū habeā in vobis sicut et ī ceteris gētib. Grecis
ac barbaris sapiētib et insipiētib debitor sū: ita
quod ī me pmptū est et vobis qui rome estis
euāgelizare. Non enī erubesco euāgeliū. Vir
tus enī dei ē in salutē omi credēti: iudeo primū
et greco. Justicia enī dei in eo reuelat ex fide in
fidē: sicut scriptū est. Justus aūt ex fide viuit.
Reuelat enī ira dei de celo sup omnē impieta-
tē et iniusticiā hoīm: eoꝝ qui veritatē dei ī iniu
sticia detinēt: quia quod notū est dei manifestū ē
in illis. Deus enī illis reuelauit. Inuisibilia
enī ipsius a creatura mūdi p ea q facta sūt intel-
lecta cōspiciunt: sempiterna q eius virtus et di-
uinitas: ita ut sint inexcusabiles. Quia cum
cognouissēt deum nō sicut deū glorificauerūt aut
gratias egerūt: s euanuerūt ī cogitacōib suis:
et obscuratū est insipiens cor eoꝝ. Dicentes enī
se esse sapientes: stulti facti sūt. Et mutauerūt
gloriā incorruptibilis dei ī similitudinē ymagi-
nis corruptibilis hoīs: et volucrū et quadrupe-
dū & serpentū. Propter quod tradidit illos
deus ī desiderijs cordis eoꝝ ī inmūdiciā: ut cōtu
melijs afficiāt corpora sua in semetipsis. Qui
cōmutauerūt veritatē dei ī mēdaciū: et coluerūt
et seruierūt creature potius q creatori: qui ē be-
nedictus ī secl'a amē. Propterea tradidit illos
deus ī passiones ignominie. Nam femine eoꝝ
inmutauerūt naturalē vsū: in eū vsū qui est
cōtra naturā. Similiter autē et masculi relicto
naturali vsu femine exarserūt ī desiderijs suis in
inuicē: masculi ī masculos turpitudinē operā-
tes: et mercedē quā oportuit erroris sui ī semetip-
sis recipiētes. Et sicut nō pbauerūt deū habere
in noticia: tradidit illos deus ī reprobū sensū.
ut faciāt ea que nō cōueniūt: repletos omi ini-
quitate. malicia. fornicacōne. auaricia. nequi-
cia. plenos inuidia. homicidijs. cōtencōe. dolo.
malignitate. susurrones. detractores. deo odibi
les: cōtumeliosos. superbos. elatos. inuentores
maloꝝ. parētib nō obediētes: insipiētes. incō-
positos. sine affeccōe. absq federe: sine miscdia.
Qui cū iusticiā dei cognouissēt. nō intellexe-
rūt qm̄ qui talia agūt digni sūt morte: nō solū
qui ea faciūt: sed etiā qui consentiūt facientib.
Propter quod ī excusabilis es II Ca
o homo omis qui iudicas. In quo enī
iudicas alteꝝ: teipm condēnas. Eadē enī agis q
iudicas. Scimus enī: qm̄ iudiciū dei ē scdm ve-
ritatē in eos q talia agūt. Existimas autē hoc o
homo qui iudicas eos q talia agunt et facis ea:
quia tu effugies iudiciū dei? An diuitias boni
tatis eius et patiētie et lōganimitatis cōtemnis?
Ignoras qm̄ benignitas dei ad penitētiam te
adducit? Secūdū autē duriciā tuā et impenitēs
cor thezaurisas tibi iram in die ire et reuelacōis
iusti iudicij dei: qui reddet vnicuiq scdm opera
eius. Hijs quidē qui scdm patientiā boni opis:
gloriā et honorē et incorruptionē querentib vitā
eternā. Hijs autē qui sūt ex cōtencōne et qui nō
acquiescūt veritati. credūt autē iniquitati: ira.
et indignatio. tribulatio. et angustia ī omnem
animā hoīs operātis malū: iudei pmū et greci.
Gloria autē et honor et pax omi operāti bonū:
iudeo primū et greco. Nō enī ē acceptio psonaꝝ
apud deū. Quicūq enī sine lege peccauerunt.

ſine lege peribūt: et quicūq; in lege peccauerūt:
per legem iudicabunť. Nō enī auditores legis
iuſti ſūt apud deū: ſʒ factores legis iuſtificabūť.
Cū enī gētes que legē nō habēt naturaliter ea q̄
legis ſūt faciūt: eiuſmodi legē nō habētes ipi ſi:
bi ſūt lex: qui oſtēdūt opus legis ſcriptū in cordi
bꝫ ſuis: teſtimoniū reddēte illis cōſciencia ipoꝝ et
inter ſe ī inuicē cogitacionū accuſantiū aut etiā
defēdentiū: ī die cū iudicabit deus occulta hoīm
ſcdm euāgeliū meū ꝑ ihesū criſtū. Si aūt tu iu:
deus cognominaris et requieſcis ī lege. et glaris
in deo. et noſti volūtatē eius. et ꝓbas vtiliora ī:
ſtructus ꝑ legē. cōfidis te ipm eſſe ducē cecoꝝ. lu
mē eoꝝ q̄ in tenebris ſūt. eruditorē inſipientiū.
magiſtrū infātiū. habentē formā ſciētie et veri:
tatis in lege: qui ergo aliū doces teipm nō doces.
Qui predicas nō furādū furaris: qui dicis nō
mechandū mecharis. Qui abominans ydola:
ſacrilegiū facis. Qui ī lege glaris: ꝑ p̄uarica:
tionē legis deū inhonoras. Nomē enī dei ꝑ vos
blaſphematť inter gētes: ſicut ſcriptū eſt. Circū:
ciſio quidē ꝓdeſt ſi legē obſerues: ſi aūt p̄uarica:
tor legis ſis: circūciſio tua p̄pucīū facta ē. Si igiť
p̄pucīū iuſticias legis cuſtodiat: nōne p̄pucīū il
lius ī circūciſionē reputabiť? Et iudicabit id qđ
ex natura ē p̄pucīū legē conſummās te: qui per
litterā et circūciſionē p̄uaricator legis es. Non
enī qui ī manifeſto iudeus ē neq; q̄ ī manifeſto
in carne ē circūciſio: ſʒ qui ī abſcōdito iudeus eſt
et circumciſio cordis in ſpiritu nō littera: cuius
laus nō ex hominibꝫ ſed ex deo eſt. III

Quid ergo amplius iudeo ē. aut q̄ vtilitas
circūciſionis? Multū per omnē modū.
Primū quidē: q2a credita ſūt illis eloquia dei.
Quid enī ſi quidā illoꝝ nō crediderūt? Nūqđ
incredulitas illoꝝ fidē dei euacuauit? Abſit.
Eſt aūt deus verax: oīs autē homo mēdax ſicut
ſcriptū ē: ut iuſtificeris ī ſermonibꝫ tuis et vincas
cū iudicaris. Si autē iniquitas nr̄a iuſticiā dei
cōmēdat: quid dicemus? Nūquid iniquus eſt
deus: qui infert irā? Scdm hoīem dico. Abſit.
Aliquin quomō iudicabit deus hūc mundū?
Si enī veritas dei ī meo mēdacio abūdauit ī glaꝫ
ipius: quid adhuc et ego tanq̄ peccator iudicor
et nō ſicut blaſphemamꝰ. et ſicut aiūt quidā nos
dicere. Faciamus mala ut veniāt bona? Quoꝝ
dampnatio iuſta ē. Quid ergo? Precellimus
eos? Nequaq̄. Cauſati enim ſumus iudeos et
grecos oēs ſub peccato eſſe: ſicut ſcriptum eſt.

Quia nō eſt iuſtus quiſq̄: nō eſt intelligens:
nō eſt requirēs deū. Oēs declinauerūt ſimul
inutiles facti ſūt: nō eſt q̄ faciat bonū nō eſt uſq;
ad vnū. Sepulcrū patēs eſt guttur eoꝝ: linguis
ſuis doloſe agebāt: venenū aſpidum ſub labiis
eoꝝ. Quoꝝ os maledictione et amaritudine
plenū eſt: veloces pedes eoꝝ ad effūdendū ſāgui:
nē. Cōtritio et infelicitas ī viis eoꝝ: et viā pacis
nō cognouerūt: nō ē timor dei ante oculos eoꝝ.
Scimus autē. qm̄ quecūq; lex loquiť hiis qui in
lege ſūt loquiť. Vt oē os obſtruatť et ſubditus
fiat oīs mūdus deo: q2a ex operibꝫ legis nō iuſti:
ficabiť oīs caro corā illo. Per legē enī cognitio
peccati. Nūc autē iuſticia dei ſine lege mani:
feſtata eſt: teſtificata a lege et ꝓphetis. Iuſticia
autē dei ꝑ fidē ihesu criſti: in oēs et ſup oēs q̄
credūt ī eum. Nō enī eſt diſtinctio. Oēs enī
peccauerūt: et egēt gl'a dei. Iuſtificati gratis ꝑ
gratiā ipius ꝑ redēptionē que ē ī xp̄o ihesu: quē
ꝓpoſuit deus ꝓpiciatorē per fidē in ſāguine ipius
ad oſtēſionē iuſticie ſue ꝓpter remiſſionē p̄cedētiū
delictoꝝ ī ſuſtētacōe dei ad oſtēſionē iuſticie eius
in hoc tēpore: ut ſit ipſe iuſtus et iuſtificās eū q̄
ex fide ē ihesu criſti. Vbi ē ergo gl'atio tua? Ex:
cluſa ē. Per quā legē? Factoꝝ? Non. Sed ꝑ
legē fidei. Arbitramꝰ enī iuſtificari hoīez ꝑ fidē:
ſine opibꝫ legis. An iudeoꝝ deus tantū? Nō:
ne et gentiū? Immo et gētiū. Quoniā quidē
vnus ē deus qui iuſtificat circūciſionē ex fide. et
p̄pucīū per fidē. Legē ergo deſtruimus per fidē?
Abſit. Sed legem ſtatuimus. IIII

Quid ergo dicemus inueniſſe abrahā patrē
noſtrū ſcdm carnem? Si enī abrahā ex
operibꝫ iuſtificatus ē. habet gloriā: ſed nō apud
deū. Quid enī ſcriptura dicit? Credidit abra:
hā deo: et reputatū ē illi ad iuſticiā. Ei aūt qui
opať. merces nō imputatť ſcdm gratiā: ſed ſcdm
debitū. Ei vero q̄ nō opať. credēti autē in eū qui
iuſtificat impiū reputatť fides eius ad iuſticiam
ſcdm ꝓpoſitū gratie dei: ſicut et dauid dicit bea:
titudinē hoīs cui deus accepto fert iuſticiam ſine
operibꝫ. Beati quoꝝ remiſſe ſūt iniquitates: et
quoꝝ tecta ſūt peccata. Beatus vir cui nō im:
putabit dn̄s peccatū. Beatitudo ergo hec ī cir:
cūciſione manet: an etiā in p̄pucio? Dicimus
enī: quia reputata ē abrahe fides ad iuſticiam.
Quomō ergo reputata ē? In circūciſione: an
in p̄pucio? Nō in circūciſione: ſed in p̄pucio.
Et ſignū accepit circūciſionis ſignaculū iuſticie

fidei que eſt in ꝑpucio: ut ſit pater om̄i credētiū
per ꝑpuciū: ut reputet̄ et illis ad iuſticiā. Et ſit
pater circūciſionis: nō hijs tantū qui ſūt ex cir-
cūciſione: ſ; et hijs qui ſectant̄ veſtigia fidei que
eſt in ꝑpucio patris nr̄i abrahe. Nō enī ꝑ legē
promiſſio abrahe aut ſemini eius ut heres eſſet
mūdi: ſ; ꝑ iuſticiā fidei. Si enī q̄ ex lege heredes
ſūt. exinanita ē̄ fides: oblita ē̄ ꝓmiſſio. Lex enī
irā opat̄. Vbi enī nō ē̄ lex: nec ꝑuaricatio ideo
ex fide: ut ſcd̄m gratiā firma ſit ꝓmiſſio om̄i ſe-
mini. Nō enī qui ex lege ē̄ ſolū: ſed et ei qui ex
fide ē̄ abrahe qui ē̄ pater omniū nr̄m: ſicut ſcptū
ē̄. Quia patrē mlt̄ay gentiū poſui te ante deū
cui credidiſti: qui viuificat mortuos: et vocat ea
que nō ſūt tanq̄; ea que ſūt. Qui cōtra ſpem in
ſpē credidit: ut fieret pater mlt̄ay gentiū: ſcd̄m
q̄ dictū eſt ei. Sic erit ſemen tuū: ſicut ſtelle celi
et arena maris. Et nō infirmatus ē̄ in fide: nec
cōſiderauit corpus ſuū emortuū. cū iā fere centū
eſſet annoy: et emortuā vuluā ſare. In repro-
miſſione etiā dei nō heſitauit diffidētia: ſed cō-
fortatus ē̄ fide dans gloriā deo: pleniſſime ſciēs.
quia quecūq; ꝓmiſit deus potēs ē̄ et facere. Ideo
et reputatū ē̄ illi ad iuſticiā. Nō eſt aūt ſcriptū
tantū ꝓpter ipm̄ q̄a reputatū eſt illi ad iuſticiā:
ſ; et ꝓpt̄ nos quibꝫ reputabit̄ credētibꝫ i eū q̄ ſuſ-
citauit ihm̄ xp̄m dn̄m nr̄m a mortuis: q̄ traditus
ē̄ ꝓpter delicta nr̄a. et reſurrexit ꝓpt̄ iuſtificacōez
Iuſtificati ergo ex fide pacem **V.** noſtrā.
habeamus ad deū ꝑ dn̄m noſtrū ihesū criſtū: ꝑ
quē habemus acceſſū ꝑ fidē in gratiā iſtā: i qua
ſtamus et gl'am̄ in ſpe gl'e filioy dei. Non ſolū
autē: ſed et gl'am̄ in tribulacōibꝫ: ſciētes q̄ tribu-
latio patientiā operat̄: patiētia autē ꝓbationē:
ꝓbatio vero ſpem. Spes autē nō cōfūdit: quia
caritas dei diffuſa ē̄ in cordibꝫ nr̄is: per ſpiritū
ſanctū qui datus ē̄ nobis. Vt quid enī criſtus
cū adhuc infirmi eſſemus ſcd̄m tēpus ꝓ impijs
mortuus ē̄? Vix enī ꝓ iuſto quis morit̄. Nā
ꝓ bono forſitan quis audeat mori. Cōmendat
aūt caritatē ſuā deus i nobis: qm̄ cū adhuc pec-
catores eſſemus ſcd̄m tēpus criſtus ꝓ nobis mor-
tuus ē̄. Multo igit̄ magis nūc iuſtificati i ſāg-
uine ipſius ſalui erimus ab ira per ipm̄. Si enī
cū inimici eſſemus recōciliati ſumus deo. ꝑ mor-
tē filij eius: mlt̄o magis recōciliati ſalui erimus
in vita ipſius. Nō ſolū autē: ſed et gl'am̄ i deo
per dn̄m nr̄m ihesū criſtū: per quē nūc recōcili-
atonē accepimus. Propterea ſicut per vnum
hominē peccatum in hunc mundum intrauit
et per peccatū mors: et ita in om̄es hoīes mors
ptrāſijt: i quo omnes peccauerūt. Vſq; ad legē
enī peccatū erat i mūdo. Peccatū autē nō im-
putabat̄ cū lex non eſſet: ſed regnauit mors ab
adam uſq; ad moyſen. etiā i eos qui nō peccaue-
rūt i ſimilitudinē ꝑuaricacōis ade: qui ē̄ forma
futuri. Sed nō ſicut delictū: ita et donū. Si enī
vnius delicto mlt̄i mortui ſūt: mlt̄o magis grā
dei et donū. in gratia vnius hoīs ihesu criſti. in
plures abundauit. Et nō ſicut ꝑ vnū peccatū:
ita et donū. Nā iudiciū ex vno i cōdemnacōez:
gratia autē ex mlt̄is delictis i iuſtificationē. Si
enī vnius delicto mors regnauit per vnū: multo
magis abūdantiā gratie et donacōnis et iuſticie
accipiētes i vita regnabūt per vnū ihesū criſtū.
Igit̄ ſicut ꝑ vnius delictū in omnes hoīes i con-
dēnationē: ſic et ꝑ vnius iuſticiā in omnes hoīes
in iuſtificationē vite. Sicut enī ꝑ inobedientiā
vnius hoīs peccatores cōſtituti ſūt mlt̄i: ita et ꝑ
vnius obeditionē iuſti cōſtituent̄ mlt̄i. Lex aūt
ſubintrauit: ut abūdaret delictū. Vbi aūt abū-
dauit delictū. ſuꝑabūdauit gratia: ut ſicut reg-
nauit peccatū in mortē. ita et gratia regnet per
iuſticiā in vitā eternā: ꝑ ihesū criſtū dn̄m nr̄m.
Quid ergo dicemus? Manebimus **VI.**
Q-bimus i pccō: ut gratia abūdet? Abſit.
Si enī mortui ſumus peccato: quomodo adhuc
viuemus i illo? An ignoratis fr̄es: q̄a quicūq;
baptizati ſumus in criſto ihesu in morte ipſius
baptizati ſumus? Cōſepulti enī ſumus cū illo ꝑ
baptiſmū in mortē: ut quomō criſtus ſurrexit a
mortuis per gloriā patris. ita et nos i nouitate
vite ambulemus. Si enī cōplātati facti ſumus
ſimilitudini mortis eius: ſimul et reſurreccōnis
erimus. Hoc ſciētes: q̄a vetus homo noſter ſimul
crucifixus ē̄ ut deſtruat̄ corpus peccati: ut vltra
nō ſeruiamus peccato. Qui enī mortuus eſt:
iuſtificatus ē̄ a peccato. Si autē mortui ſumus
cū criſto credimus quia ſimul etiā viuemus cū
criſto: ſciētes q̄ criſtus reſurgēs a mortuis iā
nō morit̄: mors illi vltra nō dn̄abit̄. Quod enī
mortuus ē̄ peccato. mortuus ē̄ ſemel: quod autē
viuit viuit deo. Ita et vos exiſtimate vos mor-
tuos quidē eſſe peccato: viuētes autē deo i criſto
ihesu. Nō ergo regnet peccatū i veſtro mortali
corpore: ut obediatis concupiſcentijs eius. Sed
neq; exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis
peccato: ſed exhibete vos deo tanq̄; ex mortuis

viuentes: & membra veſtra arma iuſticie deo.
Peccatū enī vobis nō dn̄abitur. Nō enī ſub
lege eſtis: ſ₃ ſub gratia. Quid ergo? Peccabi-
mus: quī nō ſumus ſub lege ſ₃ ſub gr̄a? Abſit.
An neſcitis quī cui exhibetis vos ſeruos ad obe
diēdū: ſerui eſtis eius cui obediſtis. ſiue peccati
ad mortē ſiue obediciōis ad iuſticiā? Gratias aūt
deo ꝙ fuiſtis ſerui peccati: obediſtis aūt ex corde.
in eā formā doctrine ī qua traditi eſtis. Liberati
aūt a peccato: ſerui facti eſtis iuſticie. Humanū
dico: ꝓpter infirmitatē carnis veſtre. Sicut enī
exhibuiſtis mēbra veſtra ſeruire immūdicie &
iniquitati ad iniquitatē: ita nūc exhibete mem-
bra veſtra ſeruire iuſticie ī ſāctificationē. Cum
enim ſerui eſtis peccati: liberi fuiſtis iuſticie.
Quē ergo fructū habuiſtis tūc ī illis? ī quibus
nūc erubeſcitis? Nā finis illoꝝ mors ē. Nūc
vero liberati a peccato. ſerui autē facti deo: habe-
tis fructū veſtrū in ſāctificationē: finē vero vitā
eternā. Stipēdia enī pcc̄i mors: gratia aūt dei
vita eterna. ī cristo ihesu dn̄o nr̄o. ·V·II·

An ignoratis fr̄es ſciētib₃ enī legē loquor.
quia lex ī hoīe dn̄at̄ quāto tēpore viuit?
Nā que ſub viro ē mulier: viuēte viro alligata
eſt legi. Si autē mortuus fuerit vir eius: ſoluta
ē a lege viri. Igit̄ viuēte viro vocabit̄ adultera
ſi fuerit cū alio viro: ſi autē mortuus fuerit vir
eius. liberata ē a lege viri: ut nō ſit adultera ſi
fuerit cū alio viro. Itaq₃ fratres mei et vos mor
tificati eſtis legi ꝑ corpus cristi: ut ſitis alterius
q̄ ex mortuis reſurrexit: ut fructificetis deo. Cū
enī eſſemus ī carne. paſſiones peccatoꝝ que per
legē erāt operabant̄ in mēbris nr̄is: ut fructifi-
carēt morti. Nūc aūt ſoluti ſumus a lege mor
tis. ī qua detinebam̄: ita ut ſeruiamus ī nouita
te ſpiritus et nō in vetuſtate littere. Quid ergo
dicemus? Lex peccatū eſt? Abſit. Sed peccatū
nō cognoui: niſi per legē. Nam cōcupiſcentiā
neſciebā: niſi lex diceret. Nō cōcupiſces. Occa-
ſione autē accepta. peccatū per mādatū opatū ē
in me omnē cōcupiſcētiā. Sine lege enī peccatū
mortuū erat. Ego aūt viuebā ſine lege aliquan-
do. Sed cū veniſſet mandatū: peccatū reuixit.
Ego autē mortuus ſum: et inuentū eſt michi
mādatū quod erat ad vitā: hoc ē ad mortē. Nā
pcc̄m occaſione accepta ꝑ mādatū ſeduxit me:
et ꝑ illud occidit. Itaq₃ lex quidē ſācta: et māda
tū ſanctū et iuſtū et bonū. Quod ergo bonū ē
michi factum eſt mors? Abſit. Sed peccatum
ut appareat peccatū per bonū operatū eſt michi
mortē: ut fiat ſupra modū peccans peccatū per
mādatū. Scimus enī: q̄a lex ſpiritualis ē. Ego
aūt carnalis ſū: venūdatus ſub peccato. Quod
enī operor nō intelligo. Non enī qđ volo bonū
hoc ago: ſed quod odio malū illud facio. Si aūt
quod nolo illud facio: cōſentio legi quī bona ē.
Nūc autē iam nō ego operor illud ſed quod ha
bitat ī me peccatū. Scio enī: quia nō habitat ī
me hoc ē in carne mea bonū. Nā velle adiacet
michi: ꝑficere autē bonū nō inuenio. Nō enī
quod volo bonū hoc facio: ſed qđ nolo malū hoc
ago. Si aūt quod nolo facio illud: iam nō ego
operor illud: ſed qđ habitat ī me peccatū. Inue-
nio igit̄ legē volēti michi facere bonū: quoniā
michi malū adiacet. Cōdelector enī legi dei ſcđm
interiorē hoīe₃. Video autē aliā legē in mēbris
meis. repugnantē legi mētis mee: et captiuātē
me ī lege peccati q̄ eſt in mēbris meis. Infelix
ego homo: quis me liberabit de corpore mortis
huius? Gratia dei: per ihesū cristū dn̄m nr̄m.
Igit̄ ego ipſe mēte ſeruio legi dei: carne aūt legi
peccati.

Nichil ergo nūc ·V·III· dampnacōis ē hijs qui ſūt ī cristo ihesu: q̄
nō ſcđm carnē ambulāt. Lex enī ſpiritus vite ī
xp̄o ihesu: liberauit me a lege peccati et mortis.
Nā qđ impoſſibile erat legi in quo infirmabat̄
ꝑ carnē: deus filiū ſuū mittēs ī ſimilitudinē car
nis peccati: et de peccato dāpnauit peccatū ī car-
ne. ut iuſtificatio legis impleret̄ in nobis: qui
nō ſcđm carnē ambulamus. ſed ſcđm ſpiritū.
Qui enī ſcđm carnē ſūt. q̄ carnis ſūt ſapiunt:
q̄ vero ſcđm ſpiritū ſūt. que ſūt ſpiritus ſentiūt.
Nā prudētia carnis mors ē: prudētia autē ſpi
ritus vita et pax. Quī ſapiētia carnis inimica
ē deo. Legi enī dei nō ē ſubiecta. nec enī poteſt.
Qui autē in carne ſūt: deo placere nō poſſūt.
Vos autē in carne nō eſtis ſ₃ ī ſpiritu: ſi tamē
ſpiritus dei habitat ī vobis. Si quis aūt ſpiritū
criſti nō habet: hic nō eſt eius. Si autē criſtus in
vobis ē: corpus quidē mortuū eſt ꝓpter peccatū:
ſpiritus vero viuit ꝓpter iuſtificationē. Quod
ſi ſpiritus eius qui ſuſcitauit ihesū a mortuis ha
bitat ī vobis: q̄ ſuſcitauit ihesū criſtū a mortuis
viuificabit et mortalia corpora vr̄a: ꝓpter inha-
bitantē ſpiritū eius ī vobis. Ergo fr̄es debitores
ſumus: non carni ut ſcđm carnē viuamus. Si
enī ſecundū carnē vixeritis. moriemini: ſi autē
ſpiritu facta carnis mortificaueritis. viuetis.

Quicunq₃ enī ſpū :-

Quicūqꝫ enī ſpiritu dei aguntur: hij ſunt filij
dei. Nō enī accepiſtis ſpiritū ſeruitutis iterū in
timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorū
dei: ī quo clamamus abba pater. Ipſe enī ſpiri-
tus teſtimoniū reddit ſpiritui nr̄o: ꝙ ſumus filij
dei. Si autē filij· et heredes: heredes quidē dei· co-
heredes autē criſti: ſi tamē cōpatimur ut et cōglori-
ficemur. Exiſtimo enī: ꝙ nō ſūt cōdigne paſſiones
huius tēporis ad futurā gloriā· que reuelabitur in
nobis. Nā expectatio creature reuelationē fi-
liorū dei expectat. Vanitati enī creatura ſubiec-
ta ē nō volēs: ſed ꝓpter eū qui ſubiecit eā in ſpe:
quia et ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corrup-
cōnis ī libertatē glorie filiorū dei. Scimus enī: ꝙ oīs
creatura ingemiſcit et parturit uſqꝫ adhuc· nō
ſolū autē illa: ſed et noſipſi primitias ſpiritus
habētes· et ipſi intra nos gemimus adoptionem
filiorū dei: expectātes redemptionē corporis nr̄i.
Spe enī ſalui facti ſumus. Spes autē que videtur
nō eſt ſpes. Nā quod videt quis quid ſperat? Si
autē quod nō videmus ſperamus: per patientiā
expectamus. Similiter aūt et ſpiritus adiuuat
infirmitatē nr̄am. Nā quid oremus ſicut oportet
neſcimus: ſed ipſe ſpiritus poſtulat ꝓ nobis ge-
mitibus inenarrabilibus. Qui aūt ſcrutatur corda:
ſcit quid deſideret ſpiritus: quia ſcdm deū poſtulat
ꝓ ſāctis. Scimus autē quoniā diligētibus deū· oīa
cooperantur ī bonū: hijs qui ſcdm ꝓpoſitū vocati
ſūt ſācti. Nā quos p̄ſciuit et p̄deſtinauit cōfor-
mes fieri ymaginis filij ſui: ut ſit ipſe primogeni-
tus in multis fratribus. Quos autē p̄deſtinauit
hos et vocauit: et quos vocauit hos et iuſtificauit.
Quos autē iuſtificauit: illos et glorificauit.
Quid ergo dicemus ad hec. Si deus ꝓ nobis:
quis cōtra nos? Qui etiā ꝓprio filio nō pepercit:
ſed ꝓ nobis oībus tradidit illū. Quomō nō
etiā cū illo oīa nobis donauit? Quis accuſa-
bit aduerſus electos dei? Deus qui iuſtificat.
Quis ē qui cōdemnet? Xp̄us ihesus qui mortuus
eſt ymmo qui et reſurrexit: qui ē ad dexterā dei:
qui etiā interpellat pro nobis. Quis ergo nos
ſeparabit a caritate criſti? Tribulacō an anguſ-
tia an fames an nuditas an periculū: an perſecu-
tio an gladius? Sicut ſcriptū eſt. Quia ꝓpter
te mortificamur tota die: eſtimati ſumus ſicut
oues occiſionis. Sed in hijs oībus ſuperamus:
ꝓpter eū qui dilexit nos. Certus ſū enī: quia neqꝫ
mors neqꝫ vita neqꝫ angeli neqꝫ principatus ne-
qꝫ v̄tutes neqꝫ inſtātia neqꝫ futura neqꝫ fortitudo
neqꝫ altitudo neqꝫ ꝓfundum neqꝫ creatura alia
poterit nos ſeparare a caritate dei: que eſt in criſto
ihesu dn̄o nr̄o.

IX

Veritatē dico in criſto ihesu· nō mentior· teſtimoniū
michi ꝑhibēte cōſciētia mea ī ſpiritu ſācto: quoniā
triſticia michi ē magna: et cōtinuus dolor cordi
meo. Optabā enī ego ipſe anathema eſſe a criſto
ꝓ fratribus meis qui ſūt cognati mei ſcdm carnē
qui ſūt iſrahelite: quorū adoptio ē filiorū et gloria et
teſtamentū et legiſlatio et obſequiū et ꝓmiſſa:
quorū patres ex quibus criſtus ſcdm carnē· qui eſt
ſup oīa deus benedictus ī ſecula amē. Nō aūt
ꝙ exciderit verbū dei. Nō enī oēs qui iſrl' hij
ſūt iſrahelite· neqꝫ qui ſemē ſūt abrahe oēs filij.
Sed ī yſaac vocabitur tibi ſemen: id eſt nō qui filij
carnis hij filij dei: ſed qui filij ſunt ꝓmiſſionis·
eſtimantur in ſemine. Promiſſionis enī verbū
hoc ē. Scdm hoc tēpus veniā: et erit ſare filius.
Nō ſolū autē illa: ſed et rebecca ex vno cōcubitu
habēs yſaac p̄ris nr̄i. Cū enī nōdū nati fuiſſēt
aut aliquid boni egiſſēt aut mali: ut ſcdm eleccōem
ꝓpoſitū dei maneret· nō ex operibus ſed ex vocāte
dictū eſt ei: quia maior ſeruiet minori ſicut ſcriptū
eſt. Jacob dilexi: eſau autē odio habui. Quid
ergo dicemus? Nūquid iniquitas apud deū?
Abſit. Moyſi enī dicit. Miſerebor cui miſer-
tus ſū: et miſericordiam p̄ſtabo cui miſerebor. Igitur
nō volētis neqꝫ currētis ſed miſerētis ē dei. Dicit
enī ſcriptura pharaoni. Quia in hoc ipm exci-
taui te ut oſtēdam ī te virtutē meā: et ut annū-
cietur nomē meum in vniuerſa terra. Ergo cui vult
miſeretur: et quem vult indurat. Dicis itaqꝫ
michi. Quid adhuc queritur? Volūtati eius quis
reſiſtit? O homo: tu quis es· qui reſpōdeas deo?
Nūquid dicit figmētum ei qui ſe finxit: quid
me feciſti ſic? An nō habet poteſtatē figulus lu-
ti ex eadē maſſa facere aliud quidē vas in hono-
rē: aliud vero ī cōtumeliā? Quod ſi deus volēs
oſtēdere irā· et notā facere potētiā ſuā ſuſtinuit
in multa patiētia vaſa ire apta ī interitū: ut oſ-
tēderet diuitias glorie ſue in vaſa miſericordie que
p̄parauit in gloriā? Quos et vocauit nos: nō
ſolū ex iudeis ſed etiā ex gētibus: ſicut ī oſee dicit.
Vocabo nō plebē meā· plebē meā: et nō dilectā
dilectā· et nō miſericordiā conſecutā miſericordiam
cōſecutā. Et erit: ī loco vbi dictū ē eis nō plebs
mea vos: ibi vocabuntur filij dei viui. Yſaias aūt
clamat ꝓ iſrl'. Si fuerit numerus filiorū iſrahel
tanqꝫ arena maris: reliquie ſalue fient. Verbū

enim: conſummans et abbreuians in equitate:
quia verbū breuiatū faciet dñs ſup terrā. Et ſicut
pdixit yſaias niſi dñs ſabaoth reliquiſſet nobis
ſemē ſicut ſodoma et facti eſſemus: et ſicut go-
morra ſiles fuiſſemus. Quid ergo dicemus?
Quod gētes que nō ſectabant iuſticiā apprehē-
derūt iuſticiā: iuſticiā aūt que ex fide ē. Iſrahel
vero ſectādo legē iuſticie: ī legē iuſticie nō pue-
nit. Quare: quia nō ex fide: ſed q̄ſi ex operib9.
Offenderūt enī in lapidē offēſionis: ſicut ſcriptū
eſt. Ecce pono ī ſyon lapidē offēſionis et petrā
ſcādali: et oīs qui credit ī eū nō cōfūdet. X
Fratres: volūtas quidē cordis mei et obſe-
cratio ad deū fit p illis ī ſalutē. Teſtimo
niū enī phibeo illis q emulationē quidē dei ha-
bēt: ſed nō ſcdm ſciētiā. Ignorātes enī iuſticiā
dei. et ſuā querētes ſtatuere: iuſticie dei nō ſūt
ſubiecti. Finis enī legis criſtus: ad iuſticiā oīi
credēti. Moyſes enī ſcripſit: qm̄ iuſticiā que ex
lege ē qui fecerit homo: viuet ī ea. Que aūt ex
fide ē iuſticiā ſic dicit. Ne dixeris in corde tuo.
quis aſcēdet ī celū. id ē criſtū deducere: aut quis
deſcēdet ī abyſſū. hoc ē criſtū a mortuis reuoca-
re. Sed quid dicit ſcriptura? Prope ē verbū in
ore tuo et ī corde tuo. Hoc ē verbū fidei qd pdica-
mus: quia ſi cōfitearis ī ore tuo dñm iheſū: et
in corde tuo credideris. q deus illum ſuſcitauit a
mortuis: ſaluus eris. Corde enī credit ad iuſti-
ciā: ore aūt cōfeſſio fit ad ſalutē. Dicit enī ſcrip
tura. Omīs qui credit ī illū nō cōfundet. Nō
enī eſt diſtinctio iudei et greci. Nā idē dñs om-
niū: diues in oēs qui inuocāt illū. Omīs enī
quicūq3 inuocauerit nomen dñi: ſaluus erit.
Quomō ergo inuocabūt ī quē nō crediderūt?
Aut quomō credēt ei: quē nō audierūt? Quo
modo autē audiēt: ſine pdicāte? Quomō vero
pdicabūt: niſi mittant? Sicut ſcriptū ē. Quā
ſpecioſi pedes euāgelizantiū pacē: euāgelizantiū
bona. Sed nō oēs obediūt euāgelio. Yſaias
enī dicit. Dñe: quis credidit auditui nr̄o? Er-
go fides ex auditu: auditus autē p verbū criſti.
Sed dico. Nūquid nō audierūt? Et quidē in
omnē terrā exiuit ſonus eoꝝ: et ī fines orbis ter-
re verba eoꝝ. Sed dico. Nūquid iſrl' nō cogno
uit? Primus moyſes dicit. Ego ad emulacōez
vos adducā nō in gentē in gentē inſipientē: in
irā vos mittā. Yſaias autē audet et dicit. In-
uētus ſū a nō querētib9 me: palā apparui hijs q
me nō interrogabāt. Ad iſrahel autem dicit.

Tota die expandi manus meas ad populum
nō credentē: ſed cōtradicentē michi. XI
Dico ergo. Nunquid deus repulit ppl'm
ſuū? Abſit. Nam et ego iſrahelita ſū
ex ſemine abrahā de tribu beniamin. Nō repu
lit deus plebē ſuā quā pſciuit. An neſcitis in
helya qd dicit ſcriptura: quēadmodū interpellat
deū aduerſū iſrl'? Dñe pphetas tuos occiderūt:
altaria tua ſuffoderūt: et ego relictus ſū ſolus:
et querūt aīam meā. Sed quid dicit illi diuinū
reſponſū? Reliqui michi ſeptē milia viroꝝ: q
nō curuauerūt genua ante baal. Sic ergo et in
hoc tēpore: reliquie ſcdm eleccōnem gratie ſalue
facte ſūt. Si aūt gratia: iā nō ex operib9. Alio-
quin gratia iā nō eſt gratia. Quid ergo? Quod
querebat iſrl' hoc nō eſt cōſecutus: electio autē cō
ſecuta ē: ceteri vero excecati ſūt ſicut ſcriptū eſt.
Dedit illis deus ſpiritū cōpunccōnis: oculos ut
nō videāt et aures ut nō audiāt: uſq3 ī hodiernū
diē. Et dauid dicit. Fiat mēſa eoꝝ corā ipīs in
laqueū: et ī captionē et ī ſcandalū et ī retributi
onē illis. Obſcurent oculi eoꝝ ne videāt: et dorſū
eoꝝ ſemp incurua. Dico ergo. Nūquid ſic of-
fenderūt ut caderent? Abſit. Sed illoꝝ delicto.
ſalus gētib9: ut illos emulent. Quod ſi delictū
eoꝝ diuitie ſūt mundi. et diminutio eoꝝ diuitie
gentiū: quāto magis plenitudo eoꝝ? Vobis enī
dico gētib9. Quādiu quidē ego ſū gētiū aplus
miniſterium meū honorificabo: ſi quo modo ad
emulandū prouocē carnē meā: et ſaluos faciā
aliquos ex illis. Si enī amiſſio eoꝝ recōciliatio ē
mūdi: q aſſūptio niſi vita ex mortuis? Quod
ſi delibatio ſācta ē: et maſſa. Et ſi radix ſācta:
et rami. Quod ſi aliqui ex ramis fracti ſūt: tu
autē cū oleaſter eſſes inſertus es ī illis: et ſocius
radicis et pinguedinis oliue factus es: noli glo-
riari aduerſus ramos. Quod ſi glaris: nō tu
radicē portas: ſed radix te. Dicis ergo. Fracti
ſūt rami: ut ego inſerar. Bene. Propter in-
credulitatē fracti ſūt. Tu autē fide ſtas. Noli
altū ſapere ſed time. Si enī deus naturalib9 ra-
mis nō pepercit: ne forte nec tibi parcat. Vide
ergo bonitatē et ſeueritatē dei. In eos quidē qui
ceciderūt ſeueritatē: ī te autē bonitatē dei: ſi per-
māſeris in bonitate. Alioquin et tu excideris.
Sed et illi ſi nō pmāſerint ī incredulitate inſerē-
tur. Potēs eſt enī deus iterū inſerere illos. Nā
et ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro et cōtra na
turā inſertus es ī bonā oliuā: quāto magis hij

qui ſecundum naturam inſerentur ſue oliue?
Nolo enĩ vos ignorare fr̄es miſteriũ hoc: ut nõ
ſitis vobiſipĩs ſapiẽtes: quia cecitas ex parte con
tingit ĩ iſrl' donec plenitudo gentiũ intraret: et
ſic om̄is iſrl' ſaluus fieret ſicut ſcriptũ eſt. Ve-
niet ex ſyon: q eripiat & auertat impietatẽ ab
iacob. Et hoc illis a me teſtamẽtũ: cũ abſtulero
peccata eoꝝ. Secundũ euangeliũ quidẽ inimici
ꝓpter vos: ſcd̄m electionem autẽ cariſſimi ꝓpter
pr̄es. Sine penitẽtia enĩ ſũt dona et vocatio dei.
Sicut enĩ aliquãdo et vos nõ credidiſtis deo nũc
autẽ miſericordiã cõſecuti eſtis ꝓpter increduli-
tatẽ illoꝝ: ita et iſti nũc nõ crediderũt in veſtrã
miſericordiã: ut et ipĩ miſericordiã cõſequant̄.
Cõcluſit enĩ deus oĩa ĩ incredulitate: ut omniũ
miſereat̄. O altitudo diuitiaꝝ ſapiẽtie et ſciẽtie
dei: quã incõprehẽſibilia ſũt iudicia eius: et in-
ueſtigabiles vie eius. Quis enĩ cognouit ſenſũ
dñi: aut quis conſiliarius eius fuit? Aut quis
prior dedit illi: et retribuet̄ ei? Quĩ ex ipõ et ꝑ
ipm̄ et ĩ ipõ ſũt oĩa: ipĩ gl̄a ĩ ſecl'a ſecl'oꝝ amẽ.
XII.

Obſecro itaq; vos fratres ꝑ
miſericordiã dei: ut exhibeatis corpora
veſtra hoſtiã viuentẽ · ſanctã · deo placentẽ: rati-
onabile obſequiũ veſtrũ. Et nolite conformari
huic ſeculo: ſed reformamini in nouitate ſenſus
veſtri: ut ꝓbetis q̄ ſit volũtas dei bona · et bene
placẽs · et ꝑfecta. Dico enĩ ꝑ gratiã que data eſt
michi · om̄ibꝫ qui ſũt inter vos: nõ plus ſapere
q̄ȝ oportet ſapere · ſed ſapere ad ſobrietatẽ: et vni-
cuiq; ſicut deus diuiſit mẽſurã fidei. Sicut enĩ
in vno corpore mł'ta membra habemus: oĩa aũt
membra nõ eundẽ actũ habẽt: ita multi vnum
corpus ſumus ĩ criſto: ſinguli aũt alter alterius
mẽbra: habẽtes donacões ſcd̄m gratiã que data
eſt nobis differẽtes. Siue ꝓphetiã: ſcd̄m racõnẽ
fidei. Siue miniſteriũ: ĩ miniſtrãdo. Siue qui
docet: in doctrina. Qui exhortat̄ in exhortãdo.
Qui tribuit: in ſimplicitate. Qui p̄eeſt: in
ſollicitudine. Qui miſeret̄: ĩ hilaritate. Di-
lectio: ſine ſimulacõe. Odiẽtes malũ: adherẽtes
bono. Caritatẽ fraternitatis inuicẽ diligentes:
honore inuicẽ p̄uenientes. Sollicitudine nõ pi-
gri: ſpiritu feruẽtes: dño ſeruiẽtes. Spe gaudẽ-
tes: ĩ tribulacõe patiẽtes: oracõi inſtãtes. Ne-
ceſſitatibꝫ ſãctoꝝ cõmunicãtes: hoſpitalitatẽ ſec-
tãtes. Benedicite ꝑſequẽtibꝫ vos. Benedicite:
et nolite maledicere. Gaudere cũ gaudentibꝫ:
flere cũ flentibꝫ. Idipſum inuicem ſentientes.
Non alta ſapientes: ſȝ humilibꝫ cõſentientes.
Nolite eſſe prudẽtes apud voſmetipĩos. Nulli
malũ ꝓ malo reddẽtes: ꝓuidẽtes bona nõ tan-
tũ corã deo: ſȝ etiã corã oĩbꝫ hoĩbꝫ. Si fieri poteſt
q ex vobis ẽ: cũ oĩbꝫ hoĩbꝫ pacẽ habẽtes. Non
voſmetipĩos defẽdẽtes cariſſimi: ſed date locũ ire.
Scriptũ eſt enĩ. Michi vindictã: & ego retri-
buã dicit dñs. Sed ſi eſurierit inimicus tuus ci-
ba illũ: ſi ſitit: potũ da illi. Hoc enĩ faciẽs: carbo
nes ignis cõgeres ſuꝑ caput eius. Noli vinci a
malo: ſed vince in bono malũ. XIII.

Omnis aĩa poteſtatibꝫ ſublimioribꝫ ſubdi-
ta ſit. Nõ eſt enim poteſtas niſi a deo.
Que autẽ ſũt a deo: ordinata ſunt. Itaq; qui
reſiſtit poteſtati: dei ordinacõi reſiſtit. Qui
autẽ reſiſtũt: ipĩ ſibi dampnationem acquirũt.
Nã principes nõ ſũt timori boni opis ſȝ mali.
Vis aũt nõ timere poteſtatẽ? Bonũ fac: et ha-
bebis laudẽ ex illa. Dei enĩ miniſter eſt: tibi in
bonũ. Si aũt malũ feceris · time. Nõ enĩ ſine
cauſa gladiũ portat. Dei enĩ miniſter ẽ: vindex
in irã ei qui malũ agit. Ideoq; neceſſitate ſub-
diti eſtote: nõ ſolũ ꝓpter irã: ſed etiã ꝓpter cõſci-
entiã. Ideo enĩ et tributa p̄ſtatis. Miniſtri enĩ
dei ſũt: ĩ hoc ipm̄ ſeruiẽtes. Reddite ergo oĩbꝫ
debita. Cui tributũ tributũ: cui vectigal vecti-
gal: cui timorẽ timorẽ · cui honorẽ honorẽ. Ne-
mini quicq; debeatis: niſi ut inuicẽ diligatis.
Qui enĩ diligit proximũ: legem adimplevit.
Nã nõ adulterabis · nõ occides · nõ furaberis ·
nõ falſũ teſtimoniũ dices · nõ cõcupiſces: et ſi qđ
eſt aliud mãdatũ in hoc verbo inſtaurat̄: diliges
ꝓximũ tuũ ſicut teipm̄. Dilectio ꝓximi malũ
nõ operat̄. Plenitudo ergo legis ẽ dilectio. Et
hoc ſciẽtes tẽpus: quia hora ẽ iam nos de ſomno
ſurgere. Nũc enĩ ꝓpior ẽ nr̄a ſalus: q̄ȝ cũ credi-
dimus. Nox p̄ceſſit: dies autẽ appropinquit.
Abiciamus ergo opa tenebraꝝ et induamur ar-
ma lucis: ſicut ĩ die honeſte ambulemus. Nõ
in comeſſacõibꝫ et ebrietatibꝫ · nõ in cubilibꝫ et
impudiciciis · nõ in cõtencõne et emulacõe: ſed
induimini dñm ihesũ criſtũ: & carnis curam
ne feceritis in deſideriis. XIIII.

Infirmũ aũt ĩ fide aſſumite: nõ in diſceptacõibꝫ
cogitationũ. Alius enĩ credit mãducare ſe om
nia. Qui aũt infirmus ẽ: olus mãducet. Is
qui mãducat · nõ mãducantẽ nõ ſpernat: et q
nõ mãducat: mãducantem nõ iudicet. Deus
enĩ illũ aſſũpſit. Tu quis es qui iudicas alienũ

ſeruum? Dño ſuo ſtat aut cadit. Stabit autē.
Potēs eſt enī deus ſtatuere illū. Nā alius iu-
dicat diē inter diē: alius aūt iudicat omnē diē.
Vnuſquiſq; ī ſuo ſēſu abūdet. Qui ſapit diē·
dño ſapit: et q̄ mãducat· dño mãducat. Grati-
as enī agit deo. Et q̄ nō mãducat· dño nō mã-
ducat: et gratias agit deo. Nemo enī nrm̄ ſibi
viuit & nemo ſibi morit̄. Siue enī viuimus·
dño viuimus: ſiue morim̄· dño morim̄. Siue er-
go viuimus ſiue morimur: dñi ſumus. In hoc
enī xp̄us mortuus ē et reſurrexit: ut et viuoꝝ et
mortuoꝝ dñetur. Tu autē quid iudicas fratrē
tuū: aut tu quare ſpernis fratrē tuū? Omēs enī
ſtabimus ante tribunal dei. Scriptum ē enim.
Viuo ego dicit dñs: qm̄ michi flectet̄ omē ge-
nu: et om̄is lingua confitebit̄ deo. Itaq; vnuſ-
quiſq; nrm̄ ꝓ ſe rationē reddet deo. Non ergo
amplius inuicem iudicemus. Sed hoc iudicate
magis: ne ponatis offēdiculū fratri uel ſcāda-
lū. Scio et cōfido ī dño ihesu: q̄a nichil cōmune
ꝑ ipm̄· niſi ei qui exiſtimat quid cōmune eſſe:
illi cōmune eſt. Si enī ꝓpter cibū frater tuus cō-
triſtat̄: iam nō ſcdm̄ caritatē ambulas. Noli
cibo tuo illū ꝑdere: ꝓ quo criſtus mortuus eſt.
Nō ergo blaſphemet̄ bonū noſtrū. Nō eſt enī
regnū dei eſca et potus: ſed iuſticia et pax et gau-
diū in ſpiritu ſācto. Qui enī in hoc ſeruit criſto
placet deo: et ꝓbatus ē hoīb;. Itaq; q̄ pacis ſūt
ſectem̄: et que edificacōis ſūt in inuicē cuſtodia-
mus. Noli ꝓpter eſcā deſtruere opus dei. Om-
nia quidē ſūt mūda: ſed malū eſt hoī qui per of-
fendiculū mãducat. Bonū eſt nō mãducare
carnē et nō bibere vinū: neq; in quo frater tuus
offēdit aut ſcādalizat̄ aut infirmat̄. Tu quidē
habes penes temetipm̄: habe corā deo. Beatus q̄
nō iudicat ſemetipm̄ in eo q̄ ꝓbat. Qui autē
diſcernit: ſi mãducauerit dãnatus eſt: q̄a nō ex
fide. Omē autē quod nō eſt ex fide peccatum ē.

Debemus autē nos firmiores **XV**
imbecillitates infirmoꝝ ſuſtinere: et non
nobis placere. Vnuſquiſq; veſtrum ꝓximo ſuo
placeat ī bonū: ad edificationē. Etenim criſtus
nō ſibi placuit: ſed ſicut ſcriptū eſt: impropera
improperantiū tibi ceciderūt ſup me. Queccūq;
enī ſcripta ſūt ad noſtrā doctrinā ſcripta ſūt: ut
per patientiā et cōſolacōem ſcripturaꝝ ſpem ha-
beamus. Deus autē paciētie et ſolatij det vobis
idipm̄ ſapere in alterutrū ſcdm̄ ihesū criſtū: ut
vnanimes vno ore honorificetis deū et patrē dñi
nrī ihesu criſti. Propter quod ſuſcipite inuicē
ſicut et criſtus ſuſcepit vos ī honorem dei. Dico
enī criſtū ihesū miniſtrū fuiſſe circūciſionis ꝓp-
ter veritatē dei ad cōfirmandas ꝓmiſſiones pa-
trū: gētes aūt ſuper miſericordia honorare deū:
ſicut ſcriptū ē. Propterea cōfitebor tibi ī gētib;
dñe: et noī tuo cãtabo. Et iteꝝ dicit. Letamini
gētes cū plebe eius. Et iteꝝ. Laudate omēs gē-
tes dñm: et magnificate eū omēs ꝑp̄li. Et rur-
ſus yſaias ait. Erit radix ieſſe: et qui exſurget
regere gētes· ī eū gētes ſperabūt. Deus aūt ſpei
repleat vos omī gaudio et pace in credendo: ut
abūdetis in ſpe et virtute ſpiritus ſācti. Certus
ſū autē fratres mei et ego ipē de vobis: qm̄ et ipi
pleni eſtis dileccōne· repleti omī ſciencia: ita ut
poſſitis alterutrū monere. Audacius autem
ſcripſi vobis fratres ex parte: tanq̄ ī memoriā
vos reducēs: ꝓpter gratiā que data ē michi a deo
ut ſim miniſter criſti ihesu in gētib; ſanctificãs
euãgelium dei: ut fiat oblatio gentiū accepta et
ſãctificata in ſpiritu ſãcto. Habeo igit̄ gloriā in
xp̄o ihesu ad deū. Nō enī audeo aliq̄d loqui eoꝝ
que ꝑ me nō effiat criſtus in obedientiā gētiū:
verbo et factis ī virtute ſignoꝝ et ꝓdigioꝝ ī vir-
tute ſpiritus ſācti: ita ut ab ihrl'm ꝑ circuitū uſ-
q; ad illiricū repleuerim euãgeliū criſti. Sic aūt
p̄dicaui euãgeliū hoc· nō vbi noīatus ē criſtus
ne ſup alienū fūdamentū edificarē: ſ; ſicut ſcrip-
tū eſt quib; nō eſt annūciatū de eo videbūt: et q̄
nō audierūt de eo intelligēt· ꝓpter qd̄ et impedie-
bar plurimū venire ad vos. Nūc vero vlterius
locū nō habēs ī hijs regionib;: cupiditatē autē
habēs veniēdi ad vos ex mltis iam p̄cedētib; an-
nis: cū in hyſpaniā ꝓficiſci cepero· ſpero q̄ p̄teri-
ens videā vos· et a vobis deducar illuc· ſi vobis
primū ex parte fruitus fuero. Nūc igit̄ ꝓficiſ-
car ī iheruſalē miniſtrare ſãctis. Probauerūt
enī macedonia et achaia collacōem aliquā facere
ī pauperes ſãctoꝝ qui ſūt ī iheruſalē. Placuit
enī eis: et debitores ſūt eoꝝ. Nam ſi ſpiritualiū
eoꝝ participes facti ſūt gētiles: debēt et ī carnali-
bus miniſtrare eis. Hoc igit̄ cū conſūmauero et
aſſignauero eis fructū hūc: ꝑ vos ꝓficiſcar ī hyſ-
paniā. Scio autē: qm̄ veniēs ad vos ī abūdãtia
benediccōnis criſti veniā. Obſecro ergo vos fr̄es
ꝑ dñm nrm̄ ihesū xp̄m et ꝑ caritatē ſācti ſpiritus
ut adiuuetis me ī oracōib; ad deū· ut liberet ab
infidelib; qui ſūt ī iudea: et obſequij mei obla-
tio accepta fiat in iheruſalē ſanctis: ut veniam

ad vos ī gaudio p voluntatem dei ut refrigerer
vobiſcū. Deus aūt pacis ſit cū oīb; vobis amē.
Commēdo autē vobis XVI
pheben ſororē nrām que ē in miniſterio
eccleſie q̄ ē cencbris ut eā ſuſcipiatis ī dn̄o digne
ſāctis: et aſſiſtatis ei ī quocūq; negocio veſtri in-
diguerit. Etenī ipa q̄ʒ aſtitit multis: michi ipſi.
Salutate priſcā et aquilā adiutores meos ī xp̄o
ihesu: qui ꝓ aīa mea ſuas ceruices ſuppoſuerūt:
quib; nō ſolus ego gratias ago ſʒ et cūcte eccleſie
gētiū: et domeſticā eccleſiā eoꝝ. Salutate ephe-
netū dilectū michi: qui ē ꝑmitiuus aſye ī criſto
ihesu. Salutate mariā q̄ multū laborauit ī vo-
bis. Salutate andronicū et iuliā cognatos et cō
captiuos meos qui ſūt nobiles ī apl'is: q̄ et ante
me fuerūt ī xp̄o. Salutate ampliatū dilectiſſi-
mū michi in dn̄o. Salutate vrbanū adiutorem
nrm̄ ī xp̄o ihesu: et ſtachin dilectū meū. Salu-
tate appellen ꝓbū ī xp̄o. Salutate eos qui ſūt ex
ariſtoboli domo. Salutate herodionē cognatū
meū. Salutate eos q̄ ſūt ex narciſci domo: q̄ ſūt
ī dn̄o. Salutate triphenā et triphoſā: q̄ laborāt ī
dn̄o. Salutate pſidā cariſſimā: q̄ multū labora-
uit ī dn̄o. Salutate rufū electū ī dn̄o: et matrē
eius et meā. Salutate aſincretū flegontā hermē
patrobam herman: et q̄ cū eis ſūt fr̄es. Salutate
philologū et iuliā nereū et ſororē eius et olimpi-
adē: et oīes q̄ cū eis ſūt ſāctos. Salutate inuicē
in oſculo ſācto. Salutāt vos oīes eccleſie xp̄i.
Rogo aūt vos fr̄es ut obſeruetis eos q̄ diſſēſio-
nes et offēdicl'a ꝑter doctrinā quā vos didiciſtis
faciūt: et declinate ab illis. Huiuſmodi enī xp̄o
dn̄o nr̄o nō ſeruiūt ſed ſuo vētri: et ꝑ dulces ſer-
mones et benediccōes ſeducūt corda innocentiū:
Vr̄a enī obediētia ī oīi loco diuulgata ē. Gau-
deo igit̄ ī vobis: ſʒ volo vos ſapiētes eſſe ī bono:
et ſimplices ī malo. Deus autē pacis cōterat ſa-
thanan ſub pedibus veſtris velociter. Gratia do-
mini noſtri ihesu criſti vobiſcum. Salutat vos
thimotheus adiutor meus: & lucius & iaſon
et ſoſipater cognati mei. Saluto vos ego terci-
us: qui ſcripſi epiſtolam in domino. Salutat
vos gaius hoſpes meus: & vniuerſe eccleſie.
Salutat vos eraſtus archarius ciuitatis: et quar-
tus frater. Gratia domini noſtri ihesu criſti cū
omnibus vobis amē. Ei autem qui potens eſt
nos confirmare iuxta euangelium meum &
predicationem ihesu criſti: ſecundum reuelati-
onem miſterij temporib; eternis taciti quod nūc
patefactum eſt per ſcripturas prophetarum ſe-
cundum preceptum eterni dei ad obeditionem
fidei ī cunctis gentibus cogniti ſoli ſapienti deo
per ihesum criſtum: cui honor & gloria in ſe-
cula ſeculoꝝ amen.

Incipit prologus in ep̄lā ad corinthios p̄m.

Corinthij ſunt achaici: et hij ſimi-
liter ab apl'o audierūt verbū veri-
tatis: et ſubuerſi ſūt multipharie a
falſis apl'is. Quidā a philoſophie
verboſa eloquētia: alij ſecta legis iudaice inducti
ſūt. Hos reuocat apl'us ad verā fidē et euāgelicā
ſapientiā: ſcribēs eis ab epheſo per thimotheum.

Incipit ep̄lā bt̄i pauli ad corinthios p̄ma.

Paulus vocatus apoſtolus
ihesu criſti ꝑ volūtatē dei et
ſoſtenes frater eccleſie dei q̄
eſt corinthi: ſanctificatis in
xp̄o ihesu vocatis ſāctis: cū
oīb; qui inuocāt nomen
dn̄i nr̄i ihesu criſti ī omni
loco ipoꝝ et nr̄o. Gratia vobis et pax a deo patre
nr̄o: et dn̄o ihesu xp̄o. Gratias ago deo meo ſēp
ꝓ vobis ī gratia dei q̄ data ē vobis ī xp̄o ihesu:
quia ī oīb; diuites facti eſtis ī illo ī oī verbo
et ī oī ſciētia: ſicut teſtimoniū xp̄i cōfirmatū
eſt ī vobis ut nichil vobis deſit ī nulla gratia:
expectantib; reuelationē dn̄i nr̄i ihesu xp̄i: qui
et cōfirmabit vos uſq; ī finē ſine crimine: ī die
aduētus dn̄i nr̄i ihesu criſti. Fidelis deus: per
quē vocati eſtis ī ſocietatē filij eius ihesu xp̄i dn̄i
noſtri. Obſecro aūt vos fratres ꝑ nomē dn̄i nr̄i
ihesu xp̄i: ut idipm̄ dicatis oīes: et nō ſint in
vobis ſciſmata. Sitis autē ꝑfecti in eodē ſenſu:
et ī eadē ſciētia. Significatū eſt enī michi de vo-
bis fratres mei ab hijs qui ſūt cloes: q̄a cōtencōes
ſūt inter vos. Hoc autē dico: q̄d vnuſquiſq; vr̄m
dicit. Ego quidē ſum pauli: ego autē appollo.
ego vero cephe: ego aūt xp̄i. Diuiſus ē criſtus?
Nūquid paulus crucifixus ē ꝓ vobis: aut in
noīe pauli baptizati eſtis? Gratias ago deo meo
q̄ neminē vr̄m baptizaui. niſi criſpū et gaiū: ne
quis dicat q̄ ī noīe meo baptizati eſtis. Bapti-
zaui autē et ſtephane domū: ceteꝝ neſcio ſi quē
aliū veſtrū baptizauerim. Nō enī miſit me xp̄s
baptizare ſed euāgelizare: nō in ſapiētia verbi:
ut nō euacuet̄ crux xp̄i. Verbū enī crucis peū-
tib; quidē ſtulticia ē: hijs autē qui ſalui fiūt id ē
nobis virtus dei eſt. Scriptū eſt enī. Perdam

ſapientiā ſapiētū: et prudētiā prudentū reprobabo. Vbi ſapiēs vbi ſcriba: vbi inq̄ſitor huius ſeculi? Nōne ſtultā fecit deus ſapientiā huius mūdi? Nam quia ī dei ſapiētia nō cognouit mūdus p̄ ſapientiā deū: placuit deo p̄ ſtulticiā p̄dicationis ſaluos facere credentes. Quoniam et iudei ſigna petunt: et greci ſapientiā querūt. Nos autē predicamus criſtū crucifixū: iudeis quidē ſcādalum · gētibꝫ autē ſtulticiā: ipſis autē vocatis iudeis atq̄ grecis · criſtū dei virtutē et dei ſapientiā. Quia quod ſtultū eſt dei · ſapiētius ē hoībꝫ: et quod infirmū eſt dei: fortius ē hoībꝫ. Videte enī vocationē veſtrā fratres: q̄a nō multi ſapiētes ſcdm carnē · nō multi potētes nō multi nobiles: ſed que ſtulta ſūt mūdi elegit deus ut confūdat ſapiētes: et infirma mūdi elegit deus ut cōfūdat fortia: et ignobilia mūdi et cōtemptibilia elegit deus et ea que nō ſūt · ut ea que ſūt deſtrueret: ut nō glet̄ oīs caro ī cōſpectu eius. Ex ipſo autē vos eſtis in criſto iheſu: qui factus eſt nobis ſapiētia et iuſticia et ſāctificatio et redēptio: ut quēadmodū ſcriptū ē: q̄ glat̄ ī dn̄o glet̄.

Et ego cū veniſſē ad vos fr̄es: · II · veni nō in ſublimitate ſermonis aut ſapiētie · annūciās vobis teſtimoniū criſti. Non enī iudicaui me ſcire aliquid inter vos niſi iheſū criſtū: et hūc crucifixū. Et ego ī infirmitate et timore et tremore multo fui apud vos: et ſermo meus et p̄dicatio mea nō ī p̄ſuaſibilibꝫ humane ſapientie verbis: ſed in oſtenſione ſpiritus et virtutis: ut fides veſtra nō ſit ī ſapiētia hoīm ſꝫ in virtute dei. Sapientiā autē loquimꝰ inter pfectos. Sapientiā vero nō huius ſeculi neq̄ principū huius ſeculi qui deſtruunt̄: ſed loquimꝰ dei ſapientiā in miſterio q̄ abſcōdita eſt: quā p̄deſtinauit deus ante ſecula ī gloriā nr̄am quā nemo principū huius ſeculi cognouit. Si enī cognouiſſet: nūquā dn̄m gl̄e crucifixiſſēt. Sicut ſcriptū eſt: quod oculus nō vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs aſcēdit: que preparauit deus hijs qui diligūt illū. Nobis autē reuelauit deus p̄ ſpiritū ſuū. Spiritus enī oīa ſcrutat̄: etiā p̄funda dei. Quis enī ſcit hoīm q̄ ſūt hoīs: niſi ſpiritus hoīs qui ī ipſo ē? Ita et que dei ſūt nemo cognouit niſi ſpiritus dei. Nos aūt nō ſpiritū huius mūdi accepimus ſed ſpiritū qui ex deo ē: ut ſciamus que a deo donata ſunt nobis: q̄ et loquimꝰ nō ī doctis humane ſapiētie verbis · ſꝫ ī doctrina ſpiritus: ſpiritualibꝫ ſpiritualia comparantes.

Animalis autē homo non percipit ea que ſunt ſpiritus dei. Stulticia enī eſt illi: et nō poteſt intelligere: q̄a ſpiritualiter examinat̄. Spiritualis aūt iudicat oīa: et ipſe a nemine iudicat̄: ſicut ſcriptū eſt. Quis enī cognouit ſenſū dn̄i: aut quis inſtruxit eū? Nos autē ſenſū xp̄i habemus.

Et ego fr̄es nō potui · III · vobis loqui q̄ſi ſpiritualibꝫ: ſed q̄ſi carnalibꝫ. Tāquam paruulis in criſto lac vobis potū dedi nō eſcā. Nondū enī poteratis: ſꝫ nec nūc quidē poteſtis. Adhuc enī carnales eſtis. Cū enī fuerit inter vos zelus et cōtentio: nōne carnales eſtis et ſcdm hoīem ambulatis? Cū enī quis dicat ego quidē ſū pauli · alius autē ego appollo: nōne hoīes eſtis? Quid igit̄ eſt appollo? Quid vero paulus? Miniſtri eius cui crediſtis. Et vnicuiq̄ ſicut dn̄s dedit. Ego plantaui: appollo rigauit: ſꝫ deus incremētū dedit. Itaq̄ neq̄ qui plātat eſt aliq̄d neq̄ qui rigat: ſed qui incrementū dat deus. Qui plātat autē et qui rigat vnū ſūt. Vnuſquiſq̄ autē p̄priā mercedē accipiet ſcdm ſuū laborē. Dei enī ſumus adiutores. Dei agricultura eſtis: dei edificatio eſtis. Scdm gratiā dei q̄ data ē michi ut ſapiēs architectus fūdamentū poſui: alius aūt ſupedificat. Vnuſquiſq̄ autē videat quomō ſuperedificet. Fundamentum enī aliud nemo poteſt ponere p̄ter id quod poſitū eſt: q̄d eſt criſtus iheſus. Si quis autē ſupedificat ſupra fūdamentū hoc aurū argentū lapides p̄cioſos ligna fenū ſtipulā: vniuſcuiuſq̄ opus manifeſtū erit. Dies enim dn̄i declarabit: q̄a ī igne reuelabit̄: et vniuſcuiuſq̄ opus q̄le ſit ignis p̄babit. Si cuius opus manſerit q̄d ſupedificauit: mercedē accipiet. Si cuiꝰ opus arſerit detrimentū patiet̄: ipſe autē ſaluus erit: ſic tamē q̄ſi p̄ ignē. Neſcitis quia tēplū dei eſtis: et ſpiritus dei habitat ī vobis? Si quis autē templū dei violauerit: diſperdet illū deus. Templū enī dei ſāctū eſt: q̄d eſtis vos. Nemo ſe ſeducat. Si quis videt̄ inter vos ſapiēs eſſe in hoc ſeclo: ſtultus fiat ut ſit ſapiēs. Sapiētia enī huius mūdi ſtulticia ē apud deū. Scriptū ē enī. Cōprehendam ſapiētes ī aſtutia eoꝝ. Et iteꝝ. Deus nouit cogitacōes ſapiētū: q̄m vane ſūt. Nemo itaq̄ glet̄ in hoībꝫ. Oīa enī veſtra ſunt: ſiue paulus ſiue appollo ſiue cephas ſiue mūdus ſiue vita ſiue mors ſiue p̄ſentia ſiue futura. Omnia enim veſtra ſūt: vos autem criſti: criſtus autem dei. · IIII ·

Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros cri-
ſti: et diſpenſatores miſteriorum dei. Hic iã
querit inter diſpenſatores: ut fidelis quis inue-
niatur. Michi autẽ pro minimo ẽ ut a vobis iudi-
cer: aut ab humano die. Sed neque meipm iudi-
co. Nichil enĩ michi conſcius ſũ: ſed nõ in hoc
iuſtificatus ſũ. Qui autẽ iudicat me dñs eſt.
Itaque nolite ante tẽpus iudicare: quoadusque ve-
niat dñs qui et illuminabit abſcõdita tenebrarum
et manifeſtabit cõſilia cordium: et tũc laus erit
vnicuique a deo. Hec autẽ fratres trãſfiguraui in
me et appollo propter vos: ut in vobis diſcatis ne
ſupra quã ſcriptũ eſt vnus aduerſus alterum inflet
pro alio. Quis enĩ te diſcernit? Quid autẽ ha-
bes qđ nõ accepiſti? Si aũt accepiſti: quid glãris
q̃ſi nõ acceperis? Jam ſaturati eſtis: iã diuites
facti eſtis. Sine nobis regnatis. Et vtinã reg-
netis: ut et nos vobiſcũ regnemus. Puto enĩ
quod deus nos apl'os nouiſſimos oſtẽdit tãque morti
deſtinatos: quia ſpectaculũ facti ſumus mũdo et
angelis et hoĩbus. Nos ſtulti propter criſtũ: vos
autẽ prudẽtes in xpo. Nos infirmi: vos autẽ
fortes. Vos nobiles: nos autẽ ignobiles. Vſ-
que in hanc horã et eſurimus et ſitimus et nudi ſu-
mus: et colaphis cediũr et inſtabiles ſumus: &
laboramus operãtes manibus nr̃is. Maledicimũ:
et benedicimus. Perſecutionẽ patimũ: et ſuſti-
nemus. Blaſphemamũ: et obſecramus. Tanque
purgamenta huius mũdi: facti ſumus omniũ
peripſima uſque adhuc. Nõ ut cõfundã vos hec
ſcribo: ſed ut filios meos cariſſimos moneo. Nã
ſi decẽ milia pedagogorum habeatis ĩ criſto: ſed nõ
multos patres. Nã ĩ criſto iheſu per euãgeliũ ego
vos genui. Rogo ergo vos: imitatores mei eſ-
tote. Ideo miſi ad vos thimotheũ qui eſt filius
meus cariſſimus et fidelis ĩ dño: qui vos cõmo-
nefaciat vias meas que ſũt ĩ criſto iheſu: ſicut
vbique ĩ omni eccleſia doceo. Tanque nõ venturus ſim
ad vos: ſic inflati ſũt quidã. Veniã autẽ ad
vos cito ſi dñs voluerit: et cognoſcã nõ ſermonẽ
eorum q inflati ſũt: ſed virtutẽ. Nõ enĩ in ſermone
eſt regnũ dei: ſed in virtute. Quid vultis? In
virga veniã ad vos. an ĩ caritate et ſpiritu mã-
ſuetudinis?

V. C.

Omnino audit' inter vos fornicatio: et talis fornicatio q̃lis nec
inter gẽtes: ita ut vxorẽ pr̃is ſui aliquis habeat.
Et vos inflati eſtis: et nõ magis luctũ habuiſ-
tis: ut tollatur de medio veſtrũ qui hoc opus fecit.
Ego quidẽ abſens corpore. preſens autẽ ſpiritu:
iam iudicaui ut preſens eum qui ſic operatus
eſt ĩ noĩe dñi nr̃i iheſu criſti cõgregatis vobis et
meo ſpiritu cũ virtute dñi nr̃i iheſu tradere huiuſ-
modi hoĩem ſathane ĩ interitũ carnis: ut ſpiri-
tus ſaluus ſit in die dñi nr̃i iheſu criſti. Nõ eſt
bona glatio veſtra. Neſcitis quia modicũ fer-
mentũ totã maſſã corrũpit? Expurgate vetus
fermẽtũ: ut ſitis noua cõſpſio ſicut eſtis azimi.
Etenĩ paſcha nr̃m immolatus ẽ criſtus. Itaque
epulemũ: nõ in fermẽto veteri neque ĩ fermẽto ma-
licie et nequitie: ſed ĩ azimis ſinceritatis et veri-
tatis. Scripſi vobis ĩ ep'la: ne cõmiſceamini for-
nicarijs. Nõ vtique fornicarijs huius mũdi aut
auaris aut rapacibus aut ydolis ſeruiẽtibus: alio-
quin debueratis de hoc mũdo exiſſe. Nũc autẽ
ſcripſi vobis nõ cõmiſceri. Si is q frater noĩatur
inter vos et eſt fornicator aut auarus aut ydolis
ſeruiẽs aut maledicus aut ebrioſus aut rapax:
cũ huiuſmodi nec cibum ſumere. Quid enim
michi de hijs qui foris ſũt iudicare? Nonne de
hijs qui intus ſũ vos iudicatis? Nã eos q foris
ſũt deus iudicabit. Auferte malũ ex vobiſipſis

V. I.

Audet aliquis veſtrũ habẽs negociũ aduerſus alterũ iudicari apud
iniquos: et nõ apud ſanctos. An neſcitis. quĩ
ſancti de hoc mũdo iudicabũt? Et ſi ĩ vobis iudi-
cabitur mũdus: indigni eſtis q de minimis iudi-
cetis? Neſcitis quoniã angelos iudicabimus?
Quãto magis ſecl'aria? Secl'aria igitur iudicia
ſi habueritis: cõtemptibiles q ſũt in eccleſia illos
cõſtituite ad iudicandũ. Ad verecũdiã veſtrã
dico. Sic nõ eſt inter vos ſapiẽs quiſque: q poſſit
iudicare inter fratrẽ ſuũ: ſed frater cũ fratre iudi-
cio contẽdit: et hoc apud infideles. Jam quidẽ
omnino delictũ eſt ĩ vobis: quod iudicia habetis inter
vos. Quare non magis iniuriam accipitis?
Quare non magis fraudẽ patimini? Sed vos
iniuriã facitis et fraudatis: et hoc fratribus. An
neſcitis quia iniqui regnũ dei non poſſidebũt?
Nolite errare: neque fornicarij neque ydolis ſeruiẽ-
tes. neque adulteri. neque molles: neque maſculorum
cõcubitores. neque fures. neque auari. neque ebrioſi
neque maledici. neque rapaces regnũ dei poſſide-
bũt. Et hec quidẽ fuiſtis: ſed abluti eſtis. ſed ſãc-
tificati eſtis. ſed iuſtificati eſtis: in noĩe dñi nr̃i
iheſu xpi et ĩ ſpiritu dei nr̃i. Omnia michi licẽt:
ſed nõ omnia expediũt. Omnia michi licẽt: ſed ego
ſub nullius redigar poteſtate. Eſca vẽtri & vẽ-
ter eſcis: deus autem et hunc & hanc deſtruet.

Corpus autem nō fornicationi ſed dn̄o: et dn̄s
corpori. Deus vero et dn̄m ſuſcitauit: et nos ſu
ſcitabit p virtutē ſuā. Neſcitis qm̄ corpora vr̄a
mēbra ſūt criſti? Tollēs ergo mēbra xp̄i: faciā
mēbra meretricis? Abſit. An neſcitis: qm̄ q̄
adheret meretrici vnū corpus efficit̄? Erunt enī
inquit duo ī carne vna. Qui aūt adheret dn̄o:
vnus ſpiritus ē. Fugite fornicationē. Omne
enī peccatū quodcūq3 fecerit homo extra corpus
eſt: qui autē fornicat̄ ī corpus ſuū peccat. An
neſcitis qm̄ mēbra vr̄a templū eſt ſpiritus ſācti
qui ī vobis ē quē habetis a deo: et nō eſtis veſtri?
Empti enim eſtis precio magno: glorificate et
portate deum in corpore veſtro. VII

De quibus autē ſcripſiſtis michi: bonū eſt
homī mulierē nō tāgere. Propter for-
nicationē autē vnuſquiſq3 ſuā vxorē habeat: et
vnaqueq3 ſuū virū habeat. Vxori vir debitum
reddat: ſimiliter autem et vxor viro. Mulier ſui
corporis poteſtatē nō habet ſed vir: ſimiliter autē
et vir ſui corporis poteſtatē nō habet ſ3 mulier.
Nolite fraudare inuicē niſi forte ex cōſenſu ad
tēpus ut vacetis oracōni: et iter̄ reuertimini in
idipm: ne tēptet vos ſathanas ꝓpter incōtinētiā
veſtrā. Hoc aūt dico ſcdm̄ indulgentiā: nō ſcdm̄
imperiū. Volo autē omnes vos hoīes eſſe ſicut
meipm. Sed vnuſquiſq3 ꝓpriū donū habet ex
deo: alius quidē ſic: alius vero ſic. Dico aūt nō
nuptis et viduis: bonū eſt illis ſi ſic pmāſerint
ſicut et ego. Quod ſi nō ſe continēt: nubant.
Melius ē enī nubere q̄3 vri. Hiis aūt qui mr̄i-
monio iūcti ſūt p̄cipio nō ego ſed dn̄s: vxorē a
viro nō diſcedere. Quod ſi diſceſſerit: manere
innuptā: aut viro ſuo reconciliari. Et vir vxorē
nō dimittat. Nā ceteris ego dico non dn̄s. Si
quis frater vxorē habet infidelē: et hec cōſentit ha
bitare cū illo: nō dimittat illā. Et ſi qua muli-
er habet vir̄ infidelē et hic cōſentit habitare cū il
la: nō dimittat vir̄. Sanctificatus ē enī vir in-
fidelis per mulierē fidelē: et ſāctificata ē mulier
infidelis p vir̄ fidelē. Alioquin filij veſtri im-
mūdi eſſēt: nūc aūt ſancti ſūt. Quod ſi infide-
lis diſcedit: diſcedat. Nō enī ſeruituti ſubiectus
eſt frater aut ſoror ī eiuſmodi. In pace autē vo-
cauit vos deus. Vnde enī ſcis mulier ſi vir̄ ſal-
uū facies? Aut vnde ſcis vir ſi mulierē ſaluā
facies? Niſi vnicuiq3 ſicut diuiſit dn̄s. Vnū
quēq3 ſicut vocauit deus ita ambulet: et ſicut in
omnibus eccleſijs doceo. Circumciſus aliquis
vocatus eſt: nō adducat preputium. In ꝑpucio
aliqs vocatus ē: nō circūcidat̄. Circūciſio michil
eſt: et ꝑpuciū michil ē: ſed obſeruatio mandator̄
dei. Vnuſquiſq3 ī qua vocatione vocatus ē: in
ea pmaneat. Seruus vocatus es: nō ſit tibi cu-
re. Sed et ſi potes fieri liber: magis vtere. Qui
enī ī dn̄o vocatus ē ſeruus: libertus ē dn̄i. Simi
liter qui liber vocatus ē: ſeruus ē criſti. Precio
empti eſtis: nolite fieri ſerui hoīm. Vnuſquiſ-
q3 ergo in quo vocatus ē frater: ī hoc pmaneat
apud deū. De virginibꝫ autē preceptū dn̄i non
habeo: cōſiliū aūt do tāq3 miſericordiā cōſecutus
a deo: ut ſim fidelis. Exiſtimo enī hoc bonū eſſe
ꝓpter inſtantē neceſſitatē: qm̄ bonū eſt homī ſic
eſſe. Alligatus es vxori: noli querere ſolucōe3.
Solutus es ab vxore: noli querere vxorē. Si aūt
acceperis vxorē non peccaſti: et ſi nupſerit virgo
nō peccauit. Tribulationē tamen carnis habe-
būt huiuſmodi. Ego autē vobis parco. Hoc ita
q3 dico fratres. Tempus breue ē. Reliquū eſt:
ut et q̄ habēt vxores: tāq3 nō habētes ſint: et qui
flent: tāq3 nō flētes: et qui gaudēt: tāq3 nō gau-
dētes: et qui emūt: tāq3 nō poſſidētes: et q̄ vtunt̄
hoc mūdo: tāq3 nō vtant̄. Preterit enī figura
huius mūdi. Volo autē vos ſine ſollicitudine
eſſe. Qui ſine vxore ē: ſollicitus ē que dn̄i ſūt:
quomō placeat deo. Qui autē cū vxore ē: ſolli-
citus eſt que ſūt mūdi: quomō placeat vxori: et
diuiſus ē. Et mulier innupta et virgo cogitat q̄
dn̄i ſūt: ut ſit ſācta corpore et ſpiritu. Que aūt
nupta ē cogitat que ſūt mūdi: quomō placeat
viro. Porro hoc ad vtilitatē veſtrā dico: nō ut
laqueū vobis iniciā: ſed ad id quod honeſtū eſt:
et quod facultatē prebeat: ſine impedimēto dn̄m
obſecrādi. Si quis autē turpem ſe videri exiſti-
mat ſup virgine ſua q ſit ſuperadulta et ita opor-
tet fieri: quod vult faciat. Nō peccat ſi nubat.
Nā qui ſtatuit ī corde ſuo firmus nō habēs ne-
ceſſitatē: poteſtatē autē habēs ſue voluntatis: et
hoc iudicauit ī corde ſuo ſeruare v̄ginē ſuā: bene
facit. Igit̄ et qui mr̄imonio iūgit virginē ſuā
benefacit: et qui nō iūgit: melius facit. Mulier alli
gata ē legi: quāto tēpore vir eius viuit. Quod
ſi dormierit vir eius: liberata eſt. Cui autē vult
nubat: tantum ī dn̄o. Beatior autē erit: ſi ſic
permāſerit ſcdm̄ meū conſiliū. Puto autē: q
et ego ſpiritum dei habeam. VIII

De hijs autē q̄ ydolis immolant̄ ſcimus:
quia om̄es ſcientiā habemus. Scientia

inflat: caritas vero edificat. Si quis aūt ſe exiſ-
timat ſcire aliqͥd: nondū cognouit quēadmodū
oporteat eum ſcire. Si quis autē diligit deū: hic
cognitus ē ab eo. De eſcis aūt q̄ ydolis immolā-
tur: ſcimus quia nichil eſt ydolū in mūdo: et ꝙ
nullus deus niſi vnus. Nā et ſi ſūt qui dicant̄
dij ſiue ī celo ſiue in terra · ſiquidē ſūt dij multi
et dn̄i multi: nobis tamē vnus deus pater ex quo
oīa et nos ī illo · et vnus dn̄s iheſus criſtus per
quē oīa: et nos ꝑ ipm̄. Sed nō in oībꝫ ē ſciētia.
Quidā autē cū ſciētia uſq; nūc ydoli · q̄ſi ydo-
loticū mādu cāt: et cōſciētia ipoꝝ cū ſit infirma
polluit̄. Eſca autē nos nō cōmēdat deo. Neq;
enī ſi mādu cauerimus abūdabimus: neq; ſi nō
mādu cauerimus deficiemus. Videte autē: ne
forte hec licētia vr̄a offēdiculū fiat infirmis. Si
enī quis viderit eū qui habet ſciētiam in ydolio
recūbentē: nōne cōſciētia eius cū ſit infirma edi
ficabitur ad mādu candū ydolotita? Et peribit
infirmus ī tua cōſciētia frater: ꝓpter quē xp̄us
mortuus ē. Sic autē peccātes ī fr̄es et ꝑcutiētes
cōſcientiā eoꝝ infirmā: ī criſtū peccatis. Qua-
ꝓpter ſi eſca ſcādalizat fratrē meū nō mādu cabo
carnē ineternū: ne fratrē meū ſcādalizē. IX

Non ſū liber? Nō ſū ap̄lus? Nōne xp̄m
iheſū dn̄m nr̄m vidi? Nōne opus meū
vos eſtis ī dn̄o? Et ſi alijs nō ſū ap̄lus: ſed tamē
vobis ſū. Nā ſignaculū apoſtolatus mei vos
eſtis ī dn̄o. Mea defenſio apud eos qui me in-
terrogāt · hec ē. Nūquid nō habemus poteſtatē
mādu candi et bibendi? Nūquid nō habemus
poteſtatē mulierē ſororē circūducēdi: ſicut et ceteri
ap̄li et fratres dn̄i et cephas? Aut ego ſolus aut
barnabas · nō habemus poteſtatē hoc operādi?
Quis militat ſuis ſtipēdijs vnq̄? Quis plan-
tat vineam: et de fructu eius nō edit? Quis
paſcit gregē: et de lacte gregis non manducat?
Nūquid ſcd̄m hoīem hec dico? An et lex non
hec dicit? Scriptū eſt enī in lege moyſi. Nō al-
ligabis os boui triturāti. Nūquid de bubꝫ cura ē
deo? An ꝓpter nos vtiq; dicit? Nā ꝓpter nos
ſcripta ſūt: quī debet ī ſpe qui arat arare: et qui
triturat · in ſpe fructus percipiēdi. Si nos vobis
ſpiritualia ſeminauimus: magnū ē ſi nos car-
nalia veſtra metamus? Si alij poteſtatis veſtre
participes ſūt · quare nō potius nos? Sed nō vſi
ſumus hac poteſtate. Sed oīa ſuſtinemus: ne qd̄
offēdiculū demus euāgelio criſti. Neſcitis quō
qui ī ſacrario operant̄: que de ſacrario ſūt edūt?
Et qui altario deſeruiūt cū altario participant:
ita et dn̄s ordinauit hijs q̄ euangeliū annūciāt:
de euāgelio viuere. Ego aūt nullo hoꝝ vſus ſū.
Nō autē ſcripſi hec: ut ita fiāt ī me. Bonū ē
enī michi magis mori: quā ut gloriā meā quis
euacuet. Nā et ſi euāgelizauero: nō eſt michi
gloria. Neceſſitas enī michi incūbit. Ve enī
michi eſt: ſi nō euāgelizauero. Si enī volēs hec
ago mercedē habeo: ſi autē inuitus · diſpenſatio
michi credita ē. Que ē ergo merces mea? Ut
euāgeliū ꝑdicās · ſine ſūptu ponā euāgeliū: ut
nō abutar poteſtate mea ī euāgelio. Nam cū
liber eſſē ex oībꝫ · oīm̄ me ſeruū feci: ut plures
lucrifacerē. Et factus ſū iudeis tāq; iudeus: ut
iudeos lucrarer. Hijs q̄ ſub lege ſūt · q̄ſi ſub lege
eſſē · cū ipe nō eſſē ſub lege: ut eos q̄ ſub lege erāt
lucrifacerē. Hijs qui ſine lege erāt tāq; ſine lege
eſſē: cū ſine lege dei nō eſſē · ſed ī lege eſſē xp̄i: ut
lucrifacerē eos qui ſine lege erāt. Factus ſū in-
firmis infirmus: ut infirmos lucrifacerē. Om-
nibꝫ oīa factus ſū: ut oīes facerē ſaluos. Om-
nia autē facio ꝓpter euāgeliū: ut particeps eius
efficiar. Neſcitis q̄ hij q̄ in ſtadio currūt oīes
quidē currūt: ſed vnus accipit brauiū? Sic cur-
rite: ut cōprehēdatis. Omīs autē qui in agone
cōtendit ab oībꝫ ſe abſtinet: et illi quidē ut cor-
ruptibilē coronā accipiāt: nos autē incorruptā.
Ego igit̄ ſic curro nō q̄ſi ī incertū: ſic pugno nō
q̄ſi aerē verberās. Sed caſtigo corpus meū · et in
ſeruitutē redigo: ne forte cū alijs ꝑdicauerim ·
ipſe reprobꝰ efficiar.

Nolo enī vos X ignorare fratres: quī p̄res nr̄i oīes ſub
nube fuerūt et oīes mare trāſierūt: et oīes in
moyſe baptizati ſūt in nube et ī mari. Et oīes
eādē eſcā ſpiritalē mādu cauerūt: et oīes eūdē
potū ſpiritalē biberūt. Bibebāt aūt de ſpiritali
cōſequēte eos petra: petra autē erat criſtus. Sed
nō ī pluribꝫ eoꝝ beneplacitū ē deo. Nā ꝓſtrati
ſūt ī deſerto. Hec autē in figura facta ſūt nr̄i: ut
nō ſimus cōcupiſcētes maloꝝ: ſicut et illi cōcupi
erūt. Neq; ydolatre efficiamini ſicut quidā ex
ipis: quēadmodū ſcriptū eſt. Sedit ꝑplus mā-
ducare et bibere: et ſurrexerūt ludere. Neq; for-
nicemur ſicut quidā ex ipis fornicati ſūt: et ceci de-
rūt vna die viginti tria milia. Neq; tēptemus
criſtū ſicut quidā eoꝝ tēptauerūt: et a ſerpētibus
perierūt. Neq; murmurauerītis ſicut quidam
eoꝝ murmurauerūt: et perierūt ab extermina-
tore. Hec autē omnia in figura cōtingebāt illis:

ſcripta ſūt autem ad correptionem noſtram: in
quos fines ſeclo℞ deuenerūt. Itaq3 q̄ ſe exiſtimat
ſtare: videat ne cadat. Temptatio vos nō appre
hēdat niſi humana. Fidelis aūt deus ē· qui nō
patieť vos tēptari ſupra id quod poteſtis: ſ3 faciet
cū temptacōe etiā ꝓuentū: ut poſſitis ſuſtinere.
Propter qđ cariſſimi michi· fugite ab ydolo℞
cultura. Vt prudētibꝫ loquor: vos ip̄i iudicate
quod dico. Calix benedictōis cui benedicimus:
nōne cōmunicacō ſāguinis xp̄i ē? Et panis quē
frāgimus: nonne participatio corporis dn̄i eſt?
Quō vnus panis et vnū corpus multi ſumus:
oēs q̄ de vno pane participamus. Videte iſrl'
ſcdm carnē. Nōne qui edūt hoſtias· participes
ſūt altaris? Quid ergo? Dico ꝙ ydolis immo-
latū ſit aliquid: aut ꝙ ydolum ſit aliquid? Sed q̄
immolāt gētes· demonijs immolāt: et nō deo.
Nolo autē vos ſocios fieri demonio℞. Quia
nō poteſtis calicē dn̄i bibere· et calicē demonio℞:
nō poteſtis menſe dn̄i participes eſſe: et mēſe de-
monio℞. An emulam̄ dn̄m? Nūqđ fortiores
illo ſumus? Oīa michi licēt: ſed nō oīa ex-
pediūt. Oīa michi licēt: ſed nō oīa edificāt.
Nemo qđ ſuū ē querat: ſ3 quod alterius. Oē
quod ī macello venit māducate: nichil interro-
gātes ꝓpter cōſciētiā. Dn̄i ē terra: et plenitudo
eius. Si quis vocat vos infideliū et vultis ire:
oē quod vobis apponiť māducate: nichil in-
terrogātes ꝓpter cōſciētiā. Si quis autē dixerit
hoc immolatū ē ydolis: nolite māducare ꝓpter
illū q̄ indicauit: et ꝓpter cōſciētiā. Cōſciētiā
autē dico: nō tuā· ſ3 alterius. Vt qđ enī libertas
mea iudicať ab aliena cōſciētia? Si ego cū gra-
tia participo: qđ blaſphemor ꝑ eo ꝙ gratias ago?
Siue ergo māducatis ſiue bibitis· vel aliud qđ
facitis: oīa in gloriā dei facite. Sine offenſione
eſtote iudeis et gētibꝫ et eccleſie dei: ſicut et ego ꝑ
oīa oībꝫ placeo· nō querēs quod michi vtile ē:
ſed quod multis ut ſalui fiant. XI

Imitatores mei eſtote: ſicut et ego criſti. Laudo
autē vos fratres ꝙ ꝑ oīa mei memores eſtis:
et ſicut tradidi vobis p̄cepta mea tenetis. Volo
autē vos ſcire: ꝙ oīs viri caput criſtus eſt: caput
autē mulieris vir: Caput vero xp̄i deus. Oīs
vir orās aut ꝓphetās velato capite: deturpat ca-
put ſuū. Oīs autē mulier orans aut ꝓphetās
nō velato capite: deturpat caput ſuū. Vnū enī
ē: ac ſi decalueť. Nā ſi nō velať mulier: tōdeať.
Si vero turpe eſt mulieri tonderi aut decaluari:
velet caput ſuum. Vir quidem nō debet velare
caput ſuū: qm̄ ymago et gl'a dei ē: mulier autē
gl'a viri ē. Nō enī vir ex muliere ē: ſ3 mulier ex
viro. Etenī nō eſt creatus vir ꝓpter mulierē: ſed
mulier ꝓpter viru. Ideo debet mulier velamē ha-
bere ſupra caput ſuū: et ꝓpter angelos. Verūta-
mē neq3 vir ſine muliere: neq3 mulier ſine viro
in dn̄o. Nā ſicut mulier de viro: ita et vir per
mulierē. Oīa autē ex deo. Vos ip̄i iudicate:
decet mulierē nō velatā orare deū? Nec ip̄a na-
tura docet vos. Quod vir quidē ſi comā nutri-
at ignominia ē illi: mulier vero ſi comā nutriat
gl'a ē illi: qm̄ capilli ꝓ velamine ei dati ſūt. Si
quis autē videť cōtentioſus eſſe: nos talē cōſue-
tudinē nō habemus: neq3 eccleſia dei. Hoc autē
p̄cipio: nō laudās ꝙ nō in melius ſed ī deterius
cōuenitis. Primū quidē conueniētibꝫ vobis in
eccleſiā audio ſciſſuras eſſe inter vos: et ex parte
credo. Nam oportet hereſes eſſe: ut et qui ꝓbati
ſūt manifeſti fiāt ī vobis. Cōuenientibꝫ ergo vo
bis ī vnū: iam nō eſt dn̄icam cenā māducare.
Vnuſquiſq3 enī ſuā cenā p̄ſumit ad māducā-
dū. Et alius quidē eſurit: alius autē ebrius eſt.
Nūquid domos nō habetis ad māducandū et
bibēdū? Aut eccleſiā dei cōtemnitis: et cōfun-
ditis eos q̄ nō habēt? Quid dicā vobis? Laudo
vos: ī hoc nō laudo. Ego enī accepi a dn̄o qđ et
tradidi vobis: qm̄ dn̄s iheſus ī qua nocte trade-
bať· accepit panē: et gratias agēs fregit et dixit.
Accipite et māducate. Hoc ē corpus meū: quod
ꝓ vobis tradeť. Hoc facite ī meā cōmemoracōē3.
Similiter et calicē: poſtq3 cenauit dicēs. Hic ca-
lix nouū teſtamentū eſt ī meo ſāguine. Hoc fa-
cite quotienſcūq3 bibetis: ī meā cōmemoracōē3.
Quotienſcūq3 enī māducabitis panem hūc et
calicē bibetis: mortē dn̄i annūciabitis donec ve-
niat. Itaq3 quicūq3 māducauerit panē et bibe-
rit calicē dn̄i indigne: reus erit corporis et ſāgui
nis dn̄i. Probet aūt ſeip̄m homo: et ſic de pane
illo edat: et de calice bibat. Qui enī māducat
et bibit indigne, iudiciū ſibi māducat et bibit:
nō diiudicās corpus dn̄i. Ideo inter vos multi
infirmi et imbecilles: et dormiūt multi. Quod ſi
nosmetip̄os diiudicaremus: nō vtiq3 iudicare-
mur. Dū iudicam̄ aūt· a dn̄o corripim̄: ut nō
cū hoc mūdo dampnem̄. Itaq3 fr̄es mei cū cōue-
nitis ad māducandū: inuicē expectate. Si quis
eſurit, domi māducet ut nō in iudiciū cōuenia-
tis. Cetera aūt cū venero diſponā. XII

De ſpūalibus aūt nolo vos ignorare fr̄es.
Scitis autē qm̄ cū gētes eſſetis: ad ſimu-
lacra muta ꝓut ducebamini eūtes. Ideo notū
vobis facio: q nemo in ſpiritu dei loquens dicit
anathema iheſu. Et nemo poteſt dicere dn̄s ihe-
ſus: niſi in ſpiritu ſācto. Diuiſiones vero graꝝ
ſūt: idē autē ſpiritus. Et diuiſiones miniſtra-
tionū ſūt: idē autē dn̄s. Et diuiſiones operatio-
nū ſūt: idē vero deus qui opat̄ oīa in oīb3.
Vnicuiq3 autē datur manifeſtatio ſpiritus: ad
vtilitatē. Alij quidē ꝑ ſpiritū dat̄ ſermo ſapiē-
tie: alij autē ſermo ſciētie ſcd̄m eundem ſpiritū.
Alteri fides in eodē ſpiritu: alij gratia ſanitatū
in vno ſpiritu. Alij operatio virtutū. alij ꝓphe-
tia. alij diſcretio ſpirituū: alij genera linguaꝝ:
alij interp̄tatio ſermonū. Hec autē oīa operat̄
vnus atq3 idem ſpiritus: diuidens ſingulis ꝓut
vult. Sicut enī corpus vnū eſt. et mēbra habet
multa: oīa autē mēbra corporis cū ſīt multa vnū
tamē corpus ſūt: ita et criſtus. Etenī ī vno ſpi-
ritu oēs nos in vnū corpus baptizati ſumus.
ſiue iudei ſiue gentiles ſiue ſerui ſiue liberi: &
oēs vno ſpiritu potati ſumus. Nā et corpus
nō eſt vnū mēbrū ſed multa. Si dixerit pes. qm̄
nō ſū manus. nō ſū de corpore: nō ideo nō eſt de
corpore? Et ſi dixerit auris. qm̄ nō ſū oculus. nō
ſū de corpore: nō ideo nō eſt de corpore? Si totū
corpus oculus: vbi auditus? Si totū auditus?
Vbi odoratus? Nūc autē poſuit deus mēbra:
vnūquodq3 eoꝝ ī corpore ſicut voluit. Quod ſi
eſſet oīa vnū mēbꝝ: vbi corpus? Nūc aūt multa
quidē mēbra: vnū autē corpus. Nō poteſt autē
dicere oculus manui. opa tua nō indigeo: aut
iteꝝ caput pedib3: nō eſtis michi neceſſarij. Sed
multomagis q̄ vident̄ mēbra corporis infirmiora
eſſe: neceſſariora ſūt. Et q̄ putamus ignobilio-
ra mēbra eſſe corporis: hijs honorē abūdantiorē
circūdamus. Et que inhoneſta ſūt nr̄a: abūdā-
tiorē honeſtatē habēt. Honeſta autē nr̄a nullius
egent. Sed deus tēperauit corpus. ei cui deerat.
abūdantiorē tribuēdo honorē: ut nō ſit ſciſma ī
corpore: ſ3 ī idipm ꝓ inuicē ſollicita ſīt mēbra.
Et ſi qd patit̄ vnū mēbꝝ. cōpatiunt̄ oīa mēbra:
ſiue glat̄ vnū mēbrū: cōgaudēt omnia mēbra.
Vos autē eſtis corpus xp̄i: et mēbra de mēbro.
Et quoſdā quidē poſuit deus in eccleſia. primū
ap̄l'os. ſcd̄o ꝓphetas. tercio doctores: deinde virtu-
tes. exinde gratias curationū: opitulacōes gu-
bernationes. genera linguaꝝ: interpretationes
ſermonū. Nūquid omnes apoſtoli? Nūquid
oēs ꝓphete? Nūquid oēs doctores? Nūqd
oēs virtutes? Nūquid oēs gratiam habēt
curationū? Nūquid oēs linguis loquūtur?
Nūquid oēs interp̄tant̄? Emulamini autē
cariſmata meliora. Et adhuc excellentiorē viā
vobis demōſtro.

XIII

Si linguis hoīm loquar et angeloꝝ: caritatem autē
nō habeā: factus ſū velut es ſonās aut cimbalū
tinniēs. Et ſi habuero ꝓphetiā. et nouerim miſ-
teria oīa et omnē ſciētiā et habuero omnē fidē
ita ut mōtes trāſferā. caritatē autē nō habuero:
nichil ſū. Et ſi diſtribuero ī cibos pauperū om-
nes facultates meas. et ſi tradidero corpus meū
ita ut ardeā: caritatē autē non habuero: nichil
michi ꝓdeſt. Caritas patiēs ē: benigna ē. Cari-
tas nō emulat̄. nō agit ꝑperā: nō inflat̄. nō eſt
ambiciosa: nō querit que ſua ſūt. Nō irritat̄.
nō cogitat malū: nō gaudet ſup iniquitate: cō-
gaudet autē veritati. Oīa ſuffert. oīa credit.
oīa ſperat: oīa ſuſtinet. Caritas nūq3 exci-
dit. Siue ꝓphetie euacuabunt̄: ſiue lingue ceſ-
ſabūt: ſiue ſciētia deſtruet̄. Ex parte enī cognoſ-
cimus: et ex parte ꝓphetamus. Cū autē venerit
quod ꝑfectū eſt: euacuabit̄ quod ex parte ē. Cū
eſſē paruulus loquebar ut paruulus: ſapiebam
ut paruulus: cogitabam ut paruulus. Quā-
do autem factus ſum vir: euacuaui que erant
paruuli. Videmus nunc per ſpeculum in enig-
mate: tunc autē facie ad faciē. Nūc cognoſco
ex parte: tūc autem cognoſcam: ſicut et cog-
nitus ſum. Nūc autē manēt fides ſpes caritas
tria hec. Maior aūt hoꝝ ē caritas.

XIIII

Sectamini caritatē: emulamini ſpiritua-
lia: magis aūt ut ꝓphetis. Qui enī lo-
quitur lingua: non hominibus loquitur. ſed
deo. Nemo enim audit. Spiritus autem lo-
quit̄ miſteria. Nam qui ꝓphetat: hoīb3 loquit̄
ad edificationē et exhortationē et cōſolationem.
Qui loquit̄ lingua ſemetipm edificat: qui aūt
ꝓphetat eccleſiā dei edificat. Volo autē omnes
vos loqui linguis: magis autē ꝓphetare. Nā
maior eſt qui ꝓphetat q3 qui loquit̄ linguis: niſi
forte interp̄tet̄: ut eccleſia edificationē accipiat.
Nūc autē fr̄es. ſi venero ad vos līguis loquēs.
quid vobis ꝓdero: niſi vobis loquar aut ī reue-
lacōe. aut ī ſciētia. aut ī ꝓphetia. aut ī doctrina?
Tamē que ſine aīa ſūt vocē dantia. ſiue tybia
ſiue cythara: niſi diſtinctionē ſonituū dederint

quo nõ ſciet̃ id quod canit̃ aut quod cytharizat? Etenim ſi incertã vocem det tuba: quis parabit ſe ad bellũ? Ita et vos p linguam niſi manifeſtũ ſermonẽ dederitis: quomodo ſciet̃ id quod dicit̃? Eritis enĩ in aera loquẽtes. Tã multa utputa genera linguarũ ſũt i hoc mũdo: et nichil ſine voce ẽ. Si ergo neſciero virtutẽ vocis ero ei cui loquar barbarus: et qui loquit̃ michi barbarus. Sic et vos quĩ emulatores eſtis ſpirituũ ad edificationẽ eccleſie: querite ut abũdetis. Et ideo qui loquit̃ lingua: oret ut interptet̃. Nã ſi orẽ lingua ſpiritus meus orat: mens aũt mea ſine fructu eſt. Quid ergo eſt? Orabo ſpiritu: orabo et mẽte. Pſallã ſpiritu: pſallã et mẽte. Ceterũ ſi benedixeris ſpiritu: quis ſupplet locũ ydiote? Quomõ dicet amẽ ſup tuã benedictionẽ? Quĩ quid dicas neſcit. Nã tu quidẽ bene gratias agis: ſʒ alter nõ edificat̃. Gratias ago deo q omniũ veſtrũ ligua loquor. Sed i eccleſia volo quĩqʒ verba ſenſu meo loqui: ut et alios inſtruã: qʒ decẽ milia verboꝝ i lingua. Fratres: nolite pueri effici ſẽſib; ſed malicia paruuli eſtote: ſenſib; aũt perfecti eſtote. In lege enĩ ſcriptũ eſt. Quĩ i alijs linguis et labijs alijs loquar ppło huic: et nec ſic exaudiet̃ me dicit dñs. Itaqʒ lingue i ſignũ ſũt nõ fidelib; ſed infidelib;: pphetie autẽ nõ infidelib; ſed fidelib;. Si ergo cõueniat vniuerſa eccleſia in vnũ et oĩes linguis loquant̃: intrẽt autẽ ydiote aut infideles: nõne dicẽt quid inſanitis? Si autẽ omnes pphetent: intret autẽ quis infidelis uel ydiota: cõuincit̃ ab oĩb;: diiudicat̃ ab oĩb;. Occulta cordis eius manifeſta ſũt: et ita cadẽs i faciẽ adorabit deũ: pnũciãs q vere deus i vobis ſit. Quid ergo ẽ fratres? Cũ cõuenitis: vnuſquiſqʒ veſtrũ pſalmũ habet: doctrinã habet: apocalipſim habet: linguam habet: interpretationem habet: omnia ad edificationem fiant. Siue lingua quis loquit̃: ſcdm duos: aut ut multũ tres: et p partes: et vnus interptet̃. Si aũt nõ fuerit interpres taceat i eccleſia: ſibi aũt loquat̃ et deo. Prophete autẽ duo aut tres dicãt: et ceteri diiudicẽt. Quod ſi alij reuelatum fuerit ſedẽti: prior taceat. Poteſtis enĩ omnes per ſingulos pphetare: ut oĩes diſcãt: et oĩes exhortent̃. Et ſpiritus pphetaꝝ pphetis ſubiectus eſt. Nõ enĩ diſſenſionis ẽ deus ſed pacis: ſicut et i oĩb; eccleſijs ſãctoꝝ doceo. Mulieres i eccleſijs taceãt. Nõ enĩ permittit̃ eis loqui ſed ſubditas eſſe: ſicut et lex dicit. Si quid aũt volũt diſcere: domi viros ſuos interrogent. Turpe eſt enim mulieri loqui i eccleſia. An a vobis verbũ dei pceſſit: aut i vos ſolos peruenit? Si quis videt̃ ppheta eſſe: aut ſpũalis: cognoſcat que ſcribo vobis: qa dñi ſũt mãdata. Si quis autẽ ignorat: ignorabit̃. Itaqʒ fratres emulamini pphetare: et loqui liguis nolite phibere. Oĩa aũt honeſte et ſcdm ordinẽ fiãt in vobis. XV.

Notũ autẽ vobis facio fratres euãgeliũ qd pdicaui vobis: quod et accepiſtis: in quo et ſtatis: p quod et ſaluamini: qua ratiõe pdicauerim vobis ſi tenetis: niſi fruſtra credidiſtis. Tradidi enĩ vobis i primis quod et accepi: qm criſtus mortuus ẽ p peccatis nr̃is ſcdm ſcripturas: et quia ſepultus ẽ et quia ſurrexit tercia die ſcdm ſcripturas: et quia viſus ẽ cephe: et poſt hoc vndecim. Deinde viſus ẽ pluſqʒ quingẽtis frib; ſimul: ex quib; mlti manẽt uſqʒ adhuc: quidã aũt dormierũt. Deinde viſus eſt iacobo: deinde aplis oĩb;. Nouiſſime autẽ omniũ: tanqʒ abortiuo viſus ẽ et michi. Ego enĩ ſum minimus aploꝝ: qui nõ ſũ dignus vocari aplus: qm pſecutus ſũ eccleſiã dei. Gratia autẽ dei ſũ id quod ſũ: et gratia eius i me vacua nõ fuit: ſed abundãtius illis oĩb; laboraui. Non ego autẽ: ſed gratia dei mecũ. Siue enĩ ego ſiue illi: ſic pdicamus: et ſic credidiſtis. Si autẽ xp̃us pdicat̃ q reſurrexit a mortuis: quomõ quidã dicũt in vobis: qm̃ reſurrectio mortuoꝝ nõ eſt? Si autẽ reſurrectio mortuoꝝ nõ eſt: neqʒ xp̃s reſurrexit. Si autẽ criſtus nõ reſurrexit: inanis eſt pdicacõ nr̃a: inanis ẽ et fides veſtra. Inuenimr̃ autẽ et falſi teſtes dei: qm̃ teſtimoniũ diximus aduſus deũ q ſuſcitauit criſtũ quẽ nõ ſuſcitauit: ſi mortui nõ reſurgunt. Nã ſi mortui nõ reſurgũt: neqʒ criſtus reſurrexit. Quod ſi criſtus nõ reſurrexit: vana ẽ fides veſtra. Adhuc enĩ eſtis in peccatis veſtris. Ergo et qui dormierũt i xp̃o perierũt. Si i hac vita tantũ i xp̃o ſperãtes ſumus: miſerabiliores ſumus oĩb; hoib;. Nũc autẽ xp̃s reſurrexit a mortuis primitie dormientiũ: qm quidem per hoiem mors: et p hoiem reſurrectio mortuoꝝ. Et ſicut i adam oĩes moriunt̃: ita et in xp̃o oĩes viuificabunt̃. Vnuſquiſqʒ autẽ in ſuo ordine: primitie xp̃s. Deinde hij qui ſũt xp̃i: qui i aduentũ eius crediderũt. Deinde finis cũ tradiderit regnũ deo et prĩ: cũ euacuauerit omnem principatũ et poteſtatẽ et virtutẽ. Oportet aũt illũ regnare: donec ponat omnes inimicos

ſub pedib⁊ eius. Nouiſſime aūt inimica deſtru
et mors. Omīa enī ſubiecit ſub pedib⁊ eius. Cū
autē dicat omīa ſubiecta ſūt ei: ſine dubio ꝑter
eū qui ſubiecit ei omīa. Cū autē ſubiecta fuerit
illi oīa: tūc et ipe filius ſubiectus erit illi qui ſb-
iecit ſibi oīa: ut ſit deus oīa in oīb⁊. Alioquin
quid facient qui baptizant̄ ꝓ mortuis? Si omnino
mortui nō reſurgūt: ut qd et baptizant̄ ꝓ illis?
Ut quid et nos periclitamur omī hora? Quoti-
die morior ꝓpter veſtrā gloriā fratres: quā habeo
in xp̄o ihesu dn̄o nr̄o. Si ſcdm hoīem ad beſtias
pugnaui epheſi: quid michi ꝓdeſt ſi mortui nō
reſurgūt? Manducemus et bibamus: cras enī
moriemur. Nolite ſeduci. Corrūpūt mores bonos
colloquia mala. Euigilate iuſti: et nolite pec-
care. Ignorantiā enī dei quidā habēt. Ad reue-
rētiā vobis loquor. Sed dicit aliquis. Quomō
reſurgūt mortui? Quali autē corpore venient?
Inſipiēs tu qd ſeminas nō viuificat̄: niſi prius
moriat̄. Et qd ſeminas? Nō corpus qd futurū
eſt ſeminas: ſʒ nudū granū: ut puta tritici · aut
alicuius ceteroꝝ. Deus autē dat illi corpus ſicut
vult: et vnicuiqʒ ſeminū ꝓpriū corpus. Nō oīs
caro eadē caro: ſed alia hoīm alia pecoꝝ alia caro
autē volucrū: alia autē piſciū. Et corpora celeſ-
tia: et corpora terreſtria. Sed alia quidē celeſtiū
gloria: alia autē terreſtriū. Alia claritas ſolis:
alia claritas lune: et alia claritas ſtellaꝝ. Stella
enī a ſtella differt in claritate: ſic & reſurrectio
mortuoꝝ. Seminat̄ in corrupcōe: ſurget ī incor-
rupcōne ſeminat̄ in ignobilitate: ſurget ī glā.
Seminat̄ ī infirmitate: ſurget ī virtute. Semi-
nat̄ corpus aīale: ſurget corpus ſpiritale. Si eſt
corpus aīale ē et ſpiritale: ſicut ſcriptū ē. Fac-
tus ē primus homo adā ī aīaꝫ viuentē: nouiſſi-
mus adā ī ſpiritū viuificantē. Sed nō prius qd
ſpiritale ē: ſʒ qd aīale: deinde qd ſpiritale. Pri-
mus homo de terra terrenus: ſcd̄s homo de celo
celeſtis. Qualis terrenus tales et terreni: et q̄lis
celeſtis: tales et celeſtes. Igit̄ ſicut portauimus
ymaginē terreni: portemus et ymaginē celeſtis.
Hoc autē dico fratres: quia caro et ſāgnis regnū
dei poſſidere nō poſſūt: neqʒ corruptio ī corrup-
telā poſſidebit. Ecce miſteriū vobis dico. Om-
nes quidē reſurgemus: ſed nō omēs immutabi-
mur. In momēto ī ictu oculi: in nouiſſima
tuba. Canet enī tuba: et mortui reſurgēt incor-
rupti: et nos immutabim̄. Oportet enī corrup-
tibile hoc induere incorruptionē: et mortale hoc
induere immortalitatē. Cū aūt mortale hoc in-
duerit immortalitatē: tūc fiet ſermo q̄ ſcriptus eſt.
Abſorta ē mors ī victoria. Ubi ē mors victoria
tua? Ubi ē mors ſtimulus tuus? Stimulus aūt
mortis pc̄m ē: vtus vero pc̄i lex. Deo aūt gra-
tias: q̄ dedit nobis victoriā ꝑ dn̄m nr̄m ihm̄ cri-
ſtū. Itaqʒ fr̄es mei dilecti ſtabiles eſtote et īmo-
biles: abūdantes ī opē dn̄i ſemꝑ: ſciētes ꝙ
labor veſter nō ē inanis ī dn̄o. XVI

De collectis aūt q̄ fiūt in ſāctos: ſicut ordi-
naui eccleſijs galatie · ita et vos facite ꝑ
vna ſabbati. Unuſquiſqʒ vr̄m apud ſe reponat
recondens qd ei bene placuerit: ut nō cū venero
tūc collecte fiāt. Cū aūt pſens fuero: quos ꝓba-
ueritis ꝑ ep̄las hos mittā pferre gratiā veſtrā in
ihr̄lm. Quod ſi dignū fuerit ut ego eā: mecū
ibūt. Veniā aūt ad vos: cū macedoniā ptrāſie-
ro. Nā macedoniā ptrāſibo. Apud vos autē
forſitan manebo uel etiā hyemabo: ut vos me
deducatis quocūqʒ iero. Nolo enī vos modo in
trāſitu videre. Spero enī me aliquātulū tēporis
manere apud vos: ſi dn̄s ꝑmiſerit. Permane-
bo autē epheſi uſqʒ ad penthecoſten. Oſtium enī
michi aptū ē magnū et euidēs: et adūſarij mul-
ti. Si aūt venerit thimotheus: videte ut ſine ti-
more ſit apud vos. Opus enī dn̄i opat̄ ſicut et
ego. Ne q̄s ergo illū ſpnat. Deducite aūt illū
ī pace: ut veniat ad me. Exſpecto enī illū cū fr̄i-
b⁊. De apollo aūt fr̄e vobis notū facio: q̄m mul-
tū rogaui eū ut veniret ad vos cū fr̄ib⁊: et vtiqʒ
non fuit voluntas eius ut nūc veniret. Veniet
autem: cū ei vacuum fuerit. Vigilate ſtate in
fide: viriliter agite et cōfortamini: omīa veſtra
in caritate fiāt. Obſecro aūt vos fratres · noſtis
domū ſtephane & fortunati quī ſunt primitie
achaye · et ī miniſteriū ſāctoꝝ ordinauerūt ſeip-
ſos: ut et vos ſubditi ſitis eiuſmodi · et omni co-
operanti et laboranti. Gaudeo autē in preſentia
ſtephane et fortunati et achayci: q̄m id quod vo-
bis deerat ipi ſuppleuerūt. Refecerunt enim et
meū ſpiritū et vr̄m. Cognoſcite ergo q̄ eiuſmo-
di ſūt. Salutāt vos omēs eccleſie aſye. Salutāt
vos ī dn̄o multū aquila et priſcilla cū domeſti-
ca ſua eccleſia: apud quos et hoſpitor. Salutant
vos omēs fratres. Salutate inuicē: ī oſculo ſāc-
to. Salutatio mea: manu pauli. Si quis non
amat dn̄m noſtrū ihm̄ criſtum: ſit anathema
maranatha. Gratia dn̄i nr̄i ihu̅ criſti vobiſcū.
Caritas mea cū omībus vobis ī criſto ihu̅ amen.

Incipit prologus in epiſtola beati pauli apoſtoli ad corinthios 2ª

Poſt actam a corinthijs penitētiam cōſolatoriam ſcribit eis epiſtolam apoſtolus a troade per thitum. Et collaudans eos hortaꝛ ad meliora: contriſtatos quidem eos ſed emendatos oſtendens. Explicit prologus

Incipit Epl'a pauli ap'li ad corinthios ſcd'a

Paulus apoſtolus criſti iħu ꝑ volūtatē dei et thimoteus frater: eccl'ie dei q̄ eſt corinthi cū om̄ibꝫ ſāctis q̄ ſūt ī vniuerſa achaia. Gratia vobis et pax a deo patre nr̄o et dn̄o iħu xp̄o. Benedictus deus et pater dn̄i nr̄i iħu xp̄i pater miſerdiaꝝ et deus totius ꝯſolacōis. q̄ cōſolatꝛ nos ī om̄i tribulacōe nr̄a: ut poſſimus et ipſi cōſolari eos q̄ ī om̄i ꝑſſura ſūt ꝑ exhortacōez qua exhortamꝛ et ipſi a deo: qm̄ ſicut habūdant paſſiones xp̄i ī nobis ita et ꝑ xp̄m habūdat cōſolatio nr̄a. Siue autē tribulamꝛ ꝓ vr̄a exhortacōe et ſalute. ſiue cōſolamꝛ ꝓ vr̄a cōſolacōe. ſiue exhortamꝛ ꝓ vr̄a exhortacōe et ſalute. q̄ operatꝛ tollerantiā earūdē paſſionū quas et nos patimꝛ. ut ſpes nr̄a firma ſit ꝓ vobis: ſciētes qm̄ ſicut ſocij paſſionū eſtis. ſic eritis et cōſolacōis. Non enī volumus ignorare vos fratres de tribulacōe nr̄a q̄ facta ē ī aſia: qm̄ ſupra modū grauati ſumus ſupra virtutē. ita ut tederet nos etiā viuere. Sed ipſi ī nobiſmetipſis reſponſū mortis habuimus. ut nō ſimus fidētes ī nobis ſed ī deo qui ſuſcitat mortuos: q̄ de tātis pericl'is nos eripuit et eruit: ī quē ſperamus qm̄ et adhuc eripiet adiuuātibꝫ et vobis ī oracōe ꝓ nobis. ut ex mul'toꝝ perſonis facieꝝ eius q̄ in nobis ē donacōis ꝑ mul'tos gratie agantꝛ ꝓ nobis. Nā gl'a nr̄a hec ē teſtimoniū cōſciētie nr̄e: q̄ ī ſimplicitate cordis et ſinceritate dei et nō ī ſapiētia carnali ſed ī gratia dei cōuerſati ſumus ī hoc mūdo. habūdātius aūt ad vos. Non enī alia ſcribimus vobis q̄ꝫ que legiſtis et cognouiſtis. Spero autē q̄ uſq; ī finē cognoſcetis. ſicut et cognouiſtis nos ex parte: quia gl'a veſtra ſumus ſicut et vos nr̄a ī die dn̄i nr̄i iħu criſti. Et hac confidentia volui prius venire ad vos ut ſcd'am gratiā haberetis. et ꝑ vos trāſirē in macedoniā et iterū a macedonia venirē ad vos et a vobis deduci ī iudeā. Cū ergo hoc voluiſſē: nūquid leuitate vſus ſū? Aut que cogito ſcd'm carnē cogito ut ſit apud me eſt et non? Fidelis autē deus quia ſermo noſter qui fuit apud vos. nō eſt in illo ē et nō ſed eſt ī illo ē. Dei enī filius iħus xp̄us qui ī vobis ꝑ nos ꝑ̄dicatus ē ꝑ me et ſiluanū et thimotheū nō fuit ī illo ē et nō: ſed ē in illo fuit. Quotqt enī ꝓmiſſiones dei ſūt in illo ē. Ideo et ꝑ ipſm amē deo ad gloriā noſtrā. Qui aūt cōfirmat nos vobiſcū in criſto. et qui vnxit nos deus: et qui ſignauit nos et dedit pignus ſpiritus in cordibꝫ nr̄is. Ego autē teſtē deū inuoco ī aīaꝫ meā q̄ parcēs vobis nō veni vltra corinthū. nō q̄a dn̄amur fidei vr̄e ſed adiutores ſumus gaudij veſtri: nā fide ſtatis. II

Statui autē hoc ap̄ud me: ne iteꝝ in triſticia venirē ad vos. Si enī ego cōtriſto vos et quis ē qui me letificet niſi qui cōtriſtatꝛ ex me? Et hoc ip̄m ſcp̄ſi vobis ut nō cū venero triſticiā ſup triſticiā habeā. de quibꝫ oportuerat me gaudere cōfidens ī omnibꝫ vobis quia meū gaudiū omniū veſtrū ē. Nā ex mul'ta tribulacōe et anguſtia cordis ſcripſi vobis ꝑ multas lacrimas nō ut cōtriſtemini: ſed ut ſciatis quā caritatē habeā abūdantius ī vobis. Si quis autē cōtriſtauit me. nō me cōtriſtauit. ſed ex parte: ut nō onerē om̄es vos. Sufficit illi qui eiuſmodi ē obiurgatio hec q̄ fit a pluribꝫ. ita ut ecōtrario magis donetis et cōſolemini: ne forte abūdantiori triſticia abſorbeatꝛ qui eiuſmodi ē. ꝓpter quod obſecro vos. ut cōfirmetis ī illū caritatē. Ideo enī et ſcripſi vobis ut cognoſcā experimētū veſtrū: an ī om̄ibꝫ obediētes ſitis. Cui autē aliquid donaſtis: et ego. Nā et ego quod donaui. ſi quid donaui ꝓpter vos. ī ꝑſona criſti. ut nō circūueniamur a ſathana. Nō enī ignoramus cogitacōes eius. Cū veniſſē aūt troadē ꝓpter euāgeliū criſti. et oſtiū michi aptū eſſet in dn̄o: nō habui requiē ſpiritui meo. eo q̄ nō inuenerī thytū fratrē meū: ſed valefaciēs eis ꝓfectus ſū in macedoniā. Deo autē gratias q̄ ſemꝑ triūphat nos ī criſto iħu. et odorē noticie ſue manifeſtat ꝑ nos in om̄i loco: quia criſti bonus odor ſumus deo ī hijs qui ſalui fiūt. et ī hijs q̄ pereūt. Alijs quidē odor mortis ī mortē: alijs autē odor vite in vitā. Et ad hec quis tam ydoneus? Nō enī ſumus ſicut plurimi adulterātes verbū dei: ſed ex ſinceritate ſicut ex deo corā deo ī xp̄o loquimur.

Incipimus iteꝝ noſmetipſos cōmendare: aut nūquid egemus ſicut quidā cōmēdaticijs ep'lis ad vos aut ex vobis? Epiſtola noſtra III

vos eſtis ſcripta in cordib⁹ noſtris · que ſcitur &
legit̃ ab om̄ib⁹ hoīb⁹ manifeſtati : quī epl'a eſtis
xp̄i miniſtrata a nobis & ſcripta nō atramē-
to ſed ſpiritu dei viui : nō in tabulis lapideis : ſed
in tabulis cordib⁹ carnalib⁹. Fiduciā autē talē
habemus p criſtū ad deū : nō q ſufficiētes ſumus
cogitare aliqd a nobis q̄ſi ex nobis · ſ; ſufficiētia
nr̄a ex deo ē : qui et ydoneos nos fecit miniſtros
noui teſtamēti nō littera ſ; ſpiritu . Littera enī
occidit : ſpiritus aūt viuificat . Quod ſi miniſ-
tratio mortis litteris deformata ī lapidib⁹ fuit ī
gl'a · ita ut nō poſſent intendere filij iſrl' in faciē
moyſi · ꝑpter gloriā vultus eius q̄ euacuat̃ : quo-
modo nō magis miniſtratio ſpiritus erit ī gl'a ?
Nā ſi miniſtratio dānacōis gl'a ē : mlto magis
abūdat miniſteriū iuſtitie ī gl'a . Nā nec glo-
rificatū ē qd claruit ī hac parte : ꝑpter excellentē
gloriā . Si enī quod euacuat̃ per gloriā eſt : mlto
magis qd manet · ī gl'a ē . Habētes igit̃ talē ſpem
mlta fiducia vtim̃ . Et nō ſicut moyſes ponebat
velamē ſup faciē ſuā : ut nō intēderēt filij iſrl' in
faciē eius quod euacuat̃ ſ; obtuſi ſūt ſenſus eoꝝ :
uſq; ī hodiernū enī diē idipm velamen ī leccōne
veteris teſtamēti manet nō reuelatū · quī ī criſto
euacuat̃ : ſed uſq; ī hodiernū diē cū legit̃ moyſes
velamē poſitū eſt ſup cor eoꝝ . Cū autē cōuerſus
fuerit ad deū auferet̃ velamē . Dn̄s aūt ſpiritus
ē . Vbi aūt ſpiritus dn̄i ibi libertas . Nos vero
om̄es reuelata facie gloriā dn̄i ſpeculātes ī ean-
dem ymaginē trāſformamur a claritate ī clari-
tatem : tanq; a domini ſpiritu . IIII

Ideo habētes hāc miniſtrationē iuxta quod miſe-
ricordiā cōſecuti ſumus nō deficimus : ſed abdi-
camus occl'ta dedecoꝛis · nō ambulātes ī aſtutia
neq; adulterātes verbū dei : ſed ī manifeſtacōne
veritatis cōmendātes noſmetipos ad omnē cōſci-
entiā hominū corā deo . Quod ſi etiā opertū eſt
euāgeliū noſtrū in hijs qui pereūt ē opertū : in
qbus deus huius ſecl'i excecauit mētes infideliū ·
ut nō fulgeat illuminatio euāgelij gl'e criſti : q
eſt ymago dei . Nō enī noſmetipos p̄dicamus
ſed ihm criſtū dn̄m nr̄m . Nos aūt ſeruos vr̄os
per ihm : quī deus qui dixit de tenebris lucē ſplē-
deſcere · illuxit in cordib⁹ nr̄is ad illuminationē
ſciētie claritatis ī facie ihu criſti . Habemus autē
theſauꝝ iſtū in vaſis fictilib⁹ : ut ſublimitas ſit
virtutis dei : et nō ex nobis . In oīb⁹ tribulacōez
patim̃ : ſed nō anguſtiam̃ . Apoꝛiamur : ſed nō
deſtituimur . Perſecutionē patimur : ſed non
derelinquimur . Deicimur : ſed non perimus .
Semp mortificationē ihu ī corpore nr̄o circūfe-
rētes : ut et vita ihu manifeſtet̃ ī corporib⁹ nr̄is .
Semp enī nos q viuimus ī mortē tradim̃ ꝑpter
ihm : ut et vita ihu manifeſtet̃ in carne noſtra
mortali . Ergo mors ī nobis operat̃ : vita aūt in
vobis . Habentes autē eundem ſpiritū fidei ſicut
ſcriptū eſt credidi ꝑpter quod locutus ſū : et nos
credimus · ꝑpter qd et loquim̃ : ſciētes q; qui ſuſci-
tauit ihm et nos cū ihu ſuſcitabit : et conſtituet
vobiſcū . Om̄ia enī ꝑpter vos : ut gratia abūdās
per mltos ī gratiaꝝ actione abūdet ī gloriā dei .
Propter quod nō deficimus : ſed licet is q foris
eſt noſter homo corrūpat̃ : tamē is qui intus eſt
renouat̃ de die ī diē . Id enī quod ī p̄ſenti ē mo-
mētaneū et leue tribulacōis noſtre : ſup modū
in ſublimitate eternū gl'e pōdus operat̃ ī nobis :
nō cōtemplātib⁹ nobis q̄ vident̃ ſed q̄ nō vident̃ .
Que enī vident̃ tēporalia ſūt : q̄ autē nō vident̃
eterna ſunt . V

Scimus enī : quī ſi terreſtris domus noſtra huius habitati-
onis diſſoluat̃ : q edificationē ex deo habeamus
domū nō manufactā eternā in celis . Nā et in
hoc ingemiſcimus habitationē noſtrā q̄ de celo ē
ſupindui cupiētes : ſi tamē veſtiti et nō nudi in-
ueniam̃ . Nam et qui ſumus ī hoc tabernaculo
ingemiſcimus grauati : eo qd nolumus exſpoli-
ari · ſed ſuperueſtiri : ut abſorbeat̃ quod mortale
eſt a vita . Qui aūt efficit nos ī hoc ipm deus :
qui dedit nobis pignus ſpiritus . Audētes igit̃
ſemp et ſciētes : quī dū ſumus ī corpore peregri-
nam̃ a dn̄o . Per fidē enī ambulamus : et nō p
ſpeciē . Audemus autē et bonā volūtatē habe-
mus magis peregrinari a corpore et p̄ſentes eſſe
ad dn̄m : et ideo cōtendimus ſiue abſētes ſiue p̄-
ſētes placere illi . Omnes enim nos manifeſtari
oportet ante tribunal xp̄i : ut referat vnuſquiſq;
ꝑpria corporis ꝓut geſſit ſiue bonū ſiue malū .
Sciētes ergo timorē dn̄i hom̄ib⁹ ſuademus : deo
aūt manifeſti ſumus . Spero autē et ī cōſciētijs
vr̄is manifeſtos nos eſſe . Nō iteꝝ cōmēdamus
nos vobis : ſed occaſionē damus vobis gloriādi
ꝓ nobis : ut habeatis ad eos qui ī facie gloriant̃
et nō ī corde . Siue enī mēte excedimus deo : ſiue
ſobrij ſumus vobis . Caritas enī xp̄i vrget nos :
eſtimātes hoc : quī ſi vnus ꝓ om̄ib⁹ mortuus eſt
ergo om̄es mortui ſūt . Et ꝓ om̄ib⁹ mortuus eſt
xp̄us : ut et qui viuūt iā nō ſibi viuāt : ſed ei qui
ꝓ ipis mortuus ē et reſurrexit . Itaq; nos ex hoc

nemínem nouímus ſecundum carnem. Et ſi
cognouímus ſcđm carnē criſtū: ſed nūc iam nō
nouimus. Si qua ergo ī criſto noua creatura
eſt: vetera trāſierūt: ecce facta ſūt oīa noua.
Oīa aūt ex deo ꝗ nos recōciliauit ſibi ꝑ xp̄m:
et dedit nobis miniſteriū recōciliacōis. Quō-
quidē deus erat ī criſto mundū recōciliās ſibi: nō
reputās illis delicta ipoꝝ: et poſuit ī nobis v̄bū
recōciliacōis. Pro criſto ergo legatione fūgim̄
tanꝗ̄ deo exhortāte ꝑ nos: obſecramus ꝓ criſto.
recōciliamini deo. Eū qui nō nouerat pctm̄ ꝓ
nobis peccatū fecit: ut nos efficeremur iuſticia dei

Adiuuātes autē: ·VI· Ca. in ipſo.
exhortamur ne in vacuū gratiā dei recipia-
tis. Ait enī. Tempore accepto exaudiui te: et
in die ſalutis adiuui te. Ecce nūc tēpus accep-
tabile: ecce nunc dies ſalutis. Nemini dantes
ullam offenſionem: ut non vituperetur miniſ-
terium noſtrum. Sed in omnibus exhibeamus
noſmetipſos ſicut dei miniſtros in multa patiē-
tia: ī tribulationibꝰ· ī neceſſitatibꝰ· ī anguſtijs·
in plagis· ī carceribꝰ· ī ſedicōibꝰ· ī laboribꝰ· in
vigilijs· ī ieiunijs· ī caſtitate· ī ſciētia· ī lōgani-
mitate· ī ſuauitate: ī ſpiritu ſācto. In caritate
nō ficta: in verbo veritatis: ī virtute dei. Per
arma iuſticie: a dextris et a ſiniſtris. Per glā
et ignobilitatē: ꝑ infamiā et bonā famā. Ut
ſeductores et veraces: ſicut qui ignoti et cogniti.
Quaſi morientes et ecce viuimus ut caſtigati et
nō mortificati. Quaſi triſtes ſemꝑ autē gau-
dētes: ſicut egētes multos autē locupletātes: tanꝗ̄
nichil habētes et oīa poſſidētes. Os nr̄m patet
ad vos o corinthij: cor noſtrū dilatatū eſt. Nō
anguſtiamini ī nobis. Anguſtiamini autē in
viſceribꝰ v̄ris. Eandē aūt habētes remuneratio-
nē: tanꝗ̄ filijs dico: dilatamini et vos. Nolite
iugū ducere cū infidelibꝰ. Que enī participatio
iuſticie cū iniquitate: aut q̄ ſocietas luci ad tene-
bras? Que aūt conuentio criſti ad belial? Aut
que pars fideli cū infideli? Qui autē conſenſus
tēplo dei cū ydolis? Vos enī eſtis tēplū dei viui
ſicut dicit deus: qm̄ inhabitabo ī illis et inam-
bulabo: et ero illoꝝ deus et ipſi erūt michi pp̄ls.
Propter qđ exite de medio eoꝝ et ſeparamini di-
cit dn̄s: et immūdū ne tetigeritis: et ego recipiā
vos· et ero vobis ī patrē: et vos eritis michi ī fili-
os et filias dicit dn̄s omnipotēs. ·VII· Ca.

Has ergo habētes promiſſiones cariſſimi
mūdemus nos ab oīi inquinamēto car-
nis et ſpiritus: ꝑficiētes ſāctificationē ī timore
dei. Capite nos. Neminem leſimus: neminē
corrupimus: neminē circūuenimus. Non ad
cōdemnationē veſtrā dico. Prediximus enī ꝙ
ī cordibꝰ nr̄is eſtis ad cōmoriendū et ad cōuiuē-
dū. Multa michi fiducia eſt apud vos: multa
michi glāatio ꝓ vobis. Repletus ſū cōſolacōe:
ſuꝑabūdo gaudio ī oīi tribulacōe nr̄a. Nā et
cū veniſſemus in macedoniā: nullā requiē ha-
buit caro nr̄a: ſed omnē tribulationem paſſi ſu-
mus. Foris pugne: intus timores. Sed ꝗ cōſo-
lat̄ humiles: cōſolatus ē nos deus ī aduētu titi.
Nō ſolū aūt ī aduētu eius: ſ; etiā in cōſolacōe
qua cōſolatus ē in vobis· referēs nobis v̄rm deſi-
deriū veſtrū fletū veſtrā emulationē ꝓ me: ita
ut magis gauderē. Quō et ſi cōtriſtaui vos in
ep̄la: nō me penitet. Et ſi peniteret vidēs ꝙ ep̄la
illa et ſi ad horā vos cōtriſtauit: nūc gaudeo· nō
quia cōtriſtati eſtis: ſed ꝗa cōtriſtati eſtis ad peni-
tētiam. Cōtriſtati enī eſtis ſcđm deū: ut ī nullo
detrimentū patiamini ex nobis. Que enī ſcđm
deū triſticia ē penitentiā ī ſalutē ſtabilē operat̄:
ſeculi autē triſticia mortē operat̄. Ecce enī hoc
ipſū ſcđm deū cōtriſtari vos quantam in vobis
operat̄ ſollicitudinē: ſed defenſionē: ſ; indigna-
tionē· ſed timorē· ſed deſideriū· ſed emulationē:
ſed vindictā. In oīibꝰ exhibuiſtis vos incōta-
minatos eſſe negotio. Igit̄ et ſi ſcripſi vobis nō
ꝓpter eū qui fecit iniuriā nec ꝓpter eū qui paſſus
eſt: ſed ad manifeſtandā ſollicitudinē nr̄am quā
habemus ꝓ vobis coram deo. Ideo conſolati ſu-
mus. In cōſolacōe autē nr̄a abūdātius magis
gauiſi ſumus ſuꝑ gaudio titi: quia refectus eſt
ſpiritus eius ab omnibꝰ vobis. Et ſi quid apud
illū de vobis glātus ſū· nō ſū cōfuſus: ſed ſicut
oīa vobis ī veritate locuti ſumus: ita et glācō
noſtra q̄ fuit ad titū veritas facta ē. Et viſcera
eius abūdātius ī vobis ſūt: reminiſcētis oīm
veſtrū obedientiā quomō cū timore et tremore
excepiſtis illū. Gaudeo: ꝙ ī oībꝰ cōfido ī vobis.

Notā autē facimus vobis ·VIII· Ca.
fratres gratiā dei q̄ data ē in eccleſijs ma-
cedonie: et ꝙ ī multo experimento tribulacōis
abūdātia gaudij ipoꝝ et altiſſima pauptas eoꝝ
abūdauit in diuitias ſimplicitatis eoꝝ. Quia
ſcđm virtutē teſtimoniū illis reddo: et ſupra vir-
tutē volūtarij fuerūt: cū multa exhortacōe obſe-
crantes nos gratiā et cōmunicationē miniſterij
quod fit ī ſāctos. Et nō ſicut ſperauimus: ſed ſe-

metipſos dederunt · primum dn̄o · deinde nobis
per volūtatem dei : ita ut rogaremus titum ut
quēadmodū cepit ita et ꝑficiat ī vobis etiā gra:
tiā iſtā . Sed ſicut ī omnib; abūdatis fide et ſer:
mone et ſciētia et om̄i ſollicitudine inſuꝑ et ca:
ritate veſtra ī nos : ut et ī hac gratia abūdetis.
Non q̄ſi imperās dico : ſed ꝑ alioꝝ ſollicitudinē
etiā veſtre caritatis ingeniū bonū cōprobās.
Scitis enī gratiā dn̄i nr̄i iħu xp̄i : qm̄ ꝓpter vos
egenus factus ē cū eſſet dives : ut illius inopia
vos divites eſſetis . Et cōſiliū in hoc do . Hoc enī
vob̄ vtile ē : q̄ nō ſolū facere · ſ; et velle cepiſtis ab
anno priore . Nūc vero et facto ꝑficite : ut quē:
admodū promptus ē animus volūtatis : ita ſit
et perficiendi ex eo quod habetis . Si enī volūtas
prompta ē : ſcd̄m id qđ habet accepta ē · nō ſcd̄m
id quod nō habet . Nō enī ut alijs ſit remiſſio ·
vobis autē tribulatio : ſed ex equalitate ī preſēti
tēpore vr̄a abūdantia illoꝝ inopiā ſuppleat · ut
et illoꝝ abūdantia vr̄e inopie ſit ſupplementū :
ut fiat equalitas ſicut ſcriptū eſt . Qui multū
habuit nō abūdavit : et qui modicū · nō mino:
ravit . Gratias aūt ago deo qui dedit eandē ſol:
licitudinē ꝓ vobis ī corde titi : qm̄ exhortacōnem
quidē ſuſcepit : ſed cū ſollicitior eſſet ſua volūtate
ꝓfectus ē ad vos . Miſimus etiam cū illo fratrē
nr̄m : cuius laus ē in euāgelio ꝑ om̄es eccleſias.
Non ſolū autē : ſed et ordinatus eſt ab eccleſijs
comes ꝑegrinacōis nr̄e ī hāc gratiā q̄ miniſtrat̄
a nobis ad dn̄i gloriā et deſtinatā volūtatē nr̄am
devitātes hoc : ne quis nos vituperet ī hac pleni:
tudine que miniſtrat̄ a nobis in dn̄i gloriam .
Providemus enī bona : non ſolū corā deo : ſed
etiā coram hoīb; . Miſimus autē cū illis et fratrē
nr̄m quē ꝓbavimus ī multis ſepe ſollicitū eſſe :
nūc autē multo ſollicitiorē : cōfidētia multa ī vos
ſive ꝓ tito qui ē ſocius meus et ī vobis adiutor :
ſive fratres nr̄i apl̄i eccl̄aꝝ gl̄e xp̄i . Oſtenſionē
ergo que ē caritatis veſtre et nr̄e gl̄e ꝓ vobis : in
illos oſtēdite ī facie eccleſiaꝝ . Nā de miniſterio
qđ fit ī ſāctos : ex abūdāti ē michi ſcribere vobis.
Scio enī promptū animū IX Capitulum
vr̄m ꝓ quo de vobis glorior apud mace:
dones : qm̄ et achaia parata ē ab anno p̄terito :
et veſtra emulatio ꝓvocavit plurimos . Miſi:
mus autē frēs : ut ne qđ gl̄ari de vobis evacuet̄
in hac parte : ut quēadmodū dixi parati ſitis :
ne cū venerint macedones mecū et invenerint
vos imparatos erubeſcamus nos ut nō dicamus
vos in hac ſubſtantia . Neceſſariū ergo exiſti:
mavi rogare frēs ut p̄veniāt ad vos : et ꝑparēt
repromiſſā benedictionē hāc paratā eſſe : ſic q̄ſi
benedictionem : nō q̄ſi avariciā . Hoc autē dico .
Qui parce ſeminat parce et metet : et qui ſemi
nat ī benediccōnib; · de benediccōnib; et metet .
Vnuſquiſq; ꝓut deſtinavit in corde ſuo : nō ex
triſticia aut ex neceſſitate . Hilarē enī datorē di:
ligit deus . Potēs ē aūt deus omnē gratiā abū:
dare facere ī vobis : ut ī om̄ib; ſemꝑ omnē ſuffi:
ciētiam habētes abūdetis ī omne opus bonū :
ſicut ſcriptū ē . Diſꝑſit dedit pauperib; iuſticia
eius manet ī ſeculū ſeculi . Qui aūt amminiſ:
trat ſemen ſeminanti : et panē ad māducandū
p̄ſtabit . Et multiplicabit ſemē veſtrū et augebit
incremēta frugū iuſticie veſtre : ut ī oīb; locu:
pletati abūdetis ī omnē ſimplicitatē : que opat̄
per nos gratiaꝝ actionē deo . Qm̄ miniſteriū
huius officij nō ſolū ſupplet ea q̄ deſūt ſāctis : ſed
etiā abūdat ꝑ multas gratiaꝝ accōes ī dn̄o ꝑ ꝓba
tionē miniſterij huius : glorificātes deū in obe:
diētia cōfeſſionis veſtre ī euāgelio criſti et ſim:
plicitate cōmunicacōis veſtre ī illos et ī om̄es :
et ī ipoꝝ obſecracōne ꝓ vobis : deſiderantiū vos
ꝓpter eminentē gratiā dei ī vobis . Gratias ago
deo ſuper inenarrabili dono eius . X Capitulum
Ipſe autē ego paulus obſecro vos ꝑ māſuetudinē
et modeſtiā criſti : qui ī facie quidē humilis ſum
inter vos : abſēs autē cōfido ī vobis . Rogo aūt
vos ne p̄ſens audeā ꝑ eā cōfidētiā qua exiſtimor
audere ī quoſdā : qui arbitrant̄ nos tanq̄ ſcd̄m
carnē ambulemus . In carne enī ambulantes :
nō ſcd̄m carnē militamus . Nā arma milicie
nr̄e nō carnalia : ſed potētia deo ad deſtructionē
municionū · cōſilia deſtruētes · et omnē altitudi:
nē extollentē ſe adverſus ſcientiā dei : et ī capti:
vitatē redigētes omnē intellectū ī obſequiū xp̄i :
et ī ꝓmptu habētes vlciſci omnē inobedientiā :
cū impleta fuerit veſtra obediētia . Que ſcd̄m
faciē ſūt videte . Si quis cōfidit ſibi criſti ſe eſſe :
hoc cogitet iteꝝ apud ſe : quia ſicut ipe criſti eſt ·
ita et nos . Nā et ſi amplius aliq̄d gl̄atus fuero
de poteſtate noſtra quā dedit nobis dn̄s ī edifi:
cacōez et nō in deſtructionē veſtrā : nō erubeſcā .
Vt autē nō exiſtimer tāq̄ terrere vos ꝑ epl̄as :
qm̄ quidē epl̄e inquiūt graves ſūt et fortes : p̄ſen:
tia aūt corporis infirma et ſermo ꝯtemptibilis :
hoc cogitet qui eiuſmodi eſt : quia quales ſumus
verbo per epl̄as abſētes : tales et p̄ſentes in facto .

Non enī audemus inſerere aut comparare nos
quibuſdā qui ſeipſos cōmendāt: ſed ipſi in nobis
noſmetipſos metiētes: et cōparātes noſmetipſos
nobis. Nos autē nō in immenſū glīabimᷣ: ſed
ſcđm menſurā regule qua menſus ē nobis deus
menſurā ꝑtingēdi uſqꝫ ad vos. Nō enī q̄ſi nō
ꝑtingētes ad vos ſuperextēdimus nos. Vſqꝫ ad
vos enī ꝑuenimus ī euāgelio xp̄i: nō ī immēſū
gloriātes in alienis laboribꝰ. Spem autē habētes
creſcētis fidei vr̄e · ī vobis magnificari ſcđm re:
gulā nr̄aꝫ ī abūdantia: etiā in illa q̄ vltra vos
ſūt euāgelizare: nō in aliena regula in hijs que
ꝑparata ſūt glīari. Qui autē glīat̄ in dn̄o glīet̄.
Non enī qui ſeipm̄ commendat ille probatus
eſt: ſed quem deus commendat. XI

Utinā ſuſtineretis modicū quid inſipiētie
mee: ſed et ſupportate me. Emulor enī
vos dei emulacōe: deſpōdi enī vos vni viro virgi:
nē caſtā exhibere xp̄o Timeo aūt ne ſicut ſerpēs
euā ſeduxit aſtutia ſua: ita corrūpāt̄ ſenſus vr̄i
et excidāt a ſimplicitate q̄ ē ī xp̄o. Nā ſi is q̄ venit
aliū criſtū p̄dicat quē nō p̄dicauimus: aut aliū
ſpiritū accipitis quē nō accepiſtis aut aliud euā:
geliū quod nō recepiſtis: recte pateremini. Ex
iſtimo enim nichil me minus feciſſe a magnis
apl̄is. Et ſi imperitus ſermone: ſed nō ſciētia.
In oībꝰ autē manifeſtus ſū vobis. Aut nūq̄d
peccatū feci meipm̄ humiliās: ut vos exaltemi:
ni? Quī gratis euangeliū dei euāgelizaui vo:
bis: alias eccleſias expoliaui accipiēs ſtipendia
ad miniſteriū veſtrū: et cū eſſē apud vos et egerē
nulli oneroſus fui. Nam qđ michi deerat ſup:
pleuerūt fratres qui venerūt a macedonia: et in
oībꝰ ſine onere me vobis ſeruaui: et ſeruabo.
Eſt veritas criſti ī me: quī hec glīatio nō infrin:
get̄ in me ī regionibꝰ achaie. Quare? Quia
nō diligo vos? Deus ſcit. Quod autē facio · et
faciā: ut amputē occaſionē eoꝝ · qui volūt occa:
ſionē: ut in quo glīant̄ inueniant̄ ſicut et nos.
Nā eiuſmodi pſeudo apl̄i ſunt operarij ſubdo:
li: trāſfigurātes ſe in apl̄os criſti. Et nō mirū.
Ipe enī ſathanas trāſfigurat ſe ī angelū lucis.
Nō eſt ergo magnū: ſi miniſtri eius trāſfigu:
rent̄ velut miniſtri iuſticie: quoꝝ finis erit ſcđm
opa ipſoꝝ. Iteꝝ dico: ne quis me putet inſipiē:
tē. Alioquin velut inſipientē accipite me: ut et
ego modicū quid glīer. Quod loquor nō loquor
ſcđm deū ſed q̄ſi ī inſipiētia: ī hac ſubſtātia glīe.
Quī multi glīant̄ ſcđm carnē: et ego gloriabor.

Libenter enī ſuffertis inſipientes: cum ſitis ipſi
ſapiētes. Suſtinetis enī ſi quis vos ī ſeruitutem
redigit: ſi quis deuorat · ſi quis accipit · ſi quis
extollit̄: ſi quis ī faciē vos cedit. Scđm ignobi:
litatē dico: q̄ſi nos infirmi fuerimus ī hac par:
te. In quo quis audet: ī inſipiētia dico: audeo
et ego. Hebrei ſūt: et ego. Iſrahelite ſūt: et ego.
Semē abrahe ſūt: et ego. Miniſtri criſti ſūt: et
ego. Vt minus ſapiēs dico: plus ego. In labo:
ribꝰ plurimis ī carceribꝰ abūdantius: ī plagis
ſupra modum: in mortibꝰ frequēter. A iudeis
quinquies q̄dragenas vna minus accepi. Ter
virgis ceſus ſū: ſemel lapidatus ſū: ter naufra:
giū feci. Nocte et die ī ꝓfundū maris fui. In
itineribꝰ ſepe: periculis fluminū · periculis latro
nū · periculis ex genere · periculis ex gētibꝰ · peri:
culis ī ciuitate · periculis ī ſolitudine · periculis ī
mari: periculis in falſis fratribus. In labore et
erumna: ī vigilijs multis. In fame et ſiti: in
ieiunijs mltis. In frigore et nuditate: p̄ter illa
que extrinſecus ſūt: inſtātia mea quotidiana ·
ſollicitudo oīm eccliaꝝ. Quis infirmat̄: et ego
nō infirmor? Quis ſcādilizat̄: et ego nō vror?
Si glīari oportet: q̄ infirmitatis mee ſūt glīabor.
Deus et pater dn̄i nr̄i iheſu criſti ſcit qui ē bene:
dictus ī ſecula q̄ nō mētior. Damaſci ꝑpoſitus
gētis arethe regis cuſtodiebat ciuitatē damaſce:
noꝝ ut me cōprehēderet: et per feneſtrā in ſporta
dimiſſus ſū per muꝝ: et ſic effugi manus eius.

Si gloriari oportet: nō expedit XII
quidē. Veniā autē ad viſiones et reue:
lacōes dn̄i. Scio hoīem ī criſto ante annos quat:
uordecim ſiue ī corpore ſiue extra corpus neſcio
deus ſcit: raptū huiuſmodi uſqꝫ ad terciū celū.
Et ſcio huiuſmodi hoīeꝫ ſiue ī corpore ſiue extra
corpus neſcio deus ſcit: quī raptus ē in paradi:
ſū: et audiuit archana verba q̄ nō licet homini
loqui. Pro huiuſmodi gloriabor: pro me aūt
nichil niſi ī infirmitatibꝰ meis. Nā et ſi volue:
ro gloriari: nō ero inſipiēs. Veritatē enī dicā.
Parco autē: ne quis me exiſtimet ſupra id qđ
videt ī me: aut audit aliq̄d ex me. Et ne mag:
nitudo reuelationū extollat me: datus ē michi
ſtimulus carnis mee angelus ſathane ut me co:
laphizet. Propter quod ter dn̄m rogaui ut diſ
cederet a me: et dixit michi. Sufficit tibi gratia
mea. Nā virtus ī infirmitate ꝑficit̄. Libēter
igit̄ glīabor in infirmitatibꝰ meis: ut inhabitet
ī me virtus criſti. Propter quod placeo michi

in infirmitatibꝫ meis: in cõtumelijs in neceſſi:
tatibꝫ ĩ ꝑſecucõibꝫ: ĩ anguſtijs ꝓ criſto. Cũ enĩ
infirmoꝛ tũc potẽs ſũ. Factus ſũ inſipiẽs: vos
me coegiſtis. Ego enĩ a vobis debui cõmẽdari.
Nichil enim minus feci ab hijs qui ſũt ſupra
modũ apli. Tam et ſi nichil ſum: ſigna tamẽ
apoſtolatus mei facta ſũt ſup vos ĩ omĩ paciẽtia
ſignis et ꝓdigijs et virtutibꝫ. Quid ẽ enĩ quod
minus habuiſtis ꝑ ceteris eccleſijs: niſi ꝙ ego ipſe
nõ grauaui vos? Donate michi hanc iniuriã.
Ecce tercio hoc paratus ſũ venire ad vos: et nõ
ero grauis vobis. Nõ enĩ quero q̃ veſtra ſũt: ſed
vos. Nec enĩ debẽt filij parẽtibꝫ theſaurizare: ſꝫ
parẽtes filijs. Ego autẽ libẽtiſſime impẽdam et
ſuꝑimpẽdar ipſe ꝓ aĩabꝫ vr̃is: licet plus vos dili:
gens minus diligar. Sed eſto. Ego vos nõ gra:
uaui: ſꝫ cũ eſſẽ aſtutus dolo vos cepi. Nũquid
per aliquẽ eoꝝ quos miſi ad vos circũueni vos?
Rogaui titũ: et miſi cũ illo fratrẽ. Nũquid
titus vos circũuenit? Nõne eodẽ ſpiritu ambu
lauimus? Nõne eiſdẽ veſtigijs? Olim putatis
ꝙ excuſemus nos apud vos? Corã deo ĩ criſto lo:
quimꝰ. Omnia enĩ kariſſimi ꝓpter edificationẽ
veſtrã. Timeo enĩ ne forte cũ venero. nõ quales
volo inueniã vos: et ego inueniar a vobis qua:
lẽ nõ vultis: ne forte cõtencões emulacões aiõſi:
tates diſſẽſiones detraccões ſuſurracões inflacões
ſedicões ſint inter vos. Ne iteꝝ cũ venero humi
liet me deus apud vos: et lugeã multos ex hijs q̃
ante peccauerũt et nõ egerunt penitentiã ſuper
immũdicia et fornicatione et impudicicia quã
Ecce tercio hoc · XIII · gesserũt.
venio ad vos. In ore duoꝝ uel triũ teſ:
tiũ ſtabit omẽ verbũ. Predixi enĩ et ꝑdico ut
ꝑſens vobis et nũc abſẽs hijs q̃ ante peccauerũt
et ceteris omĩbꝫ: quĩ ſi venero iteꝝ nõ parcam.
An experimentũ queritis eius qui ĩ me loquit̃
criſtus? Qui ĩ vobis nõ infirmat̃ ſed potẽs eſt
in vobis. Nã et ſi crucifixus ẽ ex infirmitate:
ſed viuit ex virtute dei. Nã et nos infirmi ſu:
mus ĩ illo: ſed viuimus cũ eo ex virtute dei ĩ vo:
bis. Voſmetipſos tẽptate: ſi eſtis ĩ fide ipſi vos
ꝓbate. An non cognoſcitis voſmetipſos: quia
criſtus ihꝰs ĩ vobis ẽ? Niſi forte reprobi eſtis.
Spero autẽ quod cognoſcetis: q̃a nos nõ ſumus
reprobi. Oramus autẽ deũ ut nichil mali faci:
atis nõ ut nos ꝓbati appareamus ſed ut vos qd̾
bonũ eſt faciatis. Nos autẽ ut reprobi ſumus.
Nõ enĩ poſſumus aliquid aduerſus veritatẽ:
ſed ꝓ veritate. Gaudemus enĩ quĩ nos infirmi
ſumus: vos autẽ potẽtes eſtis. Hoc et oramus:
veſtrã conſũmationẽ. Ideo hec abſẽs ſcribo: ut
nõ preſens durius agã ſcd̾m poteſtatẽ quã dñs
dedit michi ĩ edificationẽ et nõ in deſtruccõeꝫ.
De cetero fratres gaudete: ꝑfecti eſtote: exhorta:
mini. idipſũ ſapite. Pacẽ habete: et deus pacis
et dileccõis erit vobiſcũ. Salutate inuicẽ ĩ oſculo
ſãcto. Salutãt vos omẽs ſancti. Gratia dñi nr̃i
ihũ xp̃i. et caritas dei. et cõmunicatio ſãcti ſpiri
tus ſit cũ omĩbꝫ vobis amẽ.

Incipit prologus in eplã ad Galathas.

Galathe ſũt greci. Hij verbum ve:
ritatis primum ab apoſtolo acce:
perũt: ſed poſt diſceſſũ eius tẽptati
ſũt a falſis apoſtolis: ut in legẽ et
circũciſionẽ ne verterẽt̃. Hos apl's
reuocat ad fidem veritatis: ſcribẽs eis ab ephesó.

Incipit eplã btĩ pauli apli ad Galathas.

Petro autē cogitante de viſione: dixit ſpiritus
ei. Ecce viri tres querūt te. Surge itaq; et deſcē=
de: et vade cū eis nichil dubitās: quia ego miſi
illos. Deſcendēs aūt petrus ad viros dixit. Ecce
ego ſum quē queritis. Que cauſa ē ꝓpter quā
veniſtis? Qui dixerūt. Cornelius centurio vir
iuſtus et timēs deū et teſtimoniū habens ab vni=
uerſa gēte iudeoꝝ: reſponſum accepit ab angelo
ſancto accerſiri te in domū ſuā: et audire verba
abs te. Introducens ergo eos recepit hoſpitio.
Sequēti autē die ſurgens: ꝓfectus eſt cū illis. et
quidam ex fratribꝫ ab ioppe comitati ſūt cū eo.
Altera aūt die introiuit ceſareā: cornelius vero
exſpectabat illos: cōuocatis cognatis ſuis et ne=
ceſſarijs amicis. Et factū ē cū introiſſet petrus.
obuius venit ei cornelius: et ꝓcidēs ad pedes eius
adorauit. Petrus vero eleuauit eū dicēs. Sur=
ge: et ego ipe homo ſū. Et loquēs cū illo intra=
uit: et inuenit multos qui cōuenerāt: dixitq; ad
illos. Vos ſcitis quomō abominatū ſit viro iu=
deo coniungi aut accedere ad alienigenam. Sed
michi oſtēdit deus neminē cōmunē aut inmū=
dū dicere hoīem: ꝓpter qđ ſine dubitatione veni
accerſitus. Interrogo ergo: quā ob cauſā accer=
ſiſti me? Et cornelius ait. A nudiuſquartana
die uſq; ad hāc horā orans erā hora nona ī domo
mea: et ecce vir ſtetit ante me ī veſte cādida: et
ait. Corneli exaudita ē oratio tua: et elemoſine
tue cōmemorate ſūt in cōſpectu dei: mitte ergo
ī ioppen et accerſi ſymonē qui cognoīat̄ petrus:
hic hoſpitat̄ ī domo ſymonis coriarij iuxta ma=
re. Cōfeſtim ergo miſi ad te: et tu benefeciſti ve=
niēdo. Nūc ergo oēs nos ī cōſpectu tuo aſſu=
mus: audire oīa quecūq; tibi p̄cepta ſūt a dn̄o.
Aperiēs autē petrus os ſuū dixit. In veritate
comperi quia nō eſt ꝑſonaꝝ acceptor deus: ſed in
oīni gente q̄ timet eū et operat̄ iuſticiā: acceptus
eſt illi. Verbū miſit deus filijs iſrl'. annūcians
pacē ꝑ ihm xp̄m: hic ē oīm dn̄s. Vos ſcitis quod
factū eſt verbū ꝑ vniuerſā iudeā. Incipiēs enī
a galilea poſt baptiſmū quod p̄dicauit iohānes
ihm a nazareth quomō vnxit eum deus ſpiritu
ſācto et virtute: q̄ pertrāſijt benefaciēdo et ſanādo
oēs oppreſſos a dyabolo: qm̄ deus erat cū illo.
Et nos teſtes ſumus oīm q̄ fecit ī regione iudeoꝝ
et ihrl'm: quē occiderūt ſuſpendētes ī ligno. Hūc
deus ſuſcitauit tercia die ⁊ dedit eū manifeſtū
fieri. nō oīni ꝑplo ſed teſtibꝫ preordinatis a deo:
nobis qui mādūcauimus et bibimus cum illo
poſtq̄ reſurrexit a mortuis. Et precepit nobis
p̄dicare ꝑplo et teſtificari: q̄a ipe ē qui cōſtitutus
eſt a deo iudex viuoꝝ et mortuoꝝ. Huic oēs ꝓ=
phete teſtimoniū perhibēt remiſſionē peccatoꝝ
accipere per nomē eius: oēs qui credūt in eū.
Adhuc loquēte petro verba hec: cecidit ſpiritus
ſāctus ſuꝑ oēs qui audiebāt verbū. Et obſtu=
puerūt ex circūciſione fideles q̄ venerāt cū petro:
quia et ī nacōes gratia ſpiritus ſācti effuſa eſt.
Audiebāt enī illos loquētes liguis: et magni=
ficantes deū. Tūc reſpondit petrus. Nūquid
aquā quis ꝓhibere poteſt ut nō baptizent̄ hij qui
ſpiritū ſanctū acceperūt ſicut ⁊ nos? Et iuſſit
eos baptizari ī noīe dn̄i ihu xp̄i. Tūc rogaue=
runt eū: ut maneret apud eos aliquot diebus.
Audierūt autē apl'i et fratres qui XI
erāt ī iudea: qm̄ et gētes receperūt verbū
dei. Cū autē aſcēdiſſet petrus iheroſolimā: diſ=
ceptabāt aduerſus illū qui erāt ex circumciſione
dicētes. Quare introiſti ad viros ꝑpuciū habē=
tes: et mādūcaſti cū illis? Incipiēs aūt petrus:
exponebat illis ordinē dicēs. Ego erā in ciuitate
ioppe orās. et vidi ī exceſſu mētis mee viſionē:
deſcendēs vas quoddam velut lintheum magnū
quatuor initijs ſūmitti de celo: ⁊ venit uſq; ad
me. In qđ intuēs cōſiderabā: ⁊ vidi quadru=
pedia terre et beſtias et reptilia et volatilia celi.
Audiui autē et vocē dicentē michi. Surge pe=
tre occide et mādūca. Dixi autem. Nequaq̄
dn̄e: quia cōmune aut inmūdū nūq̄ introiuit
ī os meū. Reſpōdit aūt vox ſcđo de celo. Que
deus mūdauit: tu ne cōmune dixeris. Hoc autē
factū eſt ꝑ ter: et recepta ſūt oīa rurſū ī celū.
Et ecce viri tres cōfeſtim aſtiterūt ī domo ī qua
erā: miſſi a ceſarea ad me. Dixit autē ſpiritus
michi: ut irē cū illis nichil heſitās. Venerunt
autē mecū et ſex fratres iſti: et ingreſſi ſumus ī
domū viri. Narrauit aūt nobis quomō vidiſ=
ſet angelum ī domo ſua ſtantē: et dicentē ſibi.
Mitte in ioppen et accerſi ſymonē qui cognoīat̄
petrus: qui loquet̄ tibi verba ī quibꝫ ſaluus eris
tu et vniuerſa domus tua. Cum autē cepiſſem
loqui cecidit ſpiritus ſanctus ſuper eos: ſicut et

et magiſtratus ſcīſſis tunicis eorū iuſſerunt eos
virgis cedi. Et cū multas plagas eis impoſuiſſēt
miſerūt eos ī carcerē: pcipiētes cuſtodi ut diligē:
ter cuſtodiret eos. Qui cū tale pceptū accepiſſet
miſit eos ī interiorē carcerē: et pedes eoꝝ ſtrinxit
ligno. Media autē nocte paulus et ſylas ado:
rātes laudabāt deū: et audiebāt eos q̄ ī cuſtodia
erant. Subito vero terre motus factus eſt mag:
nus: ita ut mouerentur fūdamēta carceris. Et
ſtatim aperta ſūt oīa oſtia: et uniuerſoꝝ uīcl'a
ſoluta ſūt. Expergefactus autē cuſtos carceris
et vidēs ianuas aptas carceris euaginato gladio
volebat ſe interficere: eſtimans fugiſſe vinctos.
Clamauit autem paulus voce magna dicens.
Nichil feceris tibi mali. Uniuerſi enī hic ſu:
mus. Petitoqꝫ lumine introgreſſus ē: et treme:
factus pcidit paulo et ſyle ad pedes: et pducens
eos foras ait. Dn̄i: q̄d me oportet facere ut ſal:
uus fiam? At illi dixerūt. Crede ī dn̄m ih̄m:
et ſaluus eris tu et domus tua. Et locuti ſūt ei
verbū dn̄i: cū oīb; qui erāt in domo eius. Et
tollēs eos in illa hora noctis lauit plagas eoꝝ: et
baptizatus eſt ipſe et oīs domus eius cōtinuo.
Cūqꝫ pduxiſſet eos ī domū ſuā appoſuit eis mē:
ſā: et letatus eſt cū oīi domo ſua credēs deo. Et
cū dies factus eſſet: miſerūt magiſtratus lictores
dicētes. Dimitte hoīes illos. Nūciauit autem
cuſtos carceris verba hec paulo: quia miſerunt
magiſtratus ut dimittamini. Nūc igit̄ exeū:
tes ite ī pace. Paulus autem dixit eis. Ceſos
nos publice indēnatos hoīes romanos miſerūt
in carcerē: et nūc occulte nos eiciūt? Nō ita: ſed
veniāt et ipi nos eiciāt. Nūciauerūt aūt ma:
giſtratib; lictores vba hec. Timuerūtqꝫ audito
q romani eſſent: et veniētes deprecati ſūt eos: et
educētes rogabāt ut egrederent̄ de vrbe. Exeūtes
autē de carcere: introierūt ad lidiā: et viſis frīb;
cōſolati ſūt eos: et pfecti ſūt. XVII

Cum autē pambulaſſent amphipolim et
appoloniā venerūt theſſalonicā: vbi erat
ſynagoga iudeoꝝ. Scdm̄ cōſuetudinē aūt pau:
lus introiuit ad eos: et p ſabbata tria diſſerebat
eis de ſcripturis adaperiēs et inſinuās quia xp̄m
oportuit pati et reſurgere a mortuis: et quia hic
eſt ih̄us xp̄us quē ego annūcio vobis. Et quidā
ex eis crediderūt: et adiūcti ſūt paulo et ſyle et de
colētib; gētilib; multitudo magna: et mulieres
nobiles nō pauce. Zelātes aūt iudei aſſumētes qꝫ
de vulgo viros quoſdam malos & turba facta
cōcitauerūt ciuitatē: et aſſiſtētes domui iaſonis
querebāt eos pducere in pplm̄. Et cū nō inue:
niſſēt eos: trahebāt iaſonem et quoſdā fratres ad
principes ciuitatis clamātes: quī hij qui vrbem
concitant et huc venerūt quos ſuſcepit iaſon: et
hij oēs cōtra decreta ceſaris faciūt regē aliū di:
cētes eſſe ih̄m. Cōcitauerūt aūt plebē et prīcipes
ciuitatis audiētes hec: et accepta ſatiſfaccōe a ia:
ſone et a ceteris dimiſerūt eos. Fratres vero cō:
feſtim p noctē dimiſerūt paulū et ſylā ī beroā.
Qui cū veniſſēt: in ſynagogā iudeoꝝ introie:
rūt. Hij aūt erāt nobiliores eoꝝ qui ſūt theſſalo:
nice: qui ſuſceperūt verbum cū oīi auiditate:
quotidie ſcrutantes ſcripturas ſi hec ita ſe habe:
rent. Et mlt̄i quidē crediderūt ex eis: et mulieꝝ
gētiliū honeſtaꝝ: et viri nō pauci. Cū autē cog:
nouiſſēt ī theſſalonica iudei q̄a et beroe pdicatū
ē a paulo verbū dei: venerūt et illuc cōmouētes
et turbātes multitudinē. Statimqꝫ tunc paulū
dimiſerūt fratres: ut iret uſqꝫ ad mare. Sylas
aūt et thimotheus remanſerūt ibi. Qui autē
deducebāt paulū pduxerūt eū uſqꝫ ad athenas:
et accepto mandato ab eo ad ſylam et thimotheū
ut q̄ꝫ celeriter venirēt ad illū: pfecti ſūt. Pau:
lus autē cū athenis eos expectaret incitabat̄ ſpi:
ritus eius ī ipo: vidēs ydolatrie deditā ciuitatē.
Diſputabat igit̄ in ſynagoga cū iudeis et colē:
tib; et in foro p oēs dies ad eos qui audierāt.
Quidā aūt epicurei et ſtoici philoſophi diſſe:
rebāt cū eo: et quidā dicebāt. Quid vult ſemi:
niuerbius hic dicere? Alij vero: nouoꝝ demo:
nioꝝ videt̄ annūciator eſſe: q̄a ih̄m et reſurreccō:
nē annūciabat eis. Et apprehenſū eū ad ario pa:
gū duxerūt dicētes. Poſſumus ſcire que ē hec
noua que a te dicit̄ doctrina? Noua enī quedā
infers auribꝫ nr̄is. Volumus ergo ſcire quidnā
velint hec eſſe. Athenienſes aūt oēs et aduene
hoſpites ad nichil aliud vacabāt: niſi aut dicere
aut audire aliquid noui. Stans aūt paulus in
medio ariopagi ait. Uiri athenienſes p oīa
quaſi ſuperſtitioſos vos video. Preteriēs enī et
vidēs ſimulacra veſtra: inueni et aram in qua
ſcriptū erat. Ignoto deo. Quod ergo ignorātes
colitis: hoc ego annuncio vobis. Deus qui fecit
mundū et oīa que in eo ſūt: hic celi et terre cū
ſit deus: nō manufactis templis inhabitat: nec
manib; humanis colit̄ indigens aliquo: cū ipe
det oīb; vitā et inſpirationē et oīa: fecitqꝫ ex
vno omne genus hominum: inhabitare ſuper

vniuersam faciem terre: diffiniens statuta tēpora
et terminos habitacōis eoꝝ · querere deū · si forte
attrectēt eū aut inueniāt: quāuis nō lōge sit ab
vnoquoq; nrm̄. In ipo enī viuimus et mouemꝰ et
sumus: sicut et quidā vroꝝ poetaꝝ dixerūt. Ip-
sius enī et genus sumus. Genus ergo cū sumus
dei: nō debemus estimare auro et argēto aut la-
pidi: sculpture artis et cogitacōnis hoīs diuinū
esse simile. Et tēpora quidē huius ignorātie des-
piciēs deus · nūc anūciat hoībꝫ ut omnes vbiq;
penitentiā agāt: eo q statuit diē in quo iudica-
turus ē orbē in equitate ī viro ī quo statuit · fidē
prebēs oībꝫ: suscitās eū a mortuis. Cū audissēt
autē resurrectionē mortuoꝝ quidā quidē irride-
bant: quidā vero dixerūt. Audiemus te de hoc
iteꝝ. Sic paulus exiuit de medio eoꝝ. Quidā
vero viri adherētes ei crediderūt: in quibꝫ et dio-
nisius ariopagita et mulier nomine damaris:
et alij cum eis. XVIII

Post hec egressus ab athenis venit corinthū:
et inueniēs quendā iudeū noīe aquilam
ponticū genere qui nuper venerat ab ytalia &
priscillā vxorē eius eo q pcepisset claudius disce-
dere oēs iudeos a roma accessit ad eos: et quia
eiusdē erat artis manebat apud eos et operabat̄.
Erant autē scenofactorie artis. Et disputabat
in synagoga p omne sabbatū interponēs nomē
dnī ihū suadebatq; iudeis et grecis. Cū venissēt
aūt de macedonia sylas et thimotheus: instabat
verbo paulus testificans iudeis esse xpm̄ ihm̄.
Cōtradicētibꝫ aūt eis et blasphemātibꝫ: excutiēs
vestimēta sua dixit ad eos. Sāguis vester super
caput vestrū. Mūdus ego ex hoc ad gētes vadā.
Et migrās inde · intrauit ī domū cuiusdā noīe
tyti iusti colētis deū: cuius domus erat cōiuncta
synagoge. Crispus autē archisynagogus credi-
dit dn̄o cū oī domo sua: et multi corinthiorum
audiētes credebāt et baptizabantur. Dixit autē
dn̄s nocte per visionē paulo. Noli timere: sed
loquere & ne taceas. Propter qd ego sū tecū:
et nemo apponet̄ tibi ut noceat te: qm̄ ꝑplus est
michi multus in hac ciuitate. Sedit autem ibi
annū et sex menses: docens apud eos verbū dei.
Gallione aūt pconsule achaie insurrexerūt vno
aīo iudei ī paulū: et adduxerūt eū ad tribunal
dicētes: quia cōtra legē hic psuadet hoībꝫ colere
deū. Incipiēte autē paulo aperire os: dixit gal-
lio ad iudeos. Si quidē esset iniquū aliquid aut
facinus pessimū o viri iudei recte vos sustinerē:
si vero questiones sūt de verbo et nominibꝫ legis
vre: vos ipi videritis. Iudex ego hoꝝ nolo esse.
Et eminauit eos a tribunali. Apprehēdentes
autē oēs sosthenen principē synagoge pcutiē-
bāt eū ante tribunal: et nichil eoꝝ gallioni cure
erat. Paulus vero cū adhuc sustinuisset dies
multos: fratribꝫ valefaciēs nauigauit siriā et cū
eo priscilla et aquila: qui sibi totonderat ī cēchris
caput. Habebat enī votū. Deuenitq; ephesū: et
illos ibi reliquit. Ipe vero ingressus synagogā
disputabat cum iudeis. Rogātibꝫ autē eis ut
ampliori tēpore maneret nō cōsensit: sed valefa-
ciēs et dicēs iteꝝ reuertar ad vos deo volēte: pro-
fectus ē ab epheso. Et descendēs cesareā ascēdit et
salutauit ecclesiā: et descēdit antiochiā. Et fac-
to ibi aliquāto tēpore pfectus ē · perambulās ex
ordine galatiā regionē et frigiā: cōfirmās oēs
discipulos. Iudeus aūt quidā appollo nomine
alexandrinus nacōe vir eloquēs deuenit ephesū:
potens in scripturis. Hic erat edoctus viā dn̄i: et
feruēs spiritu loquebat̄ et docebat diligēter ea q
sūt ihū: sciēs tantū baptisma iohānis. Hic ergo
cepit fiducialiter agere ī synagoga. Quem cū
audissēt priscilla et aquila assūpserūt eū: et dili-
gētius exposuerūt ei viā dn̄i. Cū autē vellet ire
achaiam: exhortati fratres scripserunt discipulis
ut susciperēt eū. Qui cū venisset: cōtulit mul-
tum hijs qui crediderūt. Vehemēter enī iudeos
reuincebat: publice ostendēs per scripturas esse
xpm̄ ihm̄. XIX

Factū est autē cū appollo esset corinthi: ut paulus pera-
gratis superioribꝫ partibꝫ veniret ephesū: et inue-
niret quosdā discipulos. Dixitq; ad eos. Si spi-
ritū sanctū accepistis credentes? At illi dixerūt
ad eū. Sed neq; si spiritus sāctus ē audiuimus.
Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui
dixerūt. In iohannis baptismate. Dixit autē
paulus. Iohānes baptizauit baptismo penitētie
populū dicēs ī eo qui venturus esset post ipm̄ ut
crederēt: hoc est in ihm̄. Hijs auditis: baptizati
sūt ī noīe dn̄i ihū. Et cū imposuisset illis ma-
nus paulus: venit spiritus sāctus sup eos et loq-
bant̄ linguis: et pphetabāt. Erāt autē oēs fere
viri duodecim. Introgressus autē synagogā cū
fiducia loquebat̄ p tres mēses: disputās et suadēs
de regno dei. Cū autē quidā indurarent̄ et non
crederēt maledicētes viā dn̄i corā multitudine:
discedēs ab eis segregauit discipulos: quotidie dis-
putās ī scola tyrāni cuiusdā. Hoc autē factū est

per biennium: ita ut qui habitabãt in aſia au-
dirẽt verbũ dñi iudei atqꝫ gẽtiles. Virtuteſqꝫ nõ
quaſlibet faciebat deus ꝑ manũ pauli: ita ut etiã
ſup lãguidos deferrentᷣ a corpore eius ſudaria et
ſemicincia et recedebãt ab eis lãguores: et ſpiri-
tus neqꝫ egrediebantᷣ. Temptauerũt aũt quidã
et de circũeuntibꝫ iudeis exorciſtis inuocare ſuper
eos qui habebãt ſpiritus malos nomẽ dñi iħu
xp̄i dicẽtes. Adiuro vos per iħm quem paulus
p̄dicat. Erãt autẽ cuiuſdã ſ[c]eue iudei principis
ſacerdotũ ſeptẽ filij: qui hoc faciebãt. Reſpõdẽs
aũt ſpiritus neqꝫ dixit eis. Iheſũ noui: et pau-
lũ ſcio. Vos autẽ qui eſtis? Et inſiliẽs homo in
eos ĩ quo erat demoniũ peſſimũ et dñatus am-
boꝝ. inualuit cõtra eos ita ut nudi et vulnerati
effugerẽt de domo illa. Hoc autẽ notũ factũ eſt
oĩbꝫ iudeis atqꝫ gẽtilibꝫ qui habitabãt epheſi:
et cecidit timor ſup oĩes illos: et magnificabatᷣ
nomẽ dñi iħu. Multiqꝫ credentiũ veniebãt con-
fitẽtes et annũciantes actus ſuos. Multi aũt ex
eis qui fuerant curioſa ſectati cõtulerũt libros et
cõbuſſerũt oĩes corã oĩbꝫ: et cõputatis p̄cijs
illoꝝ inuenerũt pecuniã denarioꝝ quĩquaginta
milium. Ita fortiter creſcebat verbũ dei et confir-
mabatᷣ. Hijs autẽ expletis ꝓpoſuit paulus ĩ ſpi-
ritu tranſita macedonia et achaia ire iheroſoli-
mã dicẽs: quĩ poſtq̃ fuero ibi: oportet me et ro-
mã videre. Mittẽs autẽ in macedoniã duos ex
miniſtrãtibꝫ ſibi thimotheũ et eraſtũ: ip̄e remã-
ſit ad tempus ĩ aſia. Facta ẽ autẽ illo tempore
turbatio nõ minima de via dñi. Demetrius enĩ
quidã noĩe argẽtarius faciẽs edes argẽteas dya-
ne p̄ſtabat artificibꝫ nõ modicũ queſtũ: quos
cõuocãs et eos qui eiuſmodi erãt opifices dixit.
Viri ſcitis q̃a de hoc artificio ẽ nobis acquiſitio:
et videtis et auditis quia nõ ſolũ epheſi ſed pene
totius aſie paulus hic ſuadẽs auertit multã tur-
bã dicẽs: quĩ nõ ſũt dij q̃ manibꝫ fiũt. Nõ ſolũ
autẽ hec periclitabitᷣ nobis pars ĩ redargutionẽ
venire: ſed et magne dyane templũ in nichilũ
reputabitᷣ: et deſtrui incipiet maieſtas eius quã
tota et orbis aſia colit. Hijs auditis repleti ſũt
ira: et exclamauerũt dicentes. Magna dyana
epheſioꝝ. Et impleta ẽ ciuitas cõfuſione: et im-
petũ fecerũt vno animo ĩ theatrũ rapto gaio et
ariſtarcho macedonibꝫ comitibꝫ pauli. Paulo
aũt volẽte intrare ĩ ꝓplm nõ ꝑmiſerũt diſcipli.
Quidã aũt et de aſie principibꝫ qui erãt amici
eius miſerũt ad eũ: rogãtes ne ſe daret ĩ theatꝝ.

Alij autẽ aliud clamabãt. Erat enĩ eccleſia cõ-
fuſa: et plures neſciebãt qua ex cauſa cõueniſ-
ſent. De turba autẽ detraxerũt alexãdrũ: ꝓpel-
lẽtibꝫ eũ iudeis. Alexander autẽ manu ſilentio
poſtulato: volebat rationẽ reddere ꝓplo. Quẽ
ut cognouerũt iudeũ eſſe: vox facta ẽ vna oĩm
quaſi ꝑ horas duas clamantiũ. Magna dyana
epheſioꝝ. Et cũ ſedaſſet ſcriba turbas dixit. Vi-
ri epheſij: quis enim eſt hoĩm q̃ neſciat epheſioꝝ
ciuitatẽ cultricẽ eſſe magne dyane iouiſqꝫ ꝓlis?
Cũ ergo hijs cõtradici nõ poſſit oportet vos ſe-
datos eſſe: et nichil temere agere. Adduxiſtis
enĩ hoĩes iſtos neqꝫ ſacrilegos neqꝫ blaſphemãtes
deã vr̃am. Q̃ ſi demetrius et q̃ cũ eo ſũt artifices
habẽt aduerſus aliquẽ cauſã: conuẽtus forenſes
aguntᷣ et ꝓconſules ſũt: accuſẽt inuicẽ. Si quid
autẽ alterius rei queritis: ĩ legitima eccleſia po-
terit abſolui. Nã et periclitamurᷣ argui ſedicõis
hodierne: cũ nullus obnoxius ſit de quo poſſi-
mus reddere rationem concurſus iſtius. Et cũ
hec dixiſſet dimiſit eccleſiam. XX.

Poſtq̃ autem ceſſauit tumultus: vocatis
paulus diſcipulis et exhortatus eos vale-
dixit: et ꝓfectus ẽ ut iret ĩ macedoniã. Cũ aũt
ꝑambulaſſet partes illas et exhortatus eos fuiſſet
multo ſermone venit ad greciam: vbi cũ feciſſet
mẽſes tres facte ſũt illi inſidie a iudeis nauiga-
turo in ſyriã: habuitqꝫ cõſiliũ ut reuerteretᷣ per
macedoniã comitatus ẽ autẽ eũ ſoſipater pirri
beroẽſis: theſſalonicenſiũ vero ariſtarchus et ſcõs
et gaius derbeus et thimotheus: aſiã vero tichi-
cus et trophimus. Hij cũ p̄ceſſiſſent ſuſtinuerũt
nos troade: nos vero nauigauimus poſt dies
azimoꝝ a philippis et venimus ad eos troadẽ in
diebꝫ quinqꝫ: vbi demorati ſumus diebus ſeptẽ.
Vna autẽ ſabbati cũ veniſſemus ad frãgendũ
panẽ paulus diſputabat cũ eis ꝓfecturus ĩ craſ-
tinũ: protraxitqꝫ ſermonẽ uſqꝫ ĩ mediã noctẽ.
Erãt autẽ lampades copioſe ĩ cenaculo: vbi era-
mus cõgregati. Sedẽs autẽ quidã adoleſcẽs noĩe
euthicus ſup feneſtrã: cũ mergeretᷣ ſomno gra-
ui diſputãte diu paulo ductus ſomno cecidit de
tercio cenaculo deorſũ: et ſublatus ẽ mortuus.
Ad quẽ cũ deſcẽdiſſet paulus incubuit ſup eũ:
et cõplexus dixit. Nolite turbari. Anima enĩ
ip̄ius ĩ ip̄o eſt. Aſcendẽs autẽ frãgenſqꝫ panẽ et
guſtãs: ſatiſqꝫ allocutus ẽ uſqꝫ ĩ lucẽ: et ſic ꝓfec-
tus ẽ. Adduxerũt aũt pueꝝ viuentẽ: et cõſola-
ti ſunt non minime. Nos autem aſcendentes

navigauimus in aſſon: inde ſuſcepturi paulũ.
Sic enĩ diſpoſuerat: ipſe p t̃rã iter facturus. Cũ
autẽ cõueniſſemus ĩ aſſon: aſſũpto eo venimus
mitilenẽ. Et inde nauigãtes ſequenti die veni-
mus cõtra chiũ: et alia die applicuimus ſamũ:
et ſequenti die venimus miletũ. Propoſuerat
enĩ paulus trãſnauigare epheſũ: ne qua mora
illi fieret in aſia. Feſtinabat enĩ ſi poſſibile ſibi
eſſet: ut diem penthecoſten faceret iheroſolimis.
A mileto autẽ mittẽs epheſũ vocauit maiores
natu eccleſie: qui cũ veniſſẽt ad eũ et ſimul eſſẽt:
dixit eis. Vos ſcitis a prima die qua ingreſſus
ſũ in aſiã qualiter vobiſcũ p om̃e tẽpus fuerim
ſeruiẽs dño cũ om̃i humilitate et lacrimis et tẽp-
tacõibꝫ que michi acciderũt ex inſidijs iudeoꝝ:
quomõ nichil ſubtraxerim vobis vtiliũ· quoni-
mus annũciarẽ vobis et docerẽ vos publice et per
domos: teſtificãs iudeis atqꝫ gẽtilibꝫ ĩ deũ peni-
tentiã et fidẽ ĩ dñm nr̃m iħm xp̄m. Et nũc ecce
alligatus ego ſpiritu vado ĩ ihrl̃m: q̃ ĩ ea ventura
ſint michi ignorãs: niſi qꝫ ſpiritus ſãctus p om̃s
ciuitates michi ꝓteſtat̃ dicẽs: qm̃ vincula et tri-
bulationes iheroſolimis me manẽt. Sed nichil
horũ vereor: nec facio aĩaꝫ meã p̃cioſiorẽ q̃ꝫ me:
dũmodo cõſũmem curſum meũ et miniſteriũ
verbi quod accepi a dño iħu teſtificari euãgeliũ
gratie dei. Et nũc ecce ego ſcio quia amplius nõ
videbitis faciẽ meã: vos omnes p quos trãſiui
predicans regnũ dei. Quapropter cõteſtor vos
hodierna die: quia mũdus ſũ a ſanguine om̃i.
Nõ enĩ ſubterfugi quominus annũciarẽ om̃e
conſiliũ dei vobis. Attendite vobis et vniuerſo
gregi: ĩ quo vos ſpiritus ſãctus poſuit epiſcopos
regere eccleſiã dei: quã acquiſiuit ſãguine ſuo.
Ego ſcio qm̃ intrabũt poſt diſceſſionẽ meã lupi
rapaces in vos: nõ parcẽtes gregi. Et ex vobis
ipſis exſurgẽt viri loquẽtes pruerſa: ut abducãt
diſcipulos poſt ſe. Propter quod vigilate me-
moria retinentes: qm̃ p trienniũ nocte et die nõ
ceſſaui cũ lacrimis monens vnũquenqꝫ veſtrũ.
Et nũc cõmendo vos deo et verbo gratie ipſius:
qui potẽs ẽ edificare et dare hereditatẽ in ſãctifi-
catis oĩbꝫ. Argentũ et aurũ aut veſtẽ nullius
cõcupiui ſicut ipi ſcitis: qm̃ ad ea q̃ michi opus
erãt et hijs qui mecũ ſũt miniſtrauerũt manus
iſte. Om̃ia oſtẽdi vobis: qm̃ ſic laborãtes opor-
tet ſuſcipere infirmos · ac meminiſſe verbi dñi
iħu: quoniã ipe dixit. Beatius ẽ magis dare q̃ꝫ
accipere. Et cum hec dixiſſet: poſitis genibꝫ ſuis
orauit cũ omnibꝫ illis. Magnus autem fletus
factus ẽ omniũ: et pcumbẽtes ſuper collũ pauli
oſculabant̃ eũ: dolentes maxime in verbo quod
dixerat quoniã amplius faciẽ eius nõ eſſẽt viſu-
ri. Et deducebãt eum ad nauẽ. XXI.

Cum autẽ factum eſſet ut nauigaremus
abſtracti ab eis: recto curſu venimus cho-
um· et ſequenti die rodũ: et inde patherã: Et cũ
inueniſſemus nauem trãſfretantẽ in phenicẽ:
aſcendentes nauigauimus. Cũ apparuiſſemus
autẽ cypro relinquẽtes eã ad ſiniſtrã nauigaui-
mus ĩ ſiriam: et venimus tyrũ. Ibi enĩ nauis
expoſitura erat onus. Inuentis autẽ diſcipulis
mãſimus ibi diebꝫ ſeptẽ. Qui paulo dicebãt p
ſpiritũ: ne aſcẽderet iheroſolimam. Et expletis
diebꝫ pfecti ibamus· deducẽtibꝫ nos omnibꝫ cũ
vxoribꝫ et filijs uſqꝫ foras ciuitatẽ: et poſitis ge-
nibꝫ in littore orauimus. Et cũ valefeciſſemus
inuicẽ aſcẽdimus nauẽ: illi aũt redierũt ĩ ſua.
Nos vero nauigacõne explicita a tyro deſcẽdi-
mus ptolomaidã: et ſalutatis frĩbus mãſimus
die vna apud illos. Alia autẽ die pfecti veni-
mus ceſareã. Et intrãtes ĩ domũ philippi euã-
geliſte q̃ erat vnus de ſeptẽ: mãſimus apud eũ.
Huic aũt erãt quatuor filie virgines ꝓphetãtes.
Et cũ moraremur p dies aliquot: ſupuenit quidã
vir a iudea ꝓpheta noĩe agabus. Is cũ veniſſet
ad nos tulit zonã pauli: et alligans ſibi pedes et
manus dixit. Hec dicit ſpiritus ſanctus. Virũ
cuius ẽ zona hec ſic alligabũt in ihrl̃m iudei: et
tradẽt ĩ manus gentiũ. Quod cũ audiſſemus
rogabamus nos· et q̃ loci illius erãt: ne aſcẽderet
iheroſolimam. Tũc reſpõdit paulus et dixit.
Quid facitis flentes et affligẽtes cor meũ? Ego
aũt nõ ſolũ alligari: ſed et mori in ihrl̃m para-
tus ſũ ꝓpter nomẽ dñi iħu. Et cũ ei ſuadere nõ
poſſemus: quieuimus dicentes. Dñi voluntas
fiat. Poſt dies autẽ iſtos p̃parati aſcẽdebamus
ĩ ihrl̃m. Venerũt aũt quidã ex diſcipl'is a ceſa-
rea nobiſcũ: adducẽtes ſecũ apud quẽ hoſpita-
remur iaſonẽ quẽdam cypriũ antiquũ diſcipulũ.
Et cũ veniſſemus iheroſolimã: libẽter exceperũt
nos fratres. Sequẽti autẽ die introibat paulus
nobiſcũ ad iacobũ: om̃eſqꝫ collecti ſũt ſeniores.
Quos cũ ſalutaſſet: narrabat per ſingula que
deus feciſſet ĩ gẽtibꝫ p miniſteriũ illius. At illi
cũ audiſſent magnificabant deũ: dixerũtqꝫ ei.
Vides frater quot milia ſũt ĩ iudeis qui credide-
rũt: et omnes emulatores ſũt legis. Audierũt

nūt de te: quia diſceſſionem doceas a moyſe eoꝝ
qui ꝑ gētes ſūt iudeoꝝ· dicēs nō debere eos circū:
cidere filios ſuos: neqꝫ ſcḋm cōſuetudinē ingre:
di. Quid ergo ē? Utiqꝫ oportet cōuenire mul:
titudinē. Audiēt enī te ſuperueniſſe. Hoc ergo
fac quod tibi dicimus. Sūt nobis viri quatuor
votū habētes ſup ſe. Hijs aſſumptis ſanctifica te
cū illis: et impēde ī illis ut radāt capita: et ſciēt
oīes· q̄ q̄ de te audierūt falſa ſūt· ſed ambulās
et ipſe cuſtodiēs legē. De hijs aūt qui crediderūt
ex gētibꝫ nos ſcripſimus iudicātes: ut abſtineāt
ſe ab ydolis immolato et ſāguine et ſuffocato et
fornicacōne. Tūc paulus aſſūptis viris poſtera
die purificatus cū illis intrauit in templū: an:
nūciās expletionē dieꝝ purificacōis donec offer:
ret̄ ꝓ vnoqꝫ eoꝝ oblatio. Cū autē ſeptē dies con:
ſummarēt: hij qui de aſia erāt iudei cū vidiſſēt
eū in tēplo cōcitauerūt oēs ꝑplm: et iniecerūt
ei manus clamātes. Uiri iſrahelite adiuuate.
Hic eſt homo qui aduerſus ꝑplm et legē et locū
hūc omnes vbiqꝫ docēs: inſup et gētiles induxit
in tēplū: et violauit ſanctū locū iſtū. Uiderāt
enī trophimū epheſiū ī ciuitate cū ipo: quē eſti:
mauerūt qm̄ in templū introduxiſſet paulus.
Commotaqꝫ ē ciuitas tota: et facta ē concurſio
ꝑpli. Et apprehēdentes paulū trahebāt eū extra
templū: et ſtatim clauſe ſūt ianue. Querētibꝫ
autē eū occidere: nūciatū eſt tribuno cohortis·
q̄ tota cōfundit̄ ihrl'm. Qui ſtatim aſſūptis
militibꝫ et centurionibꝫ decurrit ad illos: qui cū
vidiſſēt tribunū et milites: ceſſauerūt percutere
paulū. Tūc accedens tribunus apprehēdit eū et
iuſſit eū alligari cathenis duabꝫ: et interroga:
bat quis eſſet: et quid feciſſet. Alij autem aliud
clamabāt ī turba. Et cū nō poſſet certū cognoſ:
cere pre tumultu: iuſſit duci eū in caſtra. Et cū
veniſſet ad gradus: cōtigit ut portaret̄ a militibꝫ
ꝓpter vim ꝑpli. Sequebat̄ enī multitudo ꝑpli cla:
mās· tolle eum. Et cū cepiſſet induci in caſtra
paulus: dicit tribuno. Si licet michi loqui aliqͥd
ad te? Qui dixit ei. Grece noſti? Nōne tu es
egiptius qui ante hos dies tumultū cōcitaſti: et
eduxiſti ī deſertū quatuor milia viroꝝ ſicarioꝝ?
Et dixit ad eū paulus. Ego homo ſū quidē iu:
deus a tharſo cilitie: non ignote ciuitatis muni:
ceps. Rogo autē te: ꝑmitte michi loqui ad po:
pulū. Et cū ille ꝑmiſiſſet: paulus ſtās ī gradi:
bꝫ annuit manu ad plebē: et magno ſilētio fac:
to allocutus ē lingua hebrea dicēs. XXII. Ca

Uiri fratres et patres: audite quā ad vos
nūc reddo rationē. Cū audiſſēt autē q̄a
hebrea lígua loquit̄ ad illos: magis preſtiterūt
ſilētium. Et dixit. Ego ſum vir iudeus natus
tharſo cilitie: nutritus autē in iſta ciuitate ſecus
pedes gamaliel· eruditus iuxta veritatē paterne
legis: emulator legis ſicut et vos omnes eſtis ho:
die: qui hanc viā ꝑſecutus ſū uſqꝫ ad mortem·
alligās et tradēs in cuſtodias viros ac mulieres·
ſicut princeps ſacerdotū michi teſtimoniū reddit
et oēs maiores natu: a quibꝫ et ep̄las accipiēs
ad fratres damaſcū ꝑgebā ut adducerē inde vinc:
tos ī ihrl'm ut punirent̄. Factū eſt aūt eūte me
et appropinquāte damaſco media die ſubito de
celo circūfulſit me lux copioſa: et decidēs ī terrā
audiui vocem dicentē michi. Saule ſaule: quid
me ꝑſequeris? Ego aūt reſpōdi. Quis es dñe?
Dixitqꝫ ad me. Ego ſū ihūs nazarenus: quē tu
ꝑſequeris. Et qui mecū erāt lumen quidē vide:
rūt: vocē autē nō audierūt eius qui loquebatur
mecū. Et dixi. Quid faciam dñe? Dñs autē
dixit ad me. Surgēs vade damaſcū: et ibi tibi
dicet̄ de oībꝫ q̄ te oporteat facere. Et cū nō viderē
pre claritate luminis illius ad manū deductus
a comitibꝫ· veni damaſcū. Ananias aūt quidā
vir ſcḋm legē teſtimoniū habēs ab oībꝫ coha:
bitātibꝫ iudeis: veniēs ad me et ſtans dixit mi:
chi. Saule frater reſpice. Et ego eadē hora reſpe:
xi ī eū. At ille dixit. Deus patrū nrōꝝ preor:
dinauit te ut cognoſceres volūtatē eius: ut vide:
res iuſtū et audires vocē ex ore eius: q̄a eris teſtis
illius ad omnes hoīes eoꝝ que vidiſti et audiſti.
Et nunc quid moraris? Exurge et baptizare: et
ablue peccata tua inuocato noīe ipius. Factū
eſt autē reuertēti michi ī ihrl'm et orāti ī tēplo:
fieri me ī ſtupore mētis: et videre illū dicentem
michi. Feſtina et exi velociter ex ihrl'm: qm̄
nō recipiēt teſtimoniū tuū de me. Et ego dixi.
Dñe: ipſi ſciūt quia ego erā cōcludēs ī carcerē:
et cedēs ꝑ ſynagogas eos qui credebāt ī te. Et cū
funderet̄ ſāguis ſtephani teſtis tui ego ſtabam et
cōſentiebā: et cuſtodiebā veſtimēta interficiētiū
illū. Et dixit ad me. Uade: qm̄ ego ī nacōnes
lōge mittā te. Audiebāt autē eum uſqꝫ ad hoc
verbū: et leuauerūt vocē ſuā dicentes. Tolle de
terra huiuſmodi. Nō enī fas ē eū viuere. Uo:
ciferātibꝫ autē eis et proiciētibꝫ veſtimēta ſua et
puluerē iactātibꝫ ī aerē: iuſſit tribunus induci
eum in caſtra et flagellis cedi et torqueri eum?

ut ſciret ꝓpter quam cauſam ſic acclamarēt ei.
Et cū aſtrixiſſet eū loris: dixit aſtāti ſibi cēturi-
oni paulus. Si hoīez romanū et indēnatū licet
vobis flagellare? Quo audito cēturio acceſſit
ad tribunū: et nūciauit ei dicēs. Quid acturus
es? Hic enī homo ciuis romanus ē. Accedēs aūt
tribunus dixit illi. Dic michi ſi tu romanus
es. At ille dixit. Etiā. Et reſpōdit tribunus.
Ego multa ſūma ciuitatem hanc cōſecutus ſū.
Et paulus ait. Ego autē et natus ſū. Proti-
nus ergo diſceſſerūt ab illo qui eū torturi erant.
Tribunus q̄ꝫ timuit poſtq̄ꝫ reſciuit quia ciuis
romanus eſſet: et quia alligaſſet eū. Poſtera
autē die volēs ſcire diligētius qua ex cauſa accu-
ſaret̄ a iudeis ſoluit eū: et iuſſit ſacerdotes cōue-
nire et oīe cōciliū: et ꝑducēs paulū ſtatuit inter
illos. Intendēs autē in cōciliū XXIII

paulus ait. Viri frēs: ego oīni cōſcientia bona
cōuerſatus ſū ante deū uſqꝫ in hodiernū diem.
Princeps aūt ſacerdotū ananias p̄cepit aſtātib₃
ſibi pcutere os eius. Tūc paulus dixit ad eū.
Percutiet te deus paries dealbate. Et tu ſedens
iudicas me ſcd̄m legē: et cōtra legē iubes me ꝑ-
cuti? Et q̄ aſtabant dixerūt. Summū ſacerdotē
dei maledicis? Dixit aūt paulus. Neſciebam
fratres: quia princeps eſt ſacerdotū. Scriptū eſt
enī. Principē ꝑplī tui nō maledices. Sciēs aūt
paulus q̄ꝛ vna pars eſſet ſaduceoꝝ et altera pha-
riſeoꝝ: exclamauit in cōcilio. Viri fratres: ego
phariſeus ſū: filius phariſeoꝝ. De ſpe et de re-
ſurrecc̄ōe mortuoꝝ ego iudicor. Et cū hec dixiſ-
ſet·factā ē diſſenſio inter phariſeos et ſaduceos:
et ſoluta ē multitudo. Saducei autē dicūt nō eſſe
reſurrecc̄ōez mortuoꝝ·neqꝫ angelū neqꝫ ſpiritū:
phariſei autē vtraqꝫ confitent̄. Factus eſt autē
clamor magnus: et exurgētes quidā phariſeoꝝ:
pugnabāt dicētes. Nichil mali inuenimus in
hoīe iſto. Quid ſi ſpiritus locutus ē ei aut an-
gelus? Et cū magna diſſenſio facta eſſet: timēs
tribunus ne diſcerperetur paulus ab ipis·iuſſit
milites deſcēdere et rapere eum de medio eoꝝ: ac
deducere eū ī caſtra. Sequēti autē nocte aſſiſtēs
ei dn̄s ait. Conſtans eſto. Sicut enī teſtificatus
es de me ī ihrl̄m: ſic te oportet et rome teſtifica-
ri. Facta aūt die collegerūt ſe quidā ex iudeis:
et deuouerūt·ſe dicētes neqꝫ māducaturos neqꝫ
bibituros: donec occiderēt paulū. Erāt aūt plus
quā quadragīta viri q̄ hāc cōiurationē fecerāt:
qui acceſſerūt ad principes ſacerdotū et ſeniores:
et dixerunt. Deuotione deuouimus nos nichil
guſtaturos: donec occidamus paulū. Nūc er-
go vos notū facite tribuno cū cōſilio: ut ꝑducat
illū ad vos tanq̄ꝫ aliquid certius cogniturī de eo.
Nos vero priuſq̄ꝫ appropiet parati ſumus in-
terficere illum. Quod cū audiſſet filius ſororis
pauli inſidias: venit et intrauit ī caſtra: nūcia-
uitqꝫ paulo. Vocans autē paulus ad ſe vnū ex
cēturionib₃ ait. Adoleſcentem hunc adduc ad
tribunū. Habet enī aliquid indicare illi. Et ille
quidē aſſumens eum: duxit ad tribunū et ait.
Vinctus paulus rogauit me hunc adoleſcentē
ꝑducere ad te: habentē aliq̄d loqui tibi. Appre-
hendēs autē tribunus manū illius ſeceſſit cū eo
ſeorſū: et interrogauit illū. Quid ē quod habes
indicare michi? Ille aūt dixit. Iudeis cōuenit
rogare te ut craſtina die ꝑducas paulū ī cōciliū·
quaſi aliquid certius inquiſituri ſint de illo: tu
vero ne credideris illis. Inſidiant̄ enim ei ex eis
viri amplius q̄ꝫ quadraginta: qui ſe deuouerūt
nō māducare neqꝫ bibere donec interficiāt eū:
et nūc parati ſūt exſpectātes ꝓmiſſū tuū. Tri-
bunus igit̄ dimiſit adoleſcentē: precipiēs ne cui
loqueretur: quīa hec nota ſibi feciſſet. Et vocatis
duob₃ centurionib₃ dixit illis. Parate milites
ducētos ut eant uſqꝫ ceſareā: et equites ſeptuagī-
ta et lancearios ducentos a tercia hora noctis: et
iumenta p̄parate. Vt imponētes paulū: ſaluū
ꝑducerēt ad felicē p̄ſidem. Timuit enī ne forte
raperēt eū iudei et occiderēt: et ipe poſtea calūni-
am ſuſtineret. Scribēs ei epiſtolā: cōtinentē hec.
Claudius liſias: optimo preſidi felici ſalutem.
Virū hunc cōprehenſū a iudeis et incipiētem
interfici ab eis·ſupueniēs cū exercitu eripui cog-
nito quia romanus ē: voleuſqꝫ ſcire cauſā quā
obiciebāt illi deduxi eū in cōciliū eoꝝ. Quē in-
ueni accuſari de queſtionibus legis ipoꝝ: nichil
vero dignū morte aut vinculis habentē crimen.
Et cū michi platū eſſet de inſidiīs quas parane-
rāt illi miſi eū ad te: denūciās et accuſatorib₃ ut
dicāt apud te. Vale. Milites vero ſcd̄m p̄ceptū
ſibi aſſumētes paulū duxerūt ꝑ noctē ī antipa-
tridem: et poſtera die dimiſſis equitib₃ ut cū eo
irēt: reuerſi ſūt ad caſtra. Qui cū veniſſēt ceſa-
reā et tradidiſſēt epl̄aꝫ p̄ſidi: ſtatuerūt ante illū
et paulū. Cum legiſſet autē et interrogaſſet de
qua ꝓuintia eſſet: et cognoſcēs q̄ꝛ de cilicia: au-
diā te inquit cū accuſatores tui venerīt. Iuſſitqꝫ
ī p̄torio herodis cuſtodiri eū. XXIIII

Poſt quinq; autem dies deſcendit princeps ſacerdotū ananias cū ſeniorib; quibuſdā et tertullo quodā oratore: qui adierūt preſidem aduerſus paulū. Et citato paulo: cepit accuſare tertullus dicēs. Cū in multa pace agamus per te et multa corrigant̄ ꝑ tuā ꝓuidentiā: ſemper et vbiq; ſuſcipimus optime felix cū omī gratiaꝝ accōe. Ne diucius aūt te ꝓtrahā: oro breuiter ut audias nos pro tua clementia. Inuenimus hūc hoīem peſtiferū et cōcitantē ſeditionē omib; iudeis ī vniuerſo orbe. et actorē ſedicōis ſecte nazarenoꝝ: qui etiā templū violare conatus ē: quē et apprehenſū voluimus ſcdm legē noſtrā iudicare. Superueniēs autē tribunus liſias cū vi magna eripuit eū de manib; nr̄is iubēs accuſatores eius ad te venire: a quo poteris ipſe iudicans de omib; iſtis cognoſcere: de quib; nos accuſamus eū. Adiecerūt aūt et iudei: dicētes hec ita ſe habere. Reſpondēs aūt paulus: annuēte ſibi pſide dicere. Ex multis annis te eſſe iudicem genti huic ſciēs: bono animo ꝓ me ſatiſfaciā. Potes enī cognoſcere quia nō plus ſunt michi dies q̄ʒ duodecim ex quo aſcēdi adorare ī ihr̄lm: et neq; in templo inuenerūt me cū aliquo diſputantē aut cōcurſū facientē turbe neq; ī ſynagogis neq; in ciuitate: neq; ꝓbare poſſūt tibi de quib; nūc me accuſāt. Cōfiteor autē hoc tibi ꝙ ſcdm ſectā quā dicūt hereſim ſic deſeruio patri et deo meo: credēs oib; que ī lege et ꝓphetis ſcripta ſūt: ſpem habēs ī deū quā et hij ipi exſpectāt: reſurreccōeʒ futurā iuſtoꝝ et iniquoꝝ. In hoc et ipſe ſtudio ſine offendiculo cōſcientiā habere ad deum: et ad hoīes ſemꝑ. Poſt annos autē plures elemoſinas facturus ī gentē meā veni. et oblacōnes et vota: ī quib; inuenerūt me purificatū ī tēplo: nō cū turba neq; cū tumultu. Et apprehēderūt me: clamātes et dicētes. Tolle inimicū nr̄m. Quidā aūt ex aſya iudei quos oportebat apud te preſto eſſe et accuſare ſi quid haberent aduerſū me: aut hij ipi dicāt ſi quid inuenerūt ī me iniquitatis cū ſtem ī cōcilio: niſi de vna hac ſolummodo voce qua clamaui inter eos ſtans: qm̄ de reſurreccōe mortuoꝝ ego iudicor hodie a vobis. Diſtulit autē illos felix: certiſſime ſciens de via hac dicēs. Cū tribunus lyſias deſcenderit audiā vos. Iuſſitq; cēturioni cuſtodire eū et habere requiē: nec quenq̄ʒ de ſuis ꝓhibere miniſtrare ei. Poſt aliquot autē dies veniēs felix cū druſilla vxore ſua q̄ erat iudea vocauit paulū: et audiuit ab eo fidem que eſt in xp̄m ihesū. Diſputantē aūt illo de iuſticia et caſtitate et de iudicio futuro: tremefactus felix reſpōdit. Qđ nūc attinet vade: tēpore autē oportuno accerſiā te: ſimul et ſperās ꝙ pecunia ei daret̄ a paulo: ꝓpter quod et frequēter accerſiēs eū loquebat̄ cū eo. Biennio aūt expleto: accepit ſucceſſorē felix porciū feſtū. Volēs autē gratiā pſtare iudeis felix: reliquit paulū vinctū.

Feſtus ergo XXV. C⁰ cū veniſſet ī ꝓuinciā: poſt triduū aſcēdit iheroſolimā a ceſarea. Adierūtq; eū principes ſacerdotum et primi iudeoꝝ aduerſus paulū: et rogabāt eum poſtulātes gratiā aduerſus eū ut iuberet ꝑduci eū in ihr̄lm: inſidias tendētes ut interficerēt eū in via. Feſtus autē reſpōdit ſeruari quidē paulū in ceſarea: ſe autē maturius ꝓfecturū. Qui ergo ī vobis ait potētes ſūt deſcendētes ſimul: ſi quod ē ī viro crimē accuſēt eū. Demoratus autē inter eos dies nō amplius q̄ʒ octo aut decē deſcēdit ceſareā: et altera die ſedit ꝓ tribunali: et iuſſit paulū adduci. Qui cū perductus eſſet circūſteterunt eū q̄ ab iheroſolima deſcenderāt iudei multas et graues cauſas obiciētes quas nō poterāt ꝓbare: paulo rationē reddēte: qm̄ neq; ī legē iudeoꝝ. neq; ī templū. neq; ī ceſarē quicq̄ʒ peccaui. Feſtus autē volēs gratiā preſtare iudeis: reſpondēs paulo dixit. Vis iheroſolimā aſcendere: et ibi de hijs iudicari apud me? Dixit autē paulus. Ad tribunal ceſaris ſto: ibi me oportet iudicari. Iudeis nō nocui: ſicut tu melius noſti. Si enī nocui aut dignū morte aliq̄ʒ feci: nō recuſo mori. Si vero nichil eſt eoꝝ que hij accuſāt me: nemo poteſt me illis donare. Ceſarem appello. Tūc feſtus cū cōſilio locutus reſpondit. Ceſarem appellaſti: ad ceſarē ibis. Et cū dies aliquot trāſſacti eſſent: agrippa rex et bernice deſcenderūt ceſareā ad ſalutādum feſtum. Et cū dies plures ibi morarent̄: feſtus regi indicauit de paulo dicēs. Vir quidā eſt derelictus a felice vinctus: de quo cū eſſem iheroſolimis adierūt me principes ſacerdotū et ſeniores iudeoꝝ: poſtulātes aduerſus illū dānationē. Ad quos reſpōdi: quia nō eſt romanis cōſuetudo donare aliquē hoīem priuſq̄ʒ is qui accuſat̄ preſētes habeat accuſatores: locūq; defendēdi accipiat ad abluēda crimina que ei obiciunt̄. Cū ergo huc cōueniſſēt: ſine vlla dilacōe in ſequēti die ſedēs ꝓ tribunali iuſſi adduci virū. De quo cū ſtetiſſent accuſatores nullā cauſam deferebāt

de quibus ego ſuſpicabar malū: queſtiones vero
quaſdā de ſua ſupſticōe habebāt aduerſus eū: et
de quodam iħu defūcto quē affirmabat paulus
viuere. Heſitās autē ego de huiuſmodi queſtio-
ne: dicebā ſi vellet ire iheroſolimā: et ibi iudi-
cari de iſtis. Paulo autē appellāte ut ſeruaret
ad auguſti cognitionem: iuſſi ſeruari eū donec
mittā eū ad ceſarē. Agrippa aūt dixit ad feſtū.
Volebā et ipſe hoīez audire. Cras inquit audies
eū. Altera aūt die cū veniſſet agrippa et bernice
cū multa ambicōe et introiſſet in a[illegible]rū cū
tribunis et viris principalibꝫ ciuitatis: iubente
feſto adductus ē paulus. Et dixit feſtus. Ag-
rippa rex et oēs qui ſimul adeſtis nobiſcū viri:
videtis hūc hoīem de quo oīs multitudo iudeoꝝ
interpellauit me iheroſolimis petentes et accla-
mātes: nō oportere eū viuere amplius. Ego ve-
ro comperi nichil dignū morte eū admiſiſſe.
Ipſo autē hoc appellante: ad auguſtū iudicaui
mittere. De quo qd certū ſcribā dūo nō habeo:
ꝓpter quod pduxi eū ad vos et maxime ad te rex
agrippa: ut interrogacōe facta habeā qd ſcribā.
Sine ratione enī michi videt mittere vinctū: et
cauſas eius nō ſignificare. XXVI

Agrippa vero ad paulū ait. Permittitur
tibi loqui ꝓ temetipſo. Tūc paulus extē-
ta manu cepit racōnē reddere. De oībꝫ quibꝫ
accuſor a iudeis rex agrippa eſtimo me beatum
apud te: cū ſim defenſurus me hodie: maxime
te ſciente oīa que apud iudeos ſūt cōſuetudines
et queſtiones: ꝓpter qd obſecro paciēter me audi-
as. Et quidē vitā meā a iuuētute que ab inicio
fuit ī gente mea ī iheroſolimis nouerūt omnes
iudei: pſciētes me ab inicio ſi velint teſtimoniū
phibere qm̄ ſcdm̄ certiſſimā ſectā nr̄e religionis
vixi phariſeus. Et nūc ī ſpe q̄ ad patres noſtros
repromiſſionis facta eſt a deo: ſto iudicio ſubiec-
tus: ī qua duodecim tribꝫ noſtre nocte et die de-
ſeruiētes ſperant deuenire. De qua ſpe accuſor a
iudeis rex. Quid incredibile iudicat apud vos
ſi deus mortuos ſuſcitat. Et ego quidē eſtima-
ueram me aduerſus nomē iħu nazareni debere
multa cōtraria agere: quod et feci iheroſolimis.
Et multos ſcōꝝ ego ī carceribꝫ incluſi a prin-
cipibꝫ ſacdotū poteſtate accepta: et cū occiderent
detuli ſētentiā. Et p oēs ſynagogas frequēter
puniēs eos: cōpellebā blaſphemare: et amplius
inſaniēs in eos: pſequebar uſqꝫ ī exteras ciuita-
tes. In quibꝫ dum irē damaſcū: cū poteſtate et
permiſſu principum ſacerdotum: die media in
via vidi rex de celo ſupra ſplendorē ſolis circūful-
ſiſſe me lumē: et eos qui mecū ſimul erāt. Oīeſqꝫ
nos cū decidiſſemus ī terrā audiui vocē loquen-
tē michi hebraica lingua. Saule ſaule quid me
pſequeris? Durū eſt tibi cōtra ſtimulū calcitra-
re. Ego autē dixi. Quis es dn̄e? Dn̄s autem
dixit. Ego ſū iheſus: quē tu pſequeris. Sed ex-
ſurge: et ſta ſupra pedes tuos. Ad hoc enī appa-
rui tibi: ut cōſtituā te miniſtrū et teſtē eoꝝ que
vidiſti et eoꝝ quibꝫ apparebo tibi: eripiens te de
ꝑplis et gētibꝫ in quas nūc ego mitto te: aperire
oculos eoꝝ ut cōuertant a tenebris ad lucē: et de
poteſtate ſathane ad deū: ut accipiāt remiſſionē
peccatoꝝ: et ſortē inter ſāctos p fidē que ē in me.
Vnde rex agrippa nō fui incredulus celeſti vi-
ſioni: ſed hijs qui ſūt damaſci primū et iheroſo-
limis et in omnē regionē iudee: et gētibꝫ annū-
ciabam: ut penitentiā agerēt: et cōuerterent ad
deū: digna penitētie opa faciētes. Hac ex cauſa
me iudei cū eſſē in tēplo cōprehenſū temptabant
interficere. Auxilio autem adiutus dei uſqꝫ in
hodiernū diē ſto teſtificans minori atqꝫ maiori:
nichil extra dicēs q̄ que ꝓphete locuti ſūt futura
eſſe et moyſes: ſi paſſibilis xp̄us: ſi primus ex
reſurreccōe mortuoꝝ lumē annūciaturus ē ꝑplo
et gētibꝫ. Hec loquēte eo et racōez reddēte: feſtus
magna voce dixit. Inſanis paule. Multe te lit-
tere ad inſaniā conuertūt. Et paulus: nō inſa-
nio inquit optime feſte: ſꝫ veritatis et ſobrietatis
verba loquor. Scit enī de hijs rex: ad quē et con-
ſtāter loquor. Latere enī eū nichil hoꝝ arbitror.
neqꝫ enī in angulo quicq̄ hoꝝ geſtū eſt. Credis
rex agrippa ꝓphetis? Scio qa credis. Agrippa
aūt ad paulū. In modico ſuades me xp̄ianū
fieri. Et paulus. Opto apud deū et ī modico et
ī magno: nō tantū te: ſed etiā oēs qui audiūt
hodie fieri tales q̄lis et ego ſū: exceptis vinculis
hijs. Et exſurrexit rex et preſes et bernice et qui
aſſidebāt eis. Et cū ſeceſſiſſet: loquebant ad in-
uicē dicētes: quia nichil morte aut vincloꝝ dig-
nū quid fecit homo iſte. Agrippa aūt feſte dix-
it. Dimitti poterat homo hic: ſi nō appellaſſet
ceſarē.

XXVII

Ut aūt iudicatū
eſt nauigare eū in ytaliā et tradi paulū
cū reliquis cuſtodijs cēturioni noīe iulio cohortis
auguſte: aſcendētes nauē adrumetinā incipiē-
tē nauigare: circa aſie loca ſuſtulimus: pſeuerā-
te nobiſcū ariſtarcho macedone theſſalonicēſe.

Sequēti aute die venimus sydonem. Humane
aūt tractās iulius paulū pmisit ad amicos ire:
et curā sui agere. Et inde cū sustulissemus sub:
nauigauimus cyprū: ꝓpterea ꝙ essēt vēti cōtra:
rij. Et pelagus cilicie et pamphilie nauigātes
venimus listrā que est licie: et ibi inueniēs cen:
turio nauē alexandrinā nauigantē in ytaliā:
transposuit nos in eā. Et cū multis diebꝫ tarde
nauigaremus et vix deuenissemus contra gny:
dū: ꝓhibente nos vento adnauigauimus crete
iuxta salmonē. Et vix iuxta nauigantes veni:
mus in locū quēdam qui vocat̄ boniportus: cui
iuxta erat ciuitas thalassa. Multo aūt tempore
peracto et cū iam nō esset tuta nauigatio eo ꝙ
et ieiuniū iam ꝑterisset: consolabat̄ eos paulus
dicēs eis. Viri: video qm̄ cū iniuria et multo
damno nō solū oneris et nauis: sed etiā animaꝝ
nr̄aꝝ incipit nauigatio. Cēturio aūt guberna:
tori et nauclero magis credebat: q̄ hijs q̄ a paulo
dicebant̄. Et cū aptus portus nō esset ad hyemā:
dū: plurimi statuerūt consiliū nauigare inde
si quo modo possēt deuenīētes phenicē hyemare
portū crete respicientē ad affricū et ad chorum.
Aspirāte autē austro estimātes ꝓpositū se tene:
re: cū sustulissent de ason · legebāt cretā. Non
post multū autē misit se cōtra ipsā ventus typho:
nicus: qui vocat̄ euroaquilo. Cūq; arrepta esset
nauis: et nō posset conari in ventū: data naue
flatibꝫ ferebamur. In insulā autē quandā de:
currētes q̄ vocat̄ cauda: potuimus vix obtinere
scapham. Qua sublata adiutorijs vtebant̄ ac:
cingētes nauem: timētes ne in sirtim inciderēt:
summisso vase sic ferebant̄. Valida autē nobis
tēpestate iactatis · sequenti die iactū fecerunt: et
tercia die suis manibꝫ armamēta nauis ꝓiece:
rūt. Neq; autē sole neq; syderibꝫ apparentibus
ꝑ plures dies et tēpestate nō exigua imminēte:
iam ablata erat spes oīs salutis nostre. Et cū
multa ieiunatio fuisset: tūc stās paulus ī medio
eoꝝ dixit. Oportuerat quidem o viri audito me
non egredi a creta: lucriq; facere iniuriā hanc et
iacturā. Et nūc suadeo vobis bono animo esse.
Amissio enī nullius anime erit ex nobis: ꝑter:
q̄ nauis. Astitit enī michi hac nocte angelus
dei cuius sū ego et cui deseruio · dicēs. Ne time:
as paule: cesari te oportet assistere. Et ecce dona:
uit tibi deus oēs qui nauigāt tecū. Propter
quod bono animo estote viri. Credo enī deo: q̄a
sic erit quēadmodū dictū est michi. In insulā
autē quandā oportet nos deuenire. Sed postea
q̄ quartadecima nox superuenit: nauigātibus
nobis ī adria circa mediā noctē suspicabantur
naute apparere sibi aliquā regionem. Qui et
summittētes bolidem · inuenerūt passus viginti:
pusillū inde separati inuenerūt passus quinde:
cim. Timētes autē ne in aspera loca incidere:
mus: de puppi mittētes anchoras quatuor opta:
bant diē fieri. Nautis vero querētibꝫ fugere de
naui cū misissent scapham ī mare sub optentu
quasi inciperēt a prora anchoras extēdere: dixit
paulus cēturioni et militibꝫ. Nisi hij in naui
māserint: vos salui fieri nō potestis. Tūc absci:
derūt milites funes scaphe: et passi sūt eā excide:
re. Et cum lux inciperet fieri: rogabat paulus
omnes sumere cibū dicens. Quartadecima die
hodie expectātes ieiuni ꝑmanetis: nichil acci:
piētes. Propter quod rogo vos accipere cibū ꝓ
salute vr̄a: q̄a nullius vestrū capillus de capite
peribit. Et cū hec dixisset: sumens panē gratias
egit deo in cōspectu omniū: et cū fregisset cepit
māducare. Animequiores autē facti omnes:
et ipi assumpserūt cibū. Eramus autē vniuerse
anime ī naui ducēte septuagintasex. Et satiati
cibo alleuiabāt nauē: iactātes triticū in mare.
Cū autē dies factus esset terrā nō agnoscebāt:
sinū vero quendā considerabāt habentē litus: in
quē cogitabāt si possēt eicere nauē. Et cū ancho:
ras sustulissēt cōmittebāt se mari · simul laxātes
iūcturas gubernacloꝝ: et leuato artemone scdm̄
aure flatū tēdebāt ad litus. Et cū incidissemus
in locū bithalassū impegerūt nauem: et prora
quidem fixa manebat immobilis: puppis vero
soluebat̄ a vi maris. Militū autē consiliū fuit
ut custodias occiderēt · ne quis cū enatasset effu:
geret: cēturio autē volēs seruare paulū ꝓhibuit
fieri. Iussitq; eos qui possent natare mittere se
primos et euadere et ad terrā exire: et ceteros ali
os in tabulis ferebāt: quosdā sup ea que de naui
erant. Et sic factum est: ut omnes anime eua:
derent ad terram. XXVIII

Et cū euasissemus: tūc cognouimus quia
mitilene insula vocabat̄. Barbari vero
prestabāt nō modicā humanitatē nobis. Ac:
censa enī pira reficiebāt nos omnes: ꝓpter ym:
brem qui imminebat et frigus. Cū cōgregasset
autē paulus sarmētoꝝ aliquantā multitudinē
et imposuisset sup ignē: vipera a calore cū ꝓces:
sisset inuasit manum eius. Ut vero viderunt

barbari pendentē beſtiam de manu eius: ad in-
uicē dicebāt. Utiqȝ homicida eſt homo hic: qui
cū euaſit de mari vltio non ſinit eū viuere. Et
ille quidē excutiēs beſtiā ī ignē · nichil mali paſ-
ſus ē. At illi exiſtimabāt eū in tumorē cōuer-
tendū: et ſubito caſurū et mori. Diu autē illis
ſperātibꝫ et videtibꝫ nichil mali ī eo fieri: cōuer-
tētes ſe · dicebāt eū eſſe deū. In locis aūt illis erāt
predia principis inſule noīe publij: q̄ nos ſuſci-
piēs · triduo benigne exhibuit. Cōtigit aūt p̄rē
publij febribꝫ et diſſinteria vexatū iacere. Ad
quē paulus intrauit: et cū oraſſet et impoſuiſſet
ei manus ſaluauit eū. Quo facto: oēs q̄ in
inſula habebāt infirmitates accedebāt et curabā-
t. Qui etiā mltis honoribꝫ nos honorauerūt: et
nauigātibꝫ impoſuerūt q̄ neceſſaria erāt. Poſt
mēſes aūt tres nauigauimus ī naui alexādrina
q̄ ī inſula hyemauerat: cui erat inſigne caſtroꝝ.
Et cū veniſſemus ſiracuſam: manſimus ibi tri-
duo. Inde circūlegētes deuenimus regium: et
poſt vnū diē flāte auſtro ſcđa die venimus pu-
theolos · vbi inuētis fratribꝫ rogati ſumus ma-
nere apud eos dies ſeptē: et ſic venimus romā.
Et inde cū audiſſēt frēs occurrerūt nobis uſqȝ ad
appij forū · et tribꝫ tabernis. Quos cū vidiſſet
paulus: grās agēs deo accepit fiduciā. Cū autē
veniſſemus romā pmiſſū eſt paulo pmanere ſi-
bimet: cū cuſtodiēte ſe milite. Poſt terciū aūt
diē cōuocauit pmos iudeoꝝ. Cūqȝ veniſſēt dice-
bat eis. Ego viri fratres nichil aduerſus legem
faciēs aut morē paternū: vinctus ab iheroſoli-
mis traditus ſū ī manus romanoꝝ: q̄ cū inter-
rogationē de me habuiſſēt voluerūt me dimit-
tere: eo q̄ nulla eſſet cauſa mortis ī me. Cōtra-
dicētibꝫ aūt iudeis coactus ſū appellare ceſarē: nō
q̄ſi gentē meā habēs aliqđ accuſare. Propt hāc
igit̄ cauſā rogaui vos videre et alloq̄. Propter
ſpem enī iſrl' cathena hac circūdatus ſū. At illi
dixerūt ad eū. Nos neqȝ litteras accepimus de
te a iudea: neqȝ aduenięs aliquis frm nūciauit
aut locutus eſt q̄d de te malū. Rogamus aūt a
te audire q̄ ſētis. Nā de ſecta hac notū ē nobis:
q̄a vbiqȝ ei cōtdicit̄. Cū cōſtituiſſēt autē illi diē
venerūt ad eū ī hoſpitiū plurimi · quibꝫ expone-
bat teſtificās regnū dei ſuadēſqȝ eis de ihū ex lege
moyſi et pphetis a mane uſqȝ ad veſperā. Et qui-
dā credebāt hijs q̄ dicebant̄: quidā vero nō crede-
bāt. Cūqȝ inuicē nō eſſēt cōſentiētes: diſcedebāt
dicēte paulo vnum verbū. Quia bene ſpiritus
ſanctus locutus eſt p yſaiam pphetam ad patres
nros dicēs. Uade ad pplm iſtum et dic. Aure
audietis et nō intelligetis: et videtes videbitis et
nō perſpicietis. Incraſſatū eſt cor ppli huius et
auribꝫ grauiter audierūt et oclos ſuos cōpreſſe-
runt: ne forte videāt oculis et auribꝫ audiant et
corde intelligāt: et cōuertāt ſe et ſanē eos. Notū
ergo ſit vobis: quī gētibꝫ miſſū eſt hoc ſalutare
dei: et ipſi audiēt. Et cū hec dixiſſet: exierūt ab
eo iudei multā habētes inter ſe queſtionē. Mā-
ſit autē biennio toto ī ſuo cōductu: et ſuſcipiebat
oēs q̄ ingrediebant̄ ad eū: pdicās regnū dei et
docēs que ſūt de dño ihū xpo cū oī fiducia ſine
prohibitione.

Incipit plogus ī eplā btī Jacobi apoſtoli

Non ita eſt ordo apud grecos qui
integre ſapiūt fideqȝ rectā ſectant̄
eplaꝝ ſeptē · q̄ canonice nūcupant̄.
ſicut ī latinis codicibꝫ inuenit̄: ut
q̄a petrus ē primus ī ordine aploꝝ
prime ſūt etiā eius eple in ordine ceteraꝝ. Sed
ſicut euāgeliſtas dudū ad veritatis lineā correx-
imus: ita has proprio ordini deo iuuāte reddi-
mus. Eſt enī vna eaꝝ pma iacobi: due petri:
tres iohannis · et inde vna. Que ſi ſic ut ab eis
digeſte ſūt ita q̄ȝ ab interptibꝫ fideliter in latinū
